Wenn die Brautleute erst seit einigen Tagen in einen Pfarrbezirk übersiedelt sind, wo sie sogleich aufgeboten werden wollen, so unterliegt es keinem Zweifel, daß sie, falls sie nicht mit der Eheschließung sechs Wochen warten wollen, auch in ihrem vorigen mehr als sechswöchentlichen Aufenthaltsorte verkündigt werden müssen. Wie denn aber, wenn Jemand, der bereits aufgeboten ist, nur in eine andere Gasse hinüberzieht, die aber schon zu einer anderen Pfarre gehört. Bis nun nahm man an, daß die Verkündigung in den Pfarrbezirken geschehen müsse, denen die Brautleute zur Zeit der Eheschließung angehören. Andere aber glaubten, daß dem Gesetze Genüge geschehe, wenn die Leute zur Zeit, als sie verkündigt wurden, wirklich schon Brautleute und auch in jene Pfarrbezirke, in denen die Verkündigung vorgenommen wurde, gehörig waren. Ein rationeller Grund ist kaum aufzufinden dafür, daß das Aufgebot im Pfarrbezirke, dem die Brautleute zuletzt, da sie die Ehe eingehen, angehören und wo sie vielleicht nur sehr kurze Zeit erst bekannt, oder wohl gar ganz unbekannt sind, vorgenommen werden müsse.

Der §. 62. der Anweisung bemerkt ferner, daß wenn besondere Verhältnisse die Vollziehung der in mehreren Aufenthaltsorten der Brautleute vorzunehmenden Verkündigungen erschweren sollten, an den Bischof Bericht zu erstatten sei; gleichwie es auch bisher hie und da in Uebung war, von der bürgerlichen Vorschrift des sechswöchentlichen Aufenthaltes zur Vermeidung des Aufgebotes an einem frü-

heren Aufenthaltsorte bei der competenten politischen Behörde in dringenden Fällen eine Dispens zu erwirken.

Es ist bei der S. Congregatio Concilii wiederholt die Frage erörtert worden, ob die Eheverkündigung auch in domicilio originis (quod est immutabile, dum domicilium habitationis propria voluntate proprioque facto constituitur, et propria voluntate et facto mutatur et amittitur) des Bräutigams und der Braut vorgenommen werden müssen. Wir erwähnen folgende Fälle: 1) (ex antiquo libro decret. ante annum 1580 confecto ad pag. 183). Theodorus Beotoncellus de Terra Guastallae et Meridiana ex familia Paganella, origine Romana, invicem matrimonium contrahere cupientes in Terra Guastaldi, in qua habitaverant spatio septem aut octo annorum, in Ecclesia ter a proprio parocho matrimonium hujusmodi denunciari curarunt. Factis autem denuntiationibus, quum ad matrimonii celebrationem in facie Ecclesiae procedere vellent, vices gerens Archipresbyteri dicti loci eos prohibuit, quia non erat denunciatum id Romae in parochia, ubi nata fuerat Meridiana. S. Congregationi supplicationem exhibuit sequentibus verbis conceptam: »Quum agatur de interpretatione Concilii Tridentini, et revera non sit vagans illa mulier, quae per octo annos vel circiter in una et eadem Terra habitavit, propterea humiliter supplicatur, quatenus eidem vices-gerenti committere aut mandare dignemini, ut, si per septem vel octo annos in dicto loco Guastallae praedicta Meridiana habitavit, matrimonium hujusmodi juxta ritum S. Romanae Ecclesiae celebrari permittat.« Rescriptum vero fuit: »Nihil obstare, quo minus oratores possint matrimonium contrahere.« 2) In Senogallien, die 29. Januarii 1684 haec species facti exposita fuit. Bartholomaeus Joannes Titta, origine Senogalliensis matrimonium contrahere desiderans extra locum originis, supplicat declarari, an ultra fidem status liberi necessario faciendae sint denunciationes matrimoniales etiam in loco originis, prout praetendit parochus, coram quo matrimonium contrahere debet. Responsum vero fuit: Denunciationes etiam in loco originis esse necessarias. 3) In causa Vercellen. die 9. Maji. 1719. Joannes Petrus Ferrarius ex oppido S. Agathae Dioecesis Vercellen. matrimonium contraxit in facie Ecclesiae per verba de praesenti cum Anna Maria Pramajori e loco Dorzani ejusdem dioecesis, praemissis denunciationibus in Ecclesia parochiali memorati oppidi S. Agathae, iisdemque ommissis in parochiali Dorzani de consilio parochi, qui reputavit, eas non esse necessarias in loco originis, ex quo Anna Maria moram in memorato oppido traxerat per decennium; durante vita primi sui mariti. Cum autem post contractum matrimonium compertum fuerit, quod inter conjuges aderat impedimentum affinitatis in tertio gradu, iidemque fuerint subinde separati, recursus habitus est ad Datariam pro obtinenda dispensatione, sed excitata ab Officiali matrimonialium difficultate, quod admitti non poterat supplicatio cum expressione matrimonii ignoranter contracti servata forma Concilii Tridentini, tum quia faciendae erant publicationes in loco etiam originis mulieris, tum quia ex ommissione denunciationum matrimonium dicendum sit clandestinum, fuit a Sanctissimo Domino Nostro commissum harum difficultatum examen huic S. Congregationi, quae juxta morem audire voluit Vicarium Capitularem Vercellensem, qui factum supra

recensitum in omnibus et per omnia dicit habere subsistentiam. Quaeritur: a) an necessariae essent denunciationes in loco originis in casu etc.? et quatenus affirmative b) an matrimonium sine illis contractum dicendum sit clandestinum in casu etc.? S. C. C. resp. Ad a) negative. Ad b) proponatur omnino in prima audita Dataria (vergl. §. 205). 4) In causa Senogallien. die 3. Aprilis 1734. Felix Dulci, ortus in oppido S. Elpidii, Firmanae dioeceseos, puer Maceratam venit, ubi domicilium habuit usque ad mensem Junium anni 1729. Senogalliam vero quum deinde se contulisset, sponsalia inivit cum puella Victoria de Luca. Ut matrimonii contrahendi facultatem a Curia Episcopali obtineret, protulit Felix testificationem Episcopalis Curiae Maceratensis de libero ejus statu. At Vicarius Capitularis Senogalliensis oportere putat, quod praeterea doceatur de factis publicis denunciationibus in ea parochia civitatis Maceratensis, in qua per annos circiter viginti Felix domicilium habuerat, antequam Senogalliam commigraret, propterea, quod quamvis alias nuptias non iniverit juxta asseverationem testium, quos Curia Episcopalis Maceratensis interrogavit ad docendum de statu libero, nihilominus potuerit ille fortasse in ea civitate de matrimonio contrahendo fidem alteri feminae dedisse, id quod minime excluditur per testimonium istud, sed in lucem, si ita esset, prodiret, ubi in parochia, cui olim suberat Felix, inter Missarum solemnia ter fuerit palam denunciatum ejus consilium de matrimonio contrahendo cum Victoria de Luca Senogalliensi. Quaeritur, an antequam Felici Dolci permittatur celebrare matrimonium, faciendae sint denunciationes etiam in parochia Maceratensi in casu etc.? S. C. C. resp. negative.

Aus diesen Entscheidungen der S. C. C. folgert Dr. Schulte, daß, wo der Aufenthalt im letzten Domicile ein langer ist, das Aufgebot auch im Geburtsorte, in loco originis, nicht zu erfolgen braucht, was auf alle anwendbar ist, die als Dienende in einem Orte lange hindurch ein Quasidomicil hatten. Und Scavini bemerkt: S. C. C. pluries declaravit, proclamationes necessario faciendas esse etiam in loco originis; sed addit Croix, quod id hactenus non potuit (saltem ubique) deduci in praxim. Quidquid sit, praestat saltem, ut parochus matrimonii scribat ad parochum originis, ut tutus procedat; fieri enim potest, ut quis celebret matrimonium in loco originis, sed, statim rupta concordia, discedat, ac tandem post longissimam moram in alio oppido aliud matrimonium tentet nemine suspicante. Die Anweisung f. d. g. G. Ö. verlangt nach §. 63. nur in dem am Schluße des §. 206. sub 3 und 4 erwähnten Falle die Verkündigung auch an dem Orte, wo einer Person das Heimatsrecht zusteht, oder wenn dieß ihr nirgends zustände, wo möglich (es könnte ja sein, daß Jemand auf einem Schiffe geboren sei) in der Pfarre ihres Geburtsortes, wenn eine Brautperson weder einen eigenen Wohnsitz hat, noch an dem Orte (in der Stadt, der Gemeinde) ihres uneigentlichen schon wenigstens ein Jahr lang (wo man ihn sonach besser kennen gelernt hat, und wo er jedenfalls verkündigt werden muß) verweilt, dann wenn eine Brautperson weder einen eigentlichen noch einen uneigentlichen Wohnsitz hat, in welch' letzterem Falle die Verkündigung sowohl in dem Pfarrbezirke, wo diese Person sich eben aufhält (weil nach §. 45. der Anweisung für Jene, welche

weder einen eigentlichen noch uneigentlichen Wohnsitz haben, der Pfarrer in dessen Bezirke sie sich eben aufhalten, der zuständige ist), als auch dort geschehen soll, wo ihr das Heimatsrecht zusteht, oder wenn ein solches ihr nirgends zustände, wo möglich in der Pfarrkirche ihres Geburtsortes. Zum Verständnisse dessen aber, was man sich unter dem Geburtsorte zu denken habe, kömmt aus Sanchez (lib. 3. disp. 23.) zu bemerken: Ad domicilium originis non satis est, natum esse aliquem in oppido, in quo parentes domicilium non habebant, sed aderant ad tempus alicujus negotii expediendi causa; tunc enim non erit originarius loci, in quo casu natus est, sed fingitur natus in civitate, in qua parentes habitationis domicilium sortiebantur. Bezüglich der Heimatlosen kömmt noch mit Dr. Knopp zu erinnern, daß der Pfarrer die Proclamationen der Ehen derselben überhaupt nicht vornehmen darf, bis ihm auf seine ämtliche Berichterstattung über die betreffende Ehe die bischöfliche Erlaubniß zur Schließung derselben zugegangen ist. Die eigenthümlich gearteten Verhältnisse solcher heimatlosen Brautleute werden nicht selten ein Abgehen von der regelmäßigen Eheverkündigung Seitens der bischöflichen Behörde nothwendig erscheinen lassen. Aus dem Gesagten ergibt es sich, daß Behufs der Verkündigung der Ehe, bei allen Brautpersonen nachgeforscht werden muß, ob sie einen eigentlichen oder uneigentlichen Wohnsitz haben, und wie lange sie an dem einen oder dem anderen wohnhaft sind. Bei Leuten, die blos einen uneigentlichen Wohnsitz haben, muß ein Aufenthalt von wenigstens Einem Jahre nachgewiesen sein, wenn das Aufgebot an dem Orte des uneigentlichen Wohnsitzes allein genügen soll.

Für den Fall einer sogenannten gemischten Ehe enthält das bürgerliche Ehegesetz §. 15. dasjenige, was bezüglich des Aufgebotes zu geschehen hat. Die Ehen nemlich zwischen katholischen und nicht katholischen Christen (zu den letzteren gehören, auch nach dem bürgerlichen Gesetze, die nicht unirten Griechen, wie dieß in einer von dem Bischofe Leonhard in seiner Verfassung der Militärseelsorge bezogenen a. h. Entschließung vom 24. Jänner 1784 ausdrücklich ausgesprochen ist) müssen nicht nur in der Pfarrkirche des katholischen und des nicht katholischen Theiles, sondern in so weit nicht für einzelne Länder besondere Vorschriften bestehen, (was in Ungarn der Fall ist, wo die Verkündigung in der katholischen Kirche des Wohnortes des nichtkatholischen Brauttheiles nicht statt zu finden hat), auch in der katholischen Pfarrkirche, inner deren Bezirke der nicht katholische Ehewerber wohnt, verkündigt werden. Daß, wenn ein Akatholik ein Glied der katholischen Kirche wird und gleich darauf heiraten will, die Eheverkündigungen blos in der katholischen Kirche stattzufinden haben, kann nicht bezweifelt werden (vergl. die Lehre über die gemischten Ehen).

Aus dem Gesagten ergibt es sich, daß das Concilium von Trient, indem es die Zahl der vorzunehmenden Eheverkündigungen auf drei festsetzte, offenbar nur die regelmäßigen Fälle im Auge hatte, in denen das gewöhnliche, bei einem festen Wohnsitze stättige Familienleben ruhig verläuft. Bei diesen drei Aufgeboten wird es das Bewenden haben, wenn der Bräutigam und die Braut Katholiken desselben Ritus sind und in einer und derselben Pfarre seit längerer Zeit ihren bleibenden Wohnsitz haben. Allein es kann geschehen, daß mit Rücksicht auf die ratio der

Verordnung des Conciliums, auf Grund partikularkirchlicher Anordnungen (der Cardinal Prosper Lambertini gründet dieß in seiner 33. Unterweisung auf die consuetudo Ecclesiae, vergleiche die Lehre über den parochus proprius bei der Eheschließung) dieses dreimalige Aufgebot in mehreren Pfarrkirchen, bei gemischten Ehen sogar in einem oder mehreren protestantischen Bethäusern stattfinden muß, um insbesondere dem bürgerlichen Gesetze Genüge zu leisten, obgleich wir uns überzeugt haben, daß es auch in dem canonischen Gesetze nicht an Andeutungen der Nothwendigkeit des Aufgebotes in mehreren Kirchen fehlt. Behufs der Bestimmung der Orte, an denen das Aufgebot in Oesterreich zu geschehen hat, muß der Ort, wo der Bräutigam und die Braut wohnt, die Zeit, seit welcher sie daselbst wohnen, und der Ritus des katholischen, wie auch das nicht katholische Religionsbekenntniß des Bräutigams oder der Braut berücksichtiget werden, wie dieß aus den erläuterten gesetzlichen Verfügungen klar wird. Hat der Bräutigam und die Braut einen eigentlichen und einen oder mehrere uneigentliche Wohnsitze, so müssen nach §. 61 der Anweisung vier Pfarrer das Aufgebot vornehmen, jene nemlich, in deren Bezirken der eigentliche und einer der uneigentlichen Wohnsitze der beiden Brautleute sich vorfindet. Die Zahl der gesetzlich erforderlichen dreimaligen Aufgebote kann sich auf sechs steigern, wenn der Bräutigam und die Braut in ihrem gegenwärtigen eigentlichen oder uneigentlichen Wohnsitze noch nicht durch sechs Wochen wohnhaft ist; denn dann müßte nach §. 62 der Anweisung und §. 16 des bürgerlichen Ehegesetzes das Aufgebot, wenn nicht eine Dispens vom Ordinariate und von der competenten politischen Behörde erwirkt wird, auch von dem Pfarrer jenes Bezirkes vollzogen werden, in welchem der Bräutigam und die Braut zuletzt durch sechs Wochen wohnhaft war, oder sich aufhielt.

§. 208. Entscheidung der S. Congregatio Concilii in zwei hinsichtlich der Berechtigung zur Eheverkündigung streitigen Fällen.

Daß der Pfarrer in jener Kirche, in welcher die Proclamationen der Ehe vorgenommen werden sollen, hiezu berechtiget sei, ist eine ausgemachte Sache. Dessenungeachtet war es in einzelnen Fällen streitig geworden, welchem Gliede einer im Besitze der cura habitualis einer Pfarre befindlichen geistlichen Communität diese Berechtigung zustehe.

Dahin gehört die am 27. Mai 1820 bei der S. C. C. zur Verhandlung gekommene causa Bovinen. jurium parochialium. Vix Bovinensem Ecclesiam regendam suscepit hodiernus Episcopus, efferbuit lis inter Canonicum Tiberium de Pompa, Decanum curatum cathedralis Ecclesiae et Canonicum Cantorem, Josephum Santoro, quoad jus denunciationum matrimonialium, quam Praesul ille ita S. Congregationis judicio submisit: »Inveni in hac mea cathedrali Ecclesia Bovinensi excitatam quaestionem valde implexam inter Decanum et Cantorem Ecclesiae praedictae super jure faciendi denunciationes ante celebrationem matrimonii. Quum enim Dignitati Decanatus sit adnexa cura animarum, contendit Decanus jure proprio tamquam parocho ad se privative spectare, ejus-

modi denunciationes facere. Ex opposito contendit Cantor, se justum titulum habere, ejusmodi denunciationes emittendi, quum agat nomine Capituli, cujus est radicalis cura animarum; ipsi praeterea favere possessionem 150 annorum circiter, ac proinde manutenendum esse in ejusmodi jure ac possessione. Auditis partibus, quoniam inveni cardinem quaestionis omnino versari circa intelligentiam et interpretationem textus S. Concilii Tridentini Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1., quo statuitur, denunciationes faciendas esse a proprio contrahentium parocho, necessarium duxi, etiam de consensu partium, negotium remittere, prout de jure remittendum est, ad istam S. Congregationem S. Concilii Tridentini interpretum, cui transmitto originales probationes et documenta utrimque deducta, ut iis perpensis dignetur ista S. Congregatio decernere, quod menti Tridentini est magis consentaneum.«

Ex tribus potissimum fontibus rationum momenta deducit Decanus curatus, ut probet ad se privative pertinere jus denunciationum matrimonialium, nimirum ex veteribus libris parochialibus, ex S. Visitatione ab Episcopo Justiniani peracta anno 1584 et ex juris dispositione. Et primo quidem ex libris parochialibus apparere dicit triplicem denunciationem matrimonialem anno 1608 emissam fuisse a tunc temporis Decano de Luca, easque et in posterum factas fuisse per Decanos ad annum usque 1683. Fatetur tamen, se ab anno 1684 exspoliatum fuisse hujusmodi denunciationum jure. Jam vero libri parochiales in iis, quae parochi officium respiciunt, plene probant, cum ad id electa fuerit a Concilio Trident. Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. parochi fides et industria. Addit deinde Decanus, jus istud confirmari ex S. Visitatione Episcopi Justiniani anni 1584, in qua cum erecta fuerit in novam paroeciam, seu potius redintegrata fuerit ad veterem curam animarum Ecclesia S. Petri in eadem civitate Bovini exstructa, statutum fuit, »che detto parocco (sc. Ecclesiae S. Petri) non possa affidare e sposare, se prima non avrà avuto fede da chi prima siano state fatte le monizioni dalla Chiesa Cathedrale,« quod jus nonnisi Decano curam animarum exercenti competere poterat. Ad juris vero dispositionem quod attinet, profert Decanus decretum Concilii Tridentini (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.). Parochi nomine ille intelligitur a S. Synodo, qui habet curam animarum actualem et excluditur quicumque alius actualem curam non habens. Jam vero Decanus curatus Ecclesiae cathedralis Bovinensis est verus et solus parochus, qui per concursum et canonicam institutionem assequitur Decanatum cum jure perpetuo ac privativo, functiones omnes titulo suo adnexas, ac praesertim munia parochialia exercendi, quique assumit sibi coadjutores in exercitio curae, iisque de proprio mercedem laboris solvit, ut patet ex transmissa legali attestatione. Inter munera autem mere parochialia recensentur matrimoniales denunciationes ex Sac. Congregationis Episcop. et regular. resolutione in Firmana 3. Junii 1615 ac proinde ad unum Decanum spectare concludit jus, hujusmodi denunciationes explere. Totus deinde est, ut ostendat, paroeciam exortam non fuisse ex Capitulo, sed quidem Capitulum in illa suum ortum duxisse. Nam vel a saeculo tertio locum habere coeperunt paroeciae; in civitatibus enim primariis aderat Ecclesia, ad quam confluebant fideles; horum deinde aucto numero aliae paroeciae

fundatae sunt in pagis et minoribus civitatibus, quibus praeficiebantur secundi ordinis sacerdotes, qui jure proprio, sed dependenter et sub auctoritate Episcopi animarum curam gerebant. Ex his deducit praesumi non posse, Capitulum, apud quod est cura habitualis, sibi reservasse jus istud denunciationum, de qua quidem reservatione nulla datur probatio, quae imo omnibus numeris absoluta afferri deberet, ut legitimus parochus a suo certo jure detruderetur. Quin etiam passim receptum est, ac praesertim a Monacello et Rota in Mediolanen. jurium parochial. 1673. Canonicos, apud quos residet cura habitualis, non posse se intromittere in cura animarum, invitis Vicariis perpetuis, qui proprie habere dicuntur exercitium curae. Quo vero ad consuetudinem favore Cantoris, eam in nullo pretio habendam esse putat Decanus, etsi illa etiam centenarium cursum excedat, Acta enim denunciationum, si quae facta sunt a Cantore, aut ab illo expleta sunt tamquam subsidiario et adjutore Decani, quo in casu subsidiarius non praescribit contra principalem, cujus personam jure delegato repraesentat, aut illa proprio marte peregit, ac nulliter et illicite jura parochialia invasit, et tunc consuetudo illa, cum sit contraria juris dispositioni, decretis Tridentini, utilitati ac disciplinae Ecclesiae, abusus et corruptela est dicenda.

Negat e contrario Cantor Santoro, proclamationes matrimonii semper factas fuisse a Decanis ad annum usque 1683, dum de his sileant parochiales libri ac unum duntaxat in medium afferatur exemplum emissarum denunciationum a Decano Fabiano de Luca anno 1608. Relata vero particula S. Visitationis Episcopi Justiniani nedum Decano haud prodesse dicit, sed praeterea favere Cantori, ut innuunt verba »da chi prima siano state fatte le monizioni,« cum jus istud semper penes Cantorem fuit, citatque alteram Visitationem anni 1680, peractam ab Episcopo Sancti Severi deputato a s. m. Innocentii XI., in qua (ut ait) declaravit Decanus tunc temporis denunciationes matrimoniales a se emitti non proprio, sed nomine Cantoris, cujus praebenda tunc vacabat. Ostendit deinde paroeciam reapse exortam fuisse a cathedrali. A primis enim Ecclesiae temporibus non in oppidis aut pagis, sed in primariis civitatibus Episcopi suam cathedralem habuisse, in qua Clericorum collegium aderat (S. Basilius epist. 309), qui illius erant Ecclesiae adscripti canoni seu albo, ex quo omnes illi Canonici nuncupabantur. Et certe animadvertendum est, per tria fere priora saecula nullam in ecclesiasticis monumentis parochorum mentionem occurrere. Una enim in principe dioeceseos civitate erat Ecclesia, ad quam christiani omnes non modo urbis illius, sed etiam vicinorum pagorum confluebant, praesentibusque Eucharistia dispensabatur, absentibus vero per diaconos mittebatur, qui in praefato Episcopi Senatu munera sua gerebant. Aucto deinceps fidelium numero, aliisque in civitatibus aedificatis Ecclesiis certi presbyteri ad eas diebus festis mittebantur, quorum erat, sacra obire munera, populoque praeesse, qui tamen perpetui non erant earum Ecclesiarum rectores. Serius autem constitutae sunt paroeciae, primo quidem in vicis et pagis, dein in civitatibus, si majores quaedam Romani Imperii excipiantur urbes. Cum itaque antiquior fuerit Cathedralium erectio, sequiori vero aevo constitutae fuerint paroeciae, ac usque ab initio cathedralibus ac Canonicis adhaeserit cura animarum, autumat Cantor, rectissime

potuisse Capitulum sibi reservare aliquod jus paroeciale usque ab initio sibi competens, quod in themate Capitulum cessit Cantori, ut hujus tenuis praebenda ex denunciationum emolumentis aliquod augmentum acciperet. Licet autem ob commodum et utilitatem animarum constituti fuerint Vicarii perpetui in Cathedralibus, attamen non desunt exempla Ecclesiarum, in quibus annuatim per turnum a Canonicis cura exercetur, ut fit in cathedrali Ecclesia Arianensi; sicuti etiam non desunt exempla, ut alicui Canonico reservaverit Capitulum jus denunciationum, ut reapse apparet in cathedrali Ecclesia Marsicensi, ubi denunciationes ab Archidiacono fiunt, et in aliis Neapolitanae ditionis cathedralibus Ecclesiis jus istud est penes primicerios, quos pro Cantore accipi docet gloss. in tit. 25. cap. un. de offic. Primic. Ex his infert, quae ex Jure communi deducta fuere a Decano, respicere quidem parochialium Ecclesiarum rectores; non autem Vicarios perpetuos, qui habituali carent cura animarum. Ad consuetudinem vero respondit, Cantorem suum titulum desumere ex dispositione Concilii Lateranensis 4, ubi in cap. 1. cum inhibitio 3. de clandest. despons. §. 1 praescribitur: »ut cum matrimonia fuerint contrahenda in Ecclesiis, per presbyteros publice proponantur,« quod decretum non fuit sublatum a Tridentino, sed potius innovatum, ut pandunt verba Sess. 24. de ref. mat. cap. 1.: »Sacri Lateranensis Concilii sub Innoc. III. celebrati vestigiis inhaerendo;« unde praescriptum denunciationum emittendarum a proprio contrahentium parocho respicit potius parochialium Ecclesiarum rectores, quam Vicarios ex superius dictis, posito autem hoc titulo licitam dicit introductam consuetudinem. Licet tamen haec consuetudo sit contra legem, non tamen est contra Jus naturale vel divinum positivum, neque contra utilitatem Ecclesiae aut bonos mores, ita ut peccandi licentiam vel occasionem praebeat; unde rationabilis esse potest et ex legitima centum annorum praescriptione stabilienda. Jam vero pro abolenda et abroganda lege canonica vel ecclesiastica requiritur spatium 40 annorum (Rota), quae eo magis est attendenda, cum numquam fuerit impugnata a tot tantisque Episcopis spectatae probitatis et doctrinae, ac novissimis temporibus ab Episcopo Ceraso, Molinari et Ven. Lucci, unde dici potest superaccessisse etiam Superioris consensum.

Haec ex utraque parte afferuntur, quibus nonnulla tum in Jure, tum in facto superaddam. Et primo quidem. quae ex Visitatione Episcopi Justiniani allata sunt, nil certi statuunt favore tum Decani tum Cantoris, cum id in dubium veniat, a quo tunc emitterentur denunciationes, idque sit probandum, quod tamen a neutra parte demonstratur. Cantor quidem a Capitulo reservari potuisse sui favore jus denunciationum praesumit, et non tantum centenariam, sed immemorabilem consuetudinem conatur asserere, quin tamen documenta obtulerit. Parochus vicissim ex libris parochialibus erui affirmat, denunciationes emissas fuisse a Decanis ad annum usque 1683, quo fuerunt tali jure exspoliati, sed unam duntaxat particulam exhibet, ne parochiali quidem sigillo munitam, triplicis denunciationis factae anno 1608. Licet autem ex tritissima regula juris, actore sc. non probante reus absolvitur, prima fronte videatur, parocho, qui restitutionem sui juris urget, incumbere onus probationis, attamen fallit in themate regula, quia pro parocho stat legis dispositio, et Cantor debet ostendere, quo jure emittat

denunciationes (arg. cap. 2. de restit. spol. in 6). Et revera certum est, a Tridentino sancitum fuisse, »ut antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho in Ecclesia publice denuncietur,« quod ita interpretantur Doctores, ut sc. denunciationes fieri debeant vel a parocho vel ab alio sacerdote de ejus licentia. Exploratum pariter in jure est, dum erigitur Vicaria perpetua, habitualem curam residere quidem penes Capitulum, at actualem, sive illius exercitium transferri omnimode in Vicarium perpetuum, quia dum Vicarius dicitur habere curam actualem, est habere cum effectu. Hinc nullo modo potest principalis, spreto Vicario, se ingenere in cura animarum, sicut nec Episcopus invito rectore eam potest assumere, ut firmavit Rota in Barchinonen. Vicariae 17. Maji 1624.

Post haec decernent EE. VV., utrum locum habere possit ea distinctio proposita a Cantore, ac praeterea, utrum statim, ac est electus Vicarius perpetuus, ipse jus habeat ad exercendos omnes actus ad jura parochialia spectantes, cujusmodi sunt denunciationes ex Cong. Episc. et Regul. in citata Firmana 3. Junii 1615, vel potius has potuerit sibi vel alteri personae reservare Capitulum. Certe hujusmodi promiscuitatem in exercendis juribus parochialibus et cura animarum semper abhorruit S. Congregatio. Card. de Luca testatur de praxi S. hujus Congregationis, quae dum respondit relationibus transmissis ab Episcopis occasione visitationis SS. Liminum, toties praecepit deputationem Vicarii, quoties cognovit promiscuum curae exercitium esse penes omnes de Collegio.

Animadvertendum praeterea est, quoad consuetudinem, quam immemorabilem asserit Cantor, adeoque non revocatam ob defectum clausulae »non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili« non probari certis documentis, cuinam ex duobus concertantibus ipsa faverit ante Concilium Tridentinum. Si autem EE. PP. acquiescere velint illi particulae a Decano transmissae, ex qua eruitur, triplicem denunciationem emissam fuisse anno 1608, tunc patet eversam fuisse praecedentem consuetudinem, si forte adfuerit favore Cantoris, cum unicus actus sufficiat ad evertendam contrariam consuetudinem juxta Rot. Insuper ponderandum est, nullam contra Tridentinum dari consuetudinem. Cum enim ejus singula decreta vel ad dogmata fidei, haeresumque exstirpationem, vel ad mores emendandos, abususque tollendos fuerint concinnata, ea ut diligenter observarentur ab Ecclesiarum Praelatis, quacumque dignitate fulgentibus, atque hi a suis subditis inviolabiliter observari facerent imposita contradictoribus poena mandavit s. m. Pius IV. in Bulla confirmatoria »Benedictus Deus.« Hinc omnia et singula decreta Concilii Tridentini, etsi non munita clausula irritante, praescribi non posse sapienter advertit Benedictus XIV. in Inst. eccles. 60 num. 7.

Quaeritur, an possit et debeat Decanus curatus Ecclesiae Bovinensis emittere denunciationes matrimoniales, seu potius sit sustinenda praxis favore Cantoris in casu etc.? S. C. C. die 17. Junii 1820 resp. affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.

Ein zweiter ähnlicher Fall in causa Nullius Sublacen. jurium parochialium wurde bei der S. C. C. am 18. Sept. 1824 besprochen. Animarum

cura habitualis in Ecclesia Collegiata S. Andreae Sublacensis Abbatiae olim penes Capitulum erat, actualis vero ad Praepositum, unicam ipsius Capituli Dignitatem spectabat, atque ab eo exercebatur. Verum anno 1791. Apostolicis litteris »inter multiplices« s. m. Pius VI. tres in Sublacensi Collegiata Dignitates constituit, inter quas primum tenet locum Archidiaconus, »qui tamquam totius Capituli caput, tam in choro quam in Capitulo ac quibusvis actibus publicis ac privatis praesit, ut praeeminentiam, primumque ac digniorem locum habeat; circa vero animarum curam nonnisi ea, ut praemittitur habitualis integro Capitulo incumbens ad eum pertineat;« secundum locum habet Archipresbyter, tertium Primicerius, qui »vere et proprie parochi et animarum pastores sint et censeantur.« Cum autem consueverint tam Canonicus hebdomadarius in funeribus stolam deferre etc., quam Canonicus Sacrista matrimoniorum contrahendorum, Ordinandorum, excommunicationum et indulgentiarum denunciationes populo facere etc.: Archipresbyter et Primicerius praefatae Collegiatae hanc Sac. Congregationem adierunt, ut decerneret, utrum ab ipsis, an potius a Capitulo et mox indicatis Canonicis hujusmodi functiones sint peragendae. Preces remissae fuerunt Emmo Abbati in Curia, ut dignaretur Sac. Congregationem instruere et votum suum aperire, audito Capitulo, et referre de Oratorum bono jure, nec non de consuetudine quoad praeteritum ejusque legitimitate, transmissis documentis ad rem facientibus.

Profecto dum Canonicus Sacrista denunciationes et publicationes peragere contendit, quae inter Missarum solemnia fiunt pro matrimoniis contrahendis, promovendis ad sacros Ordines, excommunicationibus et indulgentiis, contradicit Tridentinae Synodo (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.) et Sac. huic Congregationi, quae in Baren. 28. Augusti 1756 omnes denunciationes ad parochos privative pertinere decrevit, idemque affirmavit in Bovinen. jurium paroch. 17. Junii 1820 et S. Congreg. Episcop. et regular. in Firmana 3. Junii 1615 jam monuerat, quod »inter munera mere parochialia recensentur matrimoniales denunciationes.« Itaque de jure ab Archipresbytero vel a Primicerio denunciationes explendas esse constat, praesertim cum Tridentina Synodus de matrimoniorum denunciationibus in memorata Sess. 24 loquatur, et in Sess. 25 de reform. in decret. de delectu ciborum etc. de caeteris denunciationibus idem declaraverit. Quaer.: an et ad quem spectet facere publicationes seu denunciationes matrimoniorum, promovendorum ad S. Ordines, excommunicationum et indulgentiarum in casu etc.? S. C. C. die 29. Januarii 1825 resp. Affirmative in omnibus ad Archipresbyterum et Primicerium.

§. 209. Zeit der Vornahme der Eheverkündigung.

Zufolge der Anweisung für die g. G. Ö. §. 60 soll die Verkündigung stattfinden, bevor die Ehe geschlossen wird. Wollte die Vornahme der Eheverkündigungen post matrimonii celebrationem verschoben werden, was mit Rückblick auf die Vorschrift des Tridentinums (Sess. 24. de ref. matrim. cap. 1.) an sich

nicht unzuläßig ist, so wäre dazu die eine Dispens involvirende Erlaubniß des Bischofs nothwendig (vergleiche die Vorschriften des römischen Rituales über die Führung des Trauungsbuches) und dürfte die Ehe vor Vollendung der drei Verkündigungen nicht consummirt werden.

Näher noch bezeichnet die Zeit der Vornahme der Promulgationen die Anweisung §. 74, wo dem Pfarrer eingeschärft wird, die Verkündigung der Ehe von Personen nicht vorzunehmen, bevor sie über Gott und seinen Willen sich nicht wenigstens die schlechthin nothwendigen Kenntnisse erworben haben; was mit der im §. 177 angeführten, vom Papste Clemens XI. bestättigten Anordnung der S. Congregatio Officii vom Jahre 1697 zusammenstimmt, die dahin lautet, non esse a parochis matrimonium in Ecclesia promulgandum, nisi antea sponsos repererint in christianae religionis rudimentis sufficienter instructos. Daraus folgt, daß das Aufgebot erst nach dem sorgfältig gepflogenen Braut-Examen stattfinden solle, also erst nachdem der Pfarrer sich die Ueberzeugung verschafft hat, daß der von den Brautleuten beabsichtigten ehelichen Verbindung kein Hinderniß im Wege steht und sie Alles geleistet haben, was die Gesetze der Kirche und des Staates zur Fernhaltung von ungiltigen oder unerlaubten Ehen vorschreiben. Insbesondere soll die Ehe nicht verkündiget werden, bevor sich der Pfarrer die Ueberzeugung verschafft hat, daß die Brautleute mit der erforderlichen Freiheit in die eheliche Verbindung willigen. Has denunciationes, so heißt es in dem römischen Rituale, parochus facere non aggrediatur, nisi prius de utriusque contrahentis libero consensu sibi bene constet. Auch Benedict XIV. hat unter dem 18. Mai 1743 dem Episcopate des Königreichs Polen eingeschärft: Quodsi parochi (in examine sponsorum) nihil, quod denunciationibus publice et de more faciendis obstet, tuto animadverterint, tunc illos per tres festos dies continuos in Ecclesia inter Missarum solemnia proponent, ut impedimentum, si quod prius resciri non potuerat, ab interessentibus auditoribus indicetur. Mit Beziehung hierauf heißt es in der Eichstädter Pastoral-Instruction: Postquam parocho de libero utriusque sponsi consensu bene constat, nullumque ex praemisso examine impedimentum ipsi innotuerit, proclamationes instituere potest. Gleiches will das bürgerliche Gesetz. Denn nach der Hofverordnung vom 23. December 1797 sollte es den Seelsorgern nachdrücklich mitgegeben werden, daß eine Verkündigung der bevorstehenden Ehe nicht voreilig, sondern erst dann vorgenommen werden soll, wenn sich die Brautleute durch die Taufscheine und die übrigen nöthigen Zeugnisse hinlänglich über die Fähigkeit, eine Ehe einzugehen, werden ausgewiesen haben. In der That könnte es zu großen Verlegenheiten Anlaß geben, wenn der Seelsorger Brautleute verkündigen wollte, bevor sie sich ausgewiesen haben, daß sie mit Rückblick auf die Gesetze der Kirche und des Staates hiezu berechtiget sind, somit die erforderlichen Religionsbekenntnisse an den Tag gelegt, die allenfalls benöthigte Heiratsbewilligung und, falls sie in einem Hindernisse der Giltigkeit, in einem kirchlichen oder bürgerlichen Eheverbote verstrickt sind, die Dispens von demselben beigebracht haben. Freilich meint Dr. Knopp, daß in diesem letzten Falle die Anticipation der Proclamationen durch die Dringlichkeit der Umstände gerechtfertiget erscheine, wenn die moralische Gewißheit vorliegt, daß das Ehehinderniß am Schluße

der Proclamationszeit durch Dispens gehoben sein wird. Allein dieß mag nur dann angehen, wo keine gegentheilige Diöcesan-Verordnung besteht. Eine solche enthält z. B. der Olmützer Ordinariats-Erlaß 10. vom J. 1854, in welchem es heißt: Districte obligamus curatos, quatenus, si inter sponsos quodcumque canonicum matrimonii impedimentum, etiam mere prohibens detegitur, denunciationes praescriptas nullo modo ante impedimenti hujusmodi remotionem facere praesumant; itemque quando jam facta prima vel secunda denunciatione impedimentum innotuerit, ulteriores denunciationes omnino sistant, et intimata nonnisi desuper dispensatione in denunciando matrimonio pergant, ne ex denunciationibus praematuris vel nupturientium diffamatio oriatur, vel respectu metuendae ejusmodi diffamationis illis, quibus concedendae, ideoque et negandae dispensationis jus competit, moralis quaedam coactio ingeratur. Dasselbe lehrt Benedict XIV. (Vergl. unten die Lehre von der Pflicht der Pfarrer, sich in schwierigen Fällen an den Bischof zu wenden.)

Die Vornahme des dreimaligen Aufgebotes soll nach dem Wortlaute des Tridentinums geschehen tribus continuis (non tamen necessario immediatis, wie die Theologen und Concilien es erklären) diebus festis (hoc est, qui ex praecepto Ecclesiae observantur in Ecclesia, wie es in dem Wiener Rituale heißt, also nicht in festis merae devotionis einzelner Pfarreien und Orte) in Ecclesia inter Missarum solennia (das römische Rituale gebraucht in der Vorschrift über die Führung des Trauungsbuches den Ausdruck: inter Missae parochialis solemnia). In der Eichstädter Pastoral-Instruction heißt es: Praecipit Tridentinum, ut proclamationes fiant, a) tribus festivis diebus continuis, i. e. ita sibi successivis, ut ordinarie inter unam et alteram denunciationem intervallum unius saltem diei intercedat, tum inter primam et secundam, tum inter secundam et tertiam. Neque tamen interpositionem unius Dominicae vel duorum festorum moralem hanc continuationem interrumpere censemus. Si vero facta una vel altera proclamatione mora ultra bimestre interjiciatur, eas denuo repeti volumus; idem tenendum, si post ultimam denunciationem matrimonium ipsum ultra duos menses protractum fuerit; b) diebus festis, i. e. de praecepto Ecclesiae generali vel speciali celebrandis; hinc fieri non debent in festis ex sola devotione institutis, nec in festis pro foro externo suppressis, multo minus in diebus ferialibus, licet concursus populi habeatur. Sacris vero diebus Paschae, Pentecostes et Nativitatis non decet ob maximam eorum festivitatem proclamationes fieri, possunt tamen fieri eo tempore, quo nuptiae prohibentur; c) inter Missarum solemnia, scilicet inter Missam parochialem; propterea faciendae non sunt in Missa alicujus Confraternitatis vel alia Missa privata; neque extra Ecclesiam post Sacrum solenne neque inter Vesperas aliudve Officium a Sacro solenni diversum. Possunt tamen fieri diebus festivis, dum cantantur Vesperae, si per oblivionem vel alia de causa ommissae fuerint in Missa illius diei. Scavini erläutert dieselben Umstände in folgender Weise: a) tribus festivis diebus continuis, quae continuitas ita est accipienda, ut nulli festi dies, praesertim dominici, inter unam alteramque denunciationem intercedant; alioquin non excusaretur quis a veniali, quia jam contra praecep-

tum faceret. Der Grund ist nach Dr. Knopp, weil, wenn Unterbrechungen stattfänden, die Leute meinen könnten, daß es zur Eheschließung nicht komme, wodurch der Zweck des Aufgebotes vereitelt würde; dann ist es ja die Absicht der Kirche, die abzuschließende Ehe durch das Aufgebot zur Kenntniß aller Pfarrgenossen zu bringen, welche Absicht bei der unmittelbaren Aufeinanderfolge der Proclamations = Sonn- oder Festtage am sichersten erreicht wird, indem es nur ausnahmsweise, z. B. wegen Krankheit, vorkommen wird, daß Personen, die überhaupt die Pfarrmesse zu besuchen pflegen, an drei aufeinander folgenden Sonn- oder Festtagen bei derselben fehlen. Verum, so bemerkt Scavini weiter, si dies festi sibi ipsis proxime et immediate succederent, licet non ex necessitate, quia jam Concilii lex impleretur, at ex ipso legis fine, ex consensu Doctorum ac particularibus Synodis (ac Ritualibus) unius saltem diei intervallum inter singulas denunciationes interponi deberet (das Breslauer Diöcesan-Rituale spricht de tribus continuis diebus Dominicis und macht von den Festtagen keine Erwähnung). b) Dies porro illi debent esse festivi sive ex praecepto generali, sive ex praecepto particulari alicujus loci, sive ex lege scripta sive ex consuetudine. Episcopus tamen potest dispensare, ut fiant etiam diebus ferialibus (ut declaravit S. C. C. penes Barbosam), si aeque servetur finis Concilii. Monacelli lehrt hierüber: Si aliqua nimis rationabilis causa judicio Episcopi concurreret, posset ipse dispensare, ut omnes denunciationes seu earum aliqua fieret in diebus ferialibus, in quibus pro aliqua occasione adesset concursus populi, ut tenent multi ex textu Concilii rationem reddentes. Sed alii putant, quod sententia, quae negat, Episcopum posse in hoc dispensare, sit tutior, ubi non adsit consuetudo, et hanc partem negativam secutam fuisse S. Congregationem Concilii testatur Pignatell. Der h. Carolus Borromäus versichert, es sei von der Congregatio Concilii eine Erklärung des Inhaltes erlassen worden, denunciationes ipsas dimitti potius judicio Episcopi ex justa causa, quam ferialibus diebus fieri, expresse enim Concilium Tridentinum et Rituale praecipiunt, fieri diebus festis in Ecclesia intra Missarum solemnia. Sind demnach auch, so schreibt Dr. Knopp, die Sonn- und Festtage deßhalb für das kirchliche Aufgebot bestimmt, weil an denselben der bei weitem größere Theil der sämmtlichen Pfarrgenossen sich in der Kirche versammelt findet, so kann jedoch wegen des formellen und unzweideutigen Characters dieser Verordnung des Conciliums nicht zugegeben werden, daß das Aufgebot auch bei jeder andern Gelegenheit, wo ein gleicher Concurs der Pfarrkinder stattfindet, an die Stelle des vorschriftsmäßigen Aufgebotes an Sonn- und Festtagen trete. Die durchgängige Praxis in Deutschland ist auch für diese Ansicht. c) Inter Missarum solemnia, id est, in Missa parochiali vel etiam conventuali, ut declaravit S. C. C. Quodsi per oblivionem vel alia de causa ommittantur in Missa, possunt etiam fieri diebus festivis, dum cantantur Vesperae ex eadem S. C. C. (quae in causa Avenionen. 25. Octobris 1586 ad dubium, an Ordinarius possit ex causa dispensare, ut (diebus tamen festivis), dum cantantur Vesper, possint fieri denunciationes? resp. ita dispensare posse ex causa). Dicunt etiam probabiliter Barbosa, Roncaglia et Sanchez, quod possunt

etiam fieri, si adsit aliqua saltem causa, in Ecclesia tempore Processionis vel etiam concionis, etsi non sit inter Missarum solemnia.

Insbesondere muß noch der aufgehobenen Feiertage Erwähnung geschehen. Scavini schreibt, quod etiam in festis suppressis denunciatio fieri posse videtur, si tamen ob populi concursum videatur satis servari ratio ac finis Concilii; nam festa suppressa habentur tamquam de praecepto quoad ecclesiasticas functiones. Die Frage wurde bei der S. C. C. erwogen in causa Brunen, die 3. Junii 1780. Quamvis, ut se abstineant diebus festis ab omni illicito et servili opere Christi fidelibus imperet Sacrosancta Mater Ecclesia (tot. tit. de feriis), eorumque inviolabilem observantiam sub gravibus etiam poenis exigant Apostolicae Constitutiones: nihilominus Summi Pontifices occurrendum egestati et necessitati pauperum fidelium, qui ex sudore vultus et labore manuum victum sibi quaerunt ac comedunt, indulserunt, quod iidem, firma et integra manente obligatione praecepti omnibus diebus Dominicis aliisque principalioribus anni festis, aliis in festivis diebus audito Sacro laboriosis suarum artium exercitationibus, et servilibus operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupulo et absque salutis aeternae dispendio vacare possint. Ita s. m. Benedictus XIII. per suas litteras Apostolicas in forma Brevis expeditas »Superabundavimus gaudio« sub die 22. Maji 1728 mandavit Archiepiscopo Tarraconensi et Coëpiscopis in Concilio provinciali congregatis; ita quoque s. m. Benedictus XIV. per litteras Apostolicas etiam in forma Brevis »Cum sicut etiam sunt« die 3. Septemb. 1742 elargitus est Episcopo Calaguritano, subindeque hanc ipsam facultatem concessit Christi fidelibus per totam fere Germaniam existentibus; Praedecessorum vestigia sequens s. m. Clemens XIV. nedum praefatam facultatem confirmavit, sed etiam adauxit in Germania, dum per Apostolicas litteras in forma Brevis »Paternae charitati« voluit justis de causis ibidem expressis Christi fideles artium exercitio incumbentes ab obligatione quoque audiendi Missam, sicut praeceperat Benedictus XIV. diebus festis, in quibus permissa fuerant opera servilia, in posterum absolutos esse ac liberatos. Jussit tamen »Sanctorum et Solemnitatum Officia et Missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum Vigiliis retineri et sicut prius in quacumque Ecclesia celebrari.« Quo posito, dubitat nunc Episcopus Brunensis in Moravia, num iis quoque diebus, qui ab Ecclesia ut prius celebrantur, liceat publicare matrimoniorum denunciationes, ita ut per eas illis diebus factas adimpleta sit Tridentini mens et praeceptum. Is enim putat, illas fieri valide posse, ea ratione ductus, quia eademmet ipsa populi frequentia et multitudo, quae iis diebus ad Ecclesias prius accedebat, hodie quoque convenit. Episcopi preces pro dicti dubii definitione porrectae huic S. Congregationi commissae fuerunt Emmo Domino Cardinali de Zelada, ut rem perpenderet et suam proferret sententiam. Ipse vero a ferendo voto abstinuit, censuitque, in re tanti momenti nonnisi ex sententia Sac. Congregationis aut ex oraculo Summi Pontificis esse Episcopo respondendum.

Conciliaris dispositionis publicandi denunciationes »tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia« non alius fuit finis, nisi ut cum ad ea major accedat populi multitudo, facilius et securius detegantur im-

pedimenta, si quae adessent inter contrahentes. Videtur igitur, denunciationes iis diebus fieri valide posse, nedum quia in Ecclesiis, ut refert Brunensis Antistes, idem accedit populi concursus, sed etiam, quia ii dies, cum Clemens XIV. praeceperit, in ipsis Officia et Solemnia ut antea celebrari, non desinant festi esse quoad Ecclesiam, quamvis pauperes servilia exercentes fuerint ab eorum praecepto soluti, quemadmodum etiam ex communi Canonistarum et Theologorum sententia, legitima intercedente causa, diebus festis permittitur servilium operum exercitium, ut generaliter ex causa necessitatis tradit cap. conquestus, 5. de feriis, et ex causa pietatis docet pariter idem cap., ac in casu piscationis, pro qua necessitas urget, loquitur cap. licet, 3. de feriis.

Perpendendum erit insuper, quando denunciationes fieri debeant casu, quo deficiat iis diebus vel minuatur populi frequentia in Ecclesiis. Licet enim nonnulli Doctores putaverint, ea Concilii verba, nimirum matrimonium »tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuncietur,« ita esse in sensu taxativo intelligenda, ut praeteriri nulla ratione possint: contraria tamen sententia videtur amplexa a majori DD. numero, qui contendunt, denunciationes, quae de substantia matrimonii non sunt, fieri valide posse tam diebus festivis, quam feriatis, tam in Ecclesia, quam extra, tam demum inter Missarum solemnia, quam in concionibus, processionibus, litaniis, aliisque publicis supplicationibus, in quibus ingens adesse solet populi concursus, ea ratione, quia pro detegendis impedimentis sat est, quod denunciationes fiant adstante populo quocumque tempore, loco et modo congregato, ut finis Conciliaris legis dicatur adimpletus. Sanchez aliam addit rationem, quia scilic., cum matrimonia contrahi licite possint extra Ecclesiam, ita etiam denunciationes publicari valeant. Quaer. An, ubi, quando et quibus diebus sint publicandae denunciationes matrimoniorum in casu, de quo agitur? S. C. C. die 17. Junii 1780 resp. Scribatur Episcopo juxta mentem. Mens vero his litteris ad Episcopum die 5. Julii 1780 datis explicata fuit: Cavendum abs Te maxime atque enixe providendum, ut sarta tecta celeberrima S. Concilii sanctio de nunciandis populo matrimoniis in tribus diebus festivis omnino servetur. Quod enim a tanti Concilii Patribus praescriptis atque conceptis verbis statutum est, id plane est religioseque retinendum. Sed quoniam eo loci relinquunt Patres Episcoporum judicio ac prudentiae, ut, si quando expedire judicaverint, una aut plures hujusmodi matrimoniorum publicae denunciationes remittantur, hinc rebus omnibus, quae ab Amplitudine Tua expositae sunt, in S. Congregatione Concilii mature expensis, annuente etiam Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VI. decretum est, Tuo pariter judicio ac prudentiae permitti posse, ut, si quando gravis aliqua causa intercesserit, matrimonium quodpiam citius iniri debere, priusquam exspectari possint tres dies festivi, ut populo denuncietur, indulgeas in singulis casibus parochis Tuae dioecesis, ut peragant denunciationes in iis etiam diebus, in quibus juxta supra relatum Clementis XIV. Indultum sublata festivitas est, remissumque praeceptum audiendi Missam, retenta tamen in Ecclesiis Officii ac Missae celebratione. Utere igitur hac Tibi concessa facultate, arctis tamen prudentiae discretique arbitrii legibus, atque ea praesertim sub con-

ditione, quae ejusdem facultatis elargiendae potissima causa est, quod nempe in illis diebus, qui festi non sunt, frequens adhuc perseveret populi ad Ecclesiam concursus, ut, quantum fieri potest, saluberrimae legis a Concilio Tridentino praescriptae finis ac scopus habeatur, qui non alius certe fuit; nisi, ut in populi frequentia ineunda matrimonia denuncientur, quo facilius, si quae forent, impedimenta detegerentur.

intelligi debet, ut contra gestum non valeat in praejudicium alicujus. 3) Si clausula decreti irritantis faciat specificam matrimonii mentionem, id irritans, si contra prohibitionem initum sit, distinguendum est, num causa sit temporalis, an perpetua. Priori in casu matrimonium non redditur irritum, sed sensus est, ut matrimonium sit nullum, non simpliciter, sed in quantum parat praejudicium alicui liti, ob cujus pendentiam est ad tempus interdictum; posteriori autem in casu irritum redditur. Nam cum matrimonii irritatio sit res gravissima, non censenda est inducta ex tali clausula adjecta prohibitioni ob causam temporalem, sed juxta merita causae dimetiendum est, an sit irritatio absoluta, an potius quoad peculiarem effectum. 4) Dicta sub 1. 2. et 3. valent, sive Pontificis prohibitio sit per modum constitutionis, sive per modum praecepti, quoniam nullum invenio inter haec discrimen, nisi quoad durationem; constitutio enim perpetuo durat; mandatum vero morte mandantis exstinguitur; nam utroque modo Pontifex potest matrimonium interdicere. 5) Quamvis causa interdicendi matrimonium sit temporalis et matrimonium contra prohibitionem initum sit validum: at quando judicis prohibitio fuit legitima, separandi sunt conjuges ad tempus in poenam delicti, ne poenae immunitate praeceptum judicis justum contemnere audeant (cap. 1. de matrim. cont. contra etc.) Nec obstat cap. 2. eod., quod intelligitur de perpetua separatione. In cap. 1. cit. assignatur unicus mensis; at tempus hoc separationis est arbitrarium. Quod si periculum incontinentiae subsit, non separandum est matrimonium, sed alia poenitentia injungenda. Vergl. die Bemerkungen, die §. 164 bei der Lehre über das Hinderniß per Entführung aus Rigantius vorkommen. In dem Referate super causa Agrigentina vom J. 1727 heißt es hierüber: Licet a nonnullis fuerit dubitatum, an matrimonium contractum contra interdictum Summi Pontificis sit validum, vera tamen opinio est, quae adstruit nullitatem matrimonii contra interdictum Papae celebrati, dummodo interdictum fuerit munitum decreto irritante. Sicut enim Papa potest statuere per legem universalem impedimenta impedientia et dirimentia matrimonium, ita potest in casu particulari sub poena nullitatis interdicere, ne tale matrimonium in casu particulari contrahatur, uti adnotant Theologi. Quod attinet ad caeteros Praelatos inferiores, ea videtur recepta esse sententia, ut eorum interdictum non valeat nullitatem matrimonii causare, nisi sit innixum causae perpetuae, hoc est impedimento impedienti et dirimenti, ad differentiam casus, in quo esset innixum causae temporali, hoc est impedimento tantum impedienti, quocirca ab Alexandro III. validum declaratur matrimonium celebratum pendente lite super praecedentibus sponsalibus et pendente Superioris inhibitione, uti habetur in cap. 1. et 2. de matrim. contr. cont. int. Eccles. et Innocentius III. in cap. ad dissolvendum, de desponsat. impub. (conf. §. 76) nullum declaravit matrimonium pendente interdicto contractum a puella constituta in aetate impubere, uti colligitur ex integra textus lectura; et Alexander III. in cap. Tua fraternitat., de sponsa duor. nullum quoque declaravit matrimonium, pendente inhibitione contractum post aliud praecedenter initum, licet carnali copula non consummatum, uti pariter ex integra textus lectura desumitur.

Es erübriget uns noch aus Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 12. cap. 5.) nachzuweisen, daß das in Folge einer grundhältigen Berechtigung erlassene Trauungsverbot den Bestand einer gegen dasselbe eingegangenen, an sich giltigen Ehe, obgleich eine solche Eheschließung ein unerlaubter Akt bleibt, nicht tangire. Sacra Congregatio Concilii, so schreibt er, apud Sanchez (lib. 3. disp. 21.) validum definivit matrimonium celebratum coram parocho, cui ab Episcopo sit generatim interdictum, ne matrimoniis assistat: Congregatio Cardinalium respondit, valere matrimonium contractum coram parocho, cui interdictum est ab Episcopo, ne interveniat. Is enim adhuc est vere parochus, suaeque retinet parochiae titulum et propterea omnibus praestat qualitatibus, quas Tridentinum exposcit ad matrimonii validitatem; prohibitio autem Episcopi solum operatur, ne ille licite, non itidem, ne valide assistat. Aliud esset de matrimonio celebrato contra interdictum Papae, munitum decreto irritante; siquidem cum Papa possit per suam universalem legem novum impedimentum dirimens matrimonio apponere, potest etiam in aliquo speciali eventu prohibere, ne inter peculiares personas matrimonium contrahatur, simulque decernere, ut contra suam prohibitionem contractum sit irritum. Sola vero prohibitio sine decreto irritante producit duntaxat impedimentum impediens, non autem dirimens matrimonium, quamobrem Alexander III. (in cap. ex litteris, de matrim. contract. cont. interdict. Eccles.) validum pronunciavit matrimonium initum contra Episcopi inhibitionem et adhuc pendente lite super praeviis sponsalibus a contrahentium altero cum alia persona stipulatis. Quodsi idem Pontifex (in cap. Tua Fraternitas, de sponsa duorum) irritum declaravit matrimonium contra Episcopi inhibitionem contractum post aliud matrimonium antea initum, sed nondum carnali copula consummatum, non ideo secundum matrimonium irritum dixit, quia esset celebratum contra Episcopi interdictum, sed quia ei aliud obstabat matrimonium, quod licet duntaxat ratum, adhuc tamen induxerat impedimentum dirimens alterius matrimonii postea attentati, quod integram Decretalem legenti manifeste patet. Non prohibetur tamen Episcopus, severissimis poenis illorum refrenare proterviam, qui contra interdictum Ecclesiae matrimonium contrahere praesumunt, quod cum communi tradit Sanchez, notans insuper, eas poenas non esse a Jure praefinitas, sed ejusdem Episcopi permitti arbitrio. Verum etiam in his decernendis cavere debet, ne sua abutatur libertate et Jus commune infringat; quod alio exponemus exemplo. In Synodo Salmanticensi fuerat olim edita Constitutio, qua excommunicatione latae sententiae innodabantur contrahentes matrimonium, non praemissis publicationibus a Tridentino praescriptis et praeterea decernebatur, hac excommunicatione irretitos statim esse vitandos, licet non essent publice ac nominatim denunciati. At ejusmodi Constitutio quoad secundam sui partem sustineri minime potuit, quoniam evitandos pronunciabat, qui juxta canonicas sanctiones evitandi nequaquam sunt; in celebri enim Extravaganti Martini V. (incipiente »Ad evitanda«) edita in Concilio Constantiensi evitandi decernuntur solum excommunicati publice et nominatim denunciati et notorii Clericorum percussores. Quamvis vero Fagnanus probare conetur, evitandos etiam esse

quoscumque, qui facti notorietate certo dignoscuntur in excommunicationem incidisse, juxta posteriorem sanctionem Concilii Lateranensis 5 (Sess. 11. §. Statuimus autem), ejus tamen doctrina fere communiter rejecta est, cum ubique moribus sit recepta laudata Constitutio »Ad evitanda.«

In der Olmützer Diöcese wurde dem Clerus für den Fall, als einzelne Personen, die sich durch die Eheschließung von bestimmten Brautleuten in irgend einem ihrer Rechte gekränkt erachten, gegen die bevorstehende Trauung ein Verbot einlegen, unter dem 18. December 1740 Folgendes bedeutet: Parochi Statutum dioecesanum de anno 1740 die 23. Septembris in memoriam revocabunt, pariterque promulgabunt, ut si quis vel quae interdictum de non copulando ponere voluerint, illico ad Episcopale Officium pro levando interdicto inter quatuordecim dies ex propinguioribus, intra tres hebdomades vero ex remotioribus Decanatibus se conferent, levatumque ejusmodi legale interdictum parochis et respective Decanis exhibeant, ut hi a copulatione, numquam autem ab inchoatis promulgationibus abstinere valeant, usquedum justificato coram hoc Episcopali Officio interdicto super causa summarie cognoscatur, et id, quod justum erit, decernatur. Das Instructionale Herbipolen. verfügt hierüber: Si contingat, quod post factam unam vel plures denunciationes a viro aut femina fiat interpellatio (Einspruch) apud parochum, ne procedatur ad ulteriora tam in promulgando quam in copulando cum allegatione alicujus juris ex sponsalibus aut alius causae gravis, tunc, ne vexae injustae locus sit, dispiciendum est: 1) an jus personae contradicentis sit certum et notorium, et tunc per se patet, omnino supersedendum esse; 2) an persona interpellans simul exhibeat decretum inhibitionis aut citationis vel a judice ecclesiastico vel politico; tunc enim exspectandus est exitus causae in judicio, vel sublatio inhibitionis mediante alio decreto; 3) si hujusmodi contradictio instituatur sola voce vel scripto extrajudiciali, parochus in tali casu praefigere poterit interpellandi terminum congruum, v. g. aliquot dierum pro locorum distantia, intra quem causam deferat ad forum competens, idque se fecisse doceat, v. g. producendo decreto inhibitionis seu citationis, et hoc quidem faciat sub expressa comminatione, si id facere neglexerit, sese processurum ad copulationem vel ulteriorem proclamationem, prout de jure. Quodsi elapso termino non amplius compareat contradictor vel nil judiciale exhibeat, cessat supersessoria, nisi constet, partem contradicentem interim a prosecutione causae fuisse legitime impeditam.

Das Formular einer Trauungs-Licenz nach aufgehobenem Trauungsverbote haben wir 2. B. §. 108 S. 280 aus Monacelli angeführt.

Neuntes Hauptstück.

Die beiderseitige Einwilligung der Contrahenten in die Ehe.

§. 221. Nothwendigkeit der Einwilligung in die Ehe.

Zur Herstellung der Ehe ist die wechselseitige positive Einwilligung der Contrahenten in dieselbe unumgänglich nothwendig; die Ehe wird von zwei Personen verschiedenen Geschlechtes durch die gesetzmäßige Erklärung ihres Willens, sich ehelich zu verbinden, eingegangen (§. 1. bürgl. Ehegeſ.); ubi non est utriusque consensus, schreibt ein alter Canonist, non potest esse matrimonium; unde si ex altera parte pater puellae tantum consenserit, ex altera, qui se cupit maritum fieri, nihil agitur, quamquam honeste faciant filii, si paternae voluntati minime reluctentur. Es gründet sich dieß in der Natur der Sache, und ist es von dem Concilium von Florenz, welches in dieser Einwilligung die causa efficiens matrimonii erkennt, als eine Glaubenswahrheit dargethan worden. Es findet sich auch in der ganzen canonischen Gesetzgebung ausgesprochen. So in dem can. Sufficiat C. 27. qu. 2. und in dem cap. 23. de sponsalib. »Sufficit ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum quarumque conjunctionibus agitur.« Dann in dem cap. Tuae fraternitati, 25. de sponsalib. »Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quoad probationem vel alia signa aequipollentia.« Innocent. III. Brixien. Episcop. an. 1212. »Postulasti, utrum ex solis verbis, et ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum; sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de praesenti. Nam surdi et muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis et pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahunt, cum intelligantur minime consentire.« Endlich in dem cap. Tuas dudum, 5. de sponsa duor. »Qui duas per verba de praesenti desponsat, primam desponsatam habebit in uxorem, etiamsi prius secundam cognoverit; nec valet contraria consuetudo.« Innocentius III. Mutinen. Episcopo an. 1170. »In matrimoniis de caetero contrahendis illud te volumus observare, ut postquam inter legitimas personas consensus legitimus intervenerit de praesenti, qui sufficit in talibus juxta canonicas sanctiones et si solus defuerit, caetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, si personae junctae legitime cum aliis postea de facto contrahant, quod prius de jure factum fuerat, non poterat irritari.« Giraldi bemerkt zu cap. 23. et 25. de sponsalib.: In his duabus Decretalibus statuitur, quod etiam inter mutos vel surdos consistat verum matrimonium, si consensum exprimant verbis vel signis, quod intelligendum est, si consensum praestent coram parocho et testibus; aliter nullum erit, non quidem ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis

praeceptae a Tridentino. Und zu cap. 5. de spons. duor.: Nota, quod cum Innocentius in dicta Decretali praeceperit in matrimoniis de caetero contrahendis, non obstante contraria consuetudine vigente in Ecclesia Mutinensi, id observandum sit, ut si primum matrimonium, interveniente legitimo contrahentium consensu, contractum fuerit per verba de praesenti, hoc tenere debeat, non secundum, etiamsi fuerit consummatum, non inde sequi matrimonia secunda, antea contracta in dicta Ecclesia Mutinensi, fuisse valida, seu ut valida tolerata ab eodem Pontifice, prout sentit Panormitanus; haec enim consuetudo (ita hic Wagnerek) non potuit introduci in re tam gravi et valorem Sacramenti concernente, nisi supposita potestate Pontificis matrimonia rata dissolvendi, ex qua, postquam illi res innotuit, quae facta erant, rata habere potuit. Aus dem Gesagten folgert Sanchez (lib. 2. disp. 25.): In matrimonio est mutua traditio corporum; sed quod est unius, non traditur alteri absque proprio consensu; hinc minime est matrimonium, si consensus ficte et (tantum) oretenus praestetur. Infertur porro, necessarium esse, ut uterque contrahens sit sui compos, si enim saltem alter contractus tempore demens aut ebrius sit, matrimonium non consistit.

§. 222. Beschaffenheit der Einwilligung in die Ehe.

Ueber die Beschaffenheit der wechselseitigen Einwilligung der Contrahenten in die Ehe gibt der Catechismus romanus (pars 2. cap. 8. qu. 5. 6. 7.) folgende Auskunft: Sed illud maxime necessarium est, ut consensus verbis, quae praesens tempus significant, exprimatur. Neque enim matrimonium est simplex donatio, sed mutua pactio; atque ita fit, ut consensus alterius tantum ad matrimonium conjungendum satis esse non possit, sed duorum inter se mutuum esse oporteat. Atqui ad declarandum mutuum animi consensum verbis opus esse, perspicuum est; si enim ex interiori tantum consensu sine aliqua externa significatione matrimonium constare posset, illud etiam sequi videretur, ut, quum duo, qui disjunctissimis et maxime diversis in locis essent, ad nuptias consentirent, antequam alter alteri voluntatem suam vel litteris vel nunciis declarasset, veri et stabilis matrimonii lege conjungerentur, quod tamen a ratione et sanctae Ecclesiae consuetudine et decretis alienum est. Recte autem dicitur, oportere, ut consensus verbis exprimatur, quae praesentis temporis significationem habeant; nam quae futurum tempus indicant, matrimonium non conjungunt, sed spondent. Deinde quae futura sunt, nondum esse perspicuum est; quae vero non sunt, parum vel nihil firmi aut stabilis habere existimandum est. Quare nondum connubii jus in eam mulierem quisquam habet, quam se in matrimonium ducturum esse pollicetur; neque statim ab eo impletum est, quod se facturum promisit, tametsi fidem praestare debet; quodsi non faciat, violatae fidei reus esse convincitur. At vero, qui matrimonii foedere alteri jungitur, quamvis postea poeniteat, tamen, quod factum est, mutare irritumve et infectum reddere non potest.

Quum itaque conjugii obligatio nuda promissio non sit, sed ejusmodi abalienatio, qua reipsa vir mulieri, et vicissim mulier viro corporis sui potestatem tradit: idcirco necesse est, verbis, quae praesens tempus designant, matrimonium contrahi, quorum verborum vis, postquam etiam enunciata sunt, permanet, virumque et uxorem indissolubili vinculo constrictas tenet. Sed verborum loco tum nutus et signa, quae intimum consensum aperte indicent, satis ad matrimonium esse possunt, tum ipsa etiam taciturnitas, quum puella propter verecundiam non respondet, sed pro ea parentes loquuntur.

Das Instructionale Herbipolen. bezeichnet die Eigenschaften der Einwilligung in die Ehe also: Ut matrimonium sit validum, requiritur 1) consensus internus et verus. Hinc si consensus sit ex alterutra parte fictus, nullum est matrimonium. Qui tamen fictum mere consensum praebet, graviter peccat tum contra reverentiam Sacramento debitam, tum contra justitiam laedendo contrahentem compartem, cujus damnum tenetur compensare, imo et tollere deceptionem vere consentiendo et contrahendo, nisi obstet causa aliqua gravis. 2) Consensus de praesenti, quia per sola verba de praesenti fit traditio mutua et acceptatio corporum, in quo consistit matrimonii contractus. 3) Consensus deliberatus, i. e. factus cum animadvertentia de re sufficienti ad mortale peccatum, unde non valet contractus matrimonii, si datus sit consensus in ebrietate voluntaria, in qua fuerit praevisus, nec debet esse extortus ex metu gravi injusto. 4) Consensus mutuus, i. e. consensus utriusque contrahentis debet adesse moraliter simul, ita ut unius partis consensus perseveret moraliter, nec revocatus sit, dum exprimitur consensus alterius. 5) Consensus aliquo signo externo expressus, quia omnis contractus humanus nonnisi signo sensibili perficiendus est. Hoc signum potest esse aut verbum aut nutus aut aliud quidquam. Ordinarie sumitur verbum, quia verba vocalia melius et clarius quam alia signa consensum exprimunt. 6) Consensus ad individuam vitae societatem; ad valorem enim matrimonii non requiritur, ut intendatur copula carnalis, sufficit jam, ut implicite translatio corporum in ordine ad actum conjugalem seu jus ad copulam intendatur. Hanc ob rem valide contrahitur matrimonium, quamquam cum voluntate fiat ingrediendi religionem ante illius consummationem, vel cohabitandi, ut frater et soror (vergl. 1. B. §. 1). Scavini bemerkt hierüber: Ad matrimonii naturam necessario requiritur verus consensus, sive illud spectetur in ratione contractus, sive in ratione Sacramenti. In ratione contractus; quid est contractus? nihil profecto aliud, quam mutua partium conventio. Verum haec sine consensu nec esse nec concipi potest. In ratione item Sacramenti; nam Sacramentum matrimonii est ipse contractus evectus a Christo ad dignitatem Sacramenti; sed ad valorem contractus requiritur consensus, ergo et ad valorem Sacramenti. Consensus requisitus ad valorem Sacramenti oportet, ut sit a) de praesenti, quia si esset de futuro, non traditionem, sed tantummodo traditionis ipsius promissionem contineret; b) interior; nam consensus est actus voluntatis, qui non potest esse, nisi interior; et liber, nam matrimonium est vinculum voluntatis, electionis et amoris, quod sine libertate nulli-

mode concipi potest (Concil. Trident. Sess. 24. de reform. matrim. cap. 9.); c) exterior; debet enim acceptari ab altera parte. Sed quomodo acceptari poterit, si exterius sese aliquomodo satis certo non prodat; d) expressus per verba; est enim ordinarius modus consensum nostrum manifestandi ab Ecclesia praescriptus; e) reciprocus, ad matrimonium enim requiritur mutua corporum traditio; atqui haec esse non potest sine consensu reciproco.

Aus dem Gesagten ergibt es sich, daß eine bloß innerliche Einwilligung nicht genüge. Res est certa inter catholicos, schreibt Sanchez (lib. 2. disp. 30.), non satis esse consensum internum, sed oportere verbis vel signis exprimi. Nam si consideratur matrimonium ut contractus, cum celebretur inter homines interiora cordis ignorantes, petit signo externo internum consensum aperiri; si autem, ut est Sacramentum, de ratione Sacramenti est, esse signum sensibile. Nec obstant cap. Tuae, et cap. Cum locum, de sponsal., ubi habetur, solos consensus efficere matrimonium, et verba necessaria esse quoad Ecclesiam. Respondetur enim, quod satis sit solus consensus, i. e. non desiderantur verba determinata, sicut in aliis Sacramentis, sed satis est, quibuscumque verbis vel signis consensus interni patefiant et exigi verba ad faciliorem probationem in foro externo. Vel dictio exclusiva non excludit expressionem per signa externa, quae concomitantur ipsum consensum in omni humano contractu; et ita Alexander III. cap. licet, de spons. duor., ubi dicit, legitimum consensum efficere matrimonium, et quasi id explicans subdit, ita quod unus alterum in suo mutuo consensu verbis expresso respiciat.

Ferner frägt es sich, ob es hinreichend sei, wenn die wechselseitige Einwilligung der Contrahenten in die Ehe durch was immer für Zeichen ausgedrückt wird, oder ob dazu nothwendig Worte erforderlich seien? Sanchez antwortet darauf (lib. 2. disp. 31.): In loquela carentibus nemo dubitat, satis esse signa (cap. cum apud. conf. §. 82 p. 87. et cap. Tuae fraternitatis, de sponsal.). Deßhalb sind auch die Canonisten einstimmig darin, daß die Ehen stummer, tauber, taubstummer, blinder und mit ähnlichen körperlichen Uebeln heimgesuchter Personen, wenn sie ein Verständniß dessen besitzen, was die Ehe ist, kirchenrechtlich erlaubt sind, indem alle diese Personen den zur Ehe nothwendigen consensus conjugalis in gesetzlicher Form zu geben im Stande sind, wozu es keiner Worte bedarf, sondern sichere, unzweideutige Zeichen hinreichen. Doch hat die Erfahrung gelehrt, daß Taubstumme ohne alle und jede Anleitung unfähig sind, über rein sinnliche Begriffe und Anschauungen hinauszugehen, weil ihre Vernunft gänzlich unentwickelt ist (vergl. 2. B. §. 82).

In Betreff derer, welche der Lautsprache fähig sind, lehrt Sanchez, quod satis sunt in talibus signa consensum exprimentia, manifestata ad enunciandum animum celebrandi matrimonium de praesenti. Das römische Rituale sagt: Debet esse amborum consensus expressus aliquo signo sensibili. Sanchez erläutert dieß in Folgendem: Probant communiter ex eo, quod, cum rei essentia invariabilis sit, si verba essent de matrimonii substantia, non possit inter mutos consistere matrimonium. Contra hoc autem obmoveri

potest, Ecclesiam irritasse matrimonia absque verbis contracta in valentibus loqui, secus autem in mutis, quod optime facere potuit. Unde dicendum, Christum noluisse magis materiam et formam hujus Sacramenti determinare, quam ad rationem contractus esset necessarium, ut scilicet mutua contrahentium voluntas signis manifestetur. Objiciunt, id esse verum, stando in lege divina, Ecclesiam autem irritasse, quando sine verbis contrahitur. Verum ut jus divinum corrigat lex ecclesiastica, irritetque contractum valde favorabilem, pro cujus valore in dubio sententia ferenda est, oporteret, ut expressissimis verbis irritaret; textus autem, quibus sententia contraria innititur, obscure satis id faciunt. Textus capitalis, cui opposita sententia innititur, est cap. Tuae, 25. de sponsalib., qui vero probat nostram sententiam. Ibi consultus Pontifex, an verba sint necessaria ad matrimonium, respondet, solum consensum legitimum requiri; et non intelligit de consensu interno, sed de consensu explicito verbis vel signis, quod apparet ex verbis »nam et mutus;« ibi enim assignans rationem ad comprobandum, solum consensum satis esse, sic ait: »nam et mutus sine verbis potest contrahere;« si enim non intellexisset, solum consensum verbis vel signis explicitum sufficere, ille versiculus non bene corresponderet praecedentibus, nulliusque rationem redderet. Nec obstat, Pontificem addidisse, verba necessaria esse quoad Ecclesiam; quia non credendum est, Pontificem se statim correxisse, eo vel maxime, quia non dixit, absolute necessaria esse verba, sed quoad Ecclesiam, id est, quoad faciliorem probationem in foro externo Ecclesiae. In cap. ex parte, de restit. spoliat. (siehe §. 116) textus matrimonii titulum probandum esse decidens, assignat rationem his verbis: »cum per solam traductionem, quam non praecesserunt sponsalia vel consensus legitimus, nullum introducatur vinculum matrimonii;« et ita videtur velle sponsalia, id est verba vel consensum legitimum sine verbis sufficere; natura enim alternativae est, ut altera pars sufficiat (cap. inter caeteras, de rescript.). Professio religionis, quae matrimonium spirituale est, solis nutibus fieri potest, ut fit professio tacita per habitus delationem (cap. Vidua, de regular.), ergo et matrimonium carnale; valet enim argumentum ab illo ad hoc. Verba requiruntur, ut denotent consensus, hi autem exprimi possunt per alia signa; ergo ea sufficient; nihil enim refert, quid ex aequipollentibus fiat (cap. licet ex quadam, de testib.), maxime cum factis magis exprimatur voluntas (cap. dilecti, de appellat.). Patre consensum exprimente puellae praesentis et tacentis nomine, est verum matrimonium (cap. un. §. fin. de despons. impub. in 6.), cujus rationem reddens D. Thomas in 4. sent. dist. 27. qu. 1. art. 3. inquit: »quia verba parentum reputantur puellae, est enim sufficiens signum, quod sunt ejus, ex quo non contradixit;« ergo non requiruntur verba expressa, sed satis sunt signa. In cap. is, qui fidem, de sponsal. deciditur, matrimonium contrahi copula subsecuta post sponsalia, et tamen ibi nulla sunt verba consensum de praesenti exprimentia, sed solo signo manifestatur. In cap. fin. de conjug. serv. textus ponderat: nec facto, nec verbo consensit; ergo sentit satis esse facto, quod signum quoddam est, consentire. Tandem si verba essent de matrimonii essentia, non pateretur pia mater Ecclesia, tamdiu ignorantiam esse circa rem gravissimam, sed clare ex-

plicuisset, quod tamen hactenus non clare explicuit, imo Concilium Florentinum in decret. de Sacram., cum singula Sacramenta singillatim exponeret, dixit: consensus per verba regulariter expressus facit matrimonium; ubi non dicit, verba esse necessaria, sed oppositum denotavit, dum non dixit, semper adhiberi verba, sed regulariter, i. e. communiter. Inde sequitur, quod matrimonium solis nutibus contractum sit Sacramentum; quia omne matrimonium fidelium est Sacramentum. Si Florentinum Concilium in decret. de Sacram. docet, omnia Sacramenta constare rebus et verbis, intelligendum est de verbis vel aliquo gerente vicem verborum, ut sunt signa in matrimonio; et ita ipsummet, loquens de matrimonio, dixit regulariter verbis constare, ad denotandum, non semper verba requiri. Nec est simile de aliis Sacramentis (de absolutione v. g., baptismo), quia matrimonium est contractus, de cujus natura est, ut possit etiam nutibus celebrari. Ad quaestionem, utrum verba sint saltem de necessitate praecepti, respondent, multo certius esse, nullum esse de hoc Ecclesiae praeceptum, quia textus (cap. Si inter, de sponsal., et cap. licet, de spons. duor.) solum narrant factum et exemplificative loquuntur. Fatentur tamen, culpam esse venialem, non exprimere verbis, sed solis signis consensum, nisi justa causa excusaret. Nam a recta ratione alienum est, in hoc gravissimo contractu non exprimere consensus commodiori modo possibili; verba autem melius et clarius, quam signa consensus exprimunt. Mortale esset, non uti verbis, si consensus redderetur dubius, unde scandala, litesque oriri possent (vergl. 2. B. §. 86.).

In gleicher Richtung lehrt der Homo Apostolic. (tr. 18. n. 31.): Notandum quoad contrahentium consensum, non esse de matrimonii valore verba, sed satis esse signa consensum exprimentia, ut certum est ex cap. 25. de sponsalib. Et satis sufficiens signum esset, si mulier, expresso jam viri consensu, manum ei extenderet; secus autem, si eam tantum non retraheret, postquam sponsus illius manum apprehendit. Sicut nec sufficit annulli donatio, nec conductio sponsae in viri domum (haec per se non habent vim significandi verum et proprie dictum voluntatis consensum, cum stare possint etiam cum voluntate contraria et diversa), nisi esset, quia ob loci consuetudinem hujusmodi signa verum consensum exprimant (tunc enim recte praesumitur verus consensus). Dicimus venialiter peccare, so heißt es ferner in dem Homo Apostol., qui solis signis vellet exprimere suum consensum et nollet uti verbis, nisi verecundia excusaret. Und Scavini schreibt: Verba non sunt de necessitate Sacramenti, cum revera consensus aliter dari possit, et etiam muti et surdi contrahere valeant. Sed ex recepta consuetudine sunt usurpanda, a qua sine causa rationabili non licet recedere, quaeque probabilius obligat saltem sub veniali. Quando autem causa adest, tum nutus et signa satis ad matrimonium esse possunt, ut patet ex Catechismo romano. In dem Referate super causa Taurinen. matrim., in Folge dessen am 26. Jänner 1771 eine Ehe giltig erklärt wurde, heißt es: Perpendendum est, an hujusmodi consensus verbis exprimi debeat, vel sufficiat, illum eruere ex signis, nutibus et actibus aliisque circumstantiis, quae matrimonium antecesserunt, comitatae aut subsecutae sunt, ita ut hoc modo parochi et testes

adeo certi esse possint de contrahentium voluntate, ut de inito matrimonio testimonium perhibere valeant. Quamvis autem non desint, qui consensum requirant verbis expressum in iis, qui loqui possunt, nihilominus istius opinionis asseclae non diffitentur, nonnullas adjiciendas esse limitationes et praecipue, quod id non procedat in matrimonio praesumto praesumtione juris tantum, prout in matrimonio filiorum nomine contracto, quo casu admittunt filiorum taciturnitatem. Rationem autem affert D. Thomas (in 4. sent. dist. 27. qu. 1. art. 2. ad 3.), dum dicit, quod verba parentis reputantur filii, qui si non contradicat praebet signum consensus. Alii tamen, quos recenset Fagnanus, hac utuntur distinctione, quod sc. aut praecessit tractatus matrimonii, et tunc verba necessaria non sunt, quia ex tractatibus praecedentibus et ex sequentibus signis Ecclesiae de matrimonio satis constat; aut vero nullus praecessit tractatus, et in isto casu, quia ardua nimis et periculi plena res est, ex solis indiciis et conjecturis de matrimonio judicare, idcirco Ecclesia per verba a contrahentibus prolata certior de illo fieri debeat. Dr. Uhrig führt nachfolgende disputable Fälle an: a) Titus und Maria, ein Brautpaar, erscheinen vor dem Altare, um sich trauen zu lassen. Auf die um ihren Consens an sie gerichtete Frage des Pfarrers gibt wohl der Erstere ein lautes „Ja" zur Antwort; letztere aber vom Akte sehr ergriffen, vermag nicht einen Laut zu sprechen, sondern legt weinend ihre rechte Hand in die ihres Bräutigams oder reicht ihm ihren Ring und schweigt auf alle Fragen. Die Ehe ist giltig, weil hier die Einwilligung der Braut hinreichend erkannt wird. b) Roland und Desideria, ein gemischtes Brautpaar, deren Ehe zu segnen die Kirche verweigert, treffen eines Tages in Gesellschaft mehrerer Personen auf einem Spaziergange ihren Pfarrer. Roland bleibt, die rechte Hand seiner Braut in der seinigen, stehen und sagt zu demselben: „Herr Pfarrer! sehen Sie hier in Gegenwart dieser Zeugen meine Frau!" Desideria, von dem Akte überrascht, schweigt, ohne jedoch ihre Hand zurückzuziehen, indessen der Pfarrer unter Kundgebung seines Unwillens an ihnen vorübereilt. Wenn die Braut durch Kopfnicken oder sonst ein äußeres Zeichen ihre Einwilligung zu erkennen gibt, ist die Ehe geschlossen, außerdem nicht.

Hinsichtlich der Erklärung der Einwilligung durch Briefe heißt es in dem Homo Apostol.: Potest etiam matrimonium contrahi per epistolam (nam litterae satis valent consensum contrahentium manifestare), et sic fiet: Sponsus scribit ad sponsam, quod ipse in virum ei se tradit et ex tunc eam in sponsam acceptat. Sponsa idem rescribit viro et haec responsio legitur coram parocho et testibus. Caeterum satis est etiam, ut vir scribat mulieri modo relato et sponsa rescribat, litteras coram parocho et testibus aperiat et suum praebeat consensum. Auch das Instructionale Herbipolen. erklärt: Valet matrimonium per litteras contractum, dummodo coram parocho et testibus legantur litterae significantes utriusque consensum de praesenti, de quarum veritate satis illis constet. Parochi autem caveant, ne talis contrahendi modus sine gravissima causa usurpetur, quia facile dolus subrepere potest, et inconvenientia possunt accidere. In neuerer Zeit erwähnt die von dem Cardinal Caprara unter dem 25. April 1803 erlassene Instruction (p. 2. n. 11.) der möglichen Convalidation einer ungiltigen Ehe, die dadurch geschieht, ut conjux renuens convalidare, si renuen-

tia oriatur ex ignorantia vel aliquo errore contra leges aut doctrinam Ecclesiae circa impedimenta matrimonium irritantia, saltem expresso consensu de praesenti per epistolam directam proprio parocho vel alteri sacerdoti Ordinarii aut parochi licentiam habenti, matrimonium renovetur (vergl. §. 246).

Ein hieher gehöriger Fall wurde von dem Sekretär der S. C. C. zur Verhandlung bei derselben vorbereitet, jedoch nicht in Verhandlung genommen. Es ist dieß die causa Januen. matrim., vom 10. Juli 1728. Dominicus Sampierdacena cupiens matrimonio sibi conjungere Mariam Catharinam Piccalugam tenerae aetatis puellam et pingui patrimonio praeditam die 12. Octobris 1727 una cum sacerdote Vice-parochi munere ex delegatione Archiepiscopi fungente ac testibus obviam se dedit puellae, eamque his verbis compellavit: »sono venuto quì acciò V. S. mi mantenga quella parola, che tante volte mi ha data di esser mia sposa.« Repulsam tamen passus, si fides habenda est duobus testibus affirmantibus, quod essa rispose di no eumdem presbyterum accersit, cumque illo et testibus egit, ut intempesta nocte ad puellae domum accederent, ubi quid gestum fuerit, idem sacerdos sic enarrat: »Giunti, che fummo al luogo destinato etc. sentii chiamare, anzi la voce della Signora Maria Catarina, che benissimo conobbi, quale mi disse: V. S. vi è; e me lo replicò, e mi gettò dalla sua Camera un fazzoletto bianco, e dentro vi era un pezzo di legno a cui era legata una charta scritta con la firma, che dice M. C. Piccaluga, quale firma conosco benissimo essere suo carattere etc., e con il soprascritto, che dice al molto Reverendo Signore Caetano Gavazza etc. e subito che fui fuori della Villa aprii il fazzoletto etc., lessi la detta lettera etc. con voce, che mi intendevano li sudetti due uomini, dicendoli, che era lettera della sudetta Signora Maria Catarina etc., andai in compagnia delli testimonii al letto del Signor Domenico Maria dove dormiva, e lo svegliai, e li lessi la lettera, e lui niente rispose, solamente, che lo soggiunse un tremore, e d'allora in quà non mi è seguito più altro etc. devo aggiungere, che etc. quando andai alla casa di detta Signora Maria Catarina etc. prima che partissi di casa di detto Signor Domenico Maria, lui mi disse se mai detta Signora Maria Catarina vi volesse dare il consenso per il matrimonio tra me et essa, il mio consenso di prenderla per legitima sposa già V. S. sa che vi è, e sarà sempre etc.,« quae omnia iisdem fere verbis comprobant testes praeter Dominici silentium post perlectam epistolam; illum namque respondisse affirmant, che era contentissimo. Praecipua vero epistolae verba haec erant: »Perseverando io nella mia costante volontà di volere per mio legitimo sposo e marito il Signor Domenico Maria, ne avendo potuto esprimerli il mio libero consenso, quando fui interrogata alla praesenza di V. S. Quindi è che risolvo giacchè non posso in altro modo, perchè mi si usano le stesse strettezze di manifestare a V. S. il mio libero consenso, che continuo nella primiera volontà di non volere altro marito in questo mondo, che il Signor Domenico Maria.«

His ita peractis, comparuit die 15. in Curia Archiepiscopali Januen. Angelus Dominici frater, petiitque, ut in libris parochialibus matrimonium describeretur, oblato etiam ea de re supplici libello a Dominico quidem scripto, et a

Maria Catharina subscripto, cujus chirographum cum testes probaverint; pronunciatum fuit, matrimonium in publicos libros esse referendum. Ab hoc decreto ad. Sac. Congregationem Maria Catharina provocavit, negans videlicet, se ullum huic matrimonio consensum dedisse, aut epistolae ac supplici libello umquam subscripsisse, in eaque protestatione tunc etiam permansit, cum S. Congregationis jussu in monasterio collocata ibique ab Archiepiscopo ejus voluntas explorata est. Quapropter disputandum occurrit de hujus matrimonii validitate.

Et matrimonium quidem valide per litteras contrahi posse, jure communi exploratum videtur, praesertim si litterae a viro missae fuerint juxta l. mulierem ff. de ritu nuptiar. et indistincte Jure canonico, quod nullum inter virum et mulierem discrimen agnoscit; ita enim sensit Gloss. in can. nec illud uxor. 30. qu. 5. aliique passim docuerunt. Dubitatum est, an Concilii Tridentini decreto Sess. 24. cap. 1. de ref. mat. ea contrahendi ratio sit abrogata, quod nonnulli docent. Verum frequentius DD. placuit, post Concilium quoque Tridentinum, uti per procuratorem, ita et per litteras contracta matrimonia viribus subsistere. Actum fuit olim de hac re apud S. Congregationem in causa Romana matrimonii anno 1637. magnis utrimque contentionibus agitata, de qua consuli potest Cardinal. de Luca, de matrim. disc. 16. Illud denique observandum videtur, quod, communi etiam sententia admissa, ea ita declarari soleat, ut litteras mittens non solum scribere debeat, se praesenti matrimonio consentire, sed etiam alterius consensum acceptare, quo scilicet aliisque similibus casibus, si lecta epistola coram parocho et testibus alter consentiat, jam mutua utrimque voluntas et acceptatio intervenisse videatur (Sanchez et Cardin. de Luca). Porro contendit Maria Catharina, nedum haec omnia servata non fuisse, sed neque epistolam, ut dictum est, a se subscriptam. Item nec testes adhibitos, qui scribentem vidisse affirment, quibus quid Dominicus respondeat, dici non potest, cum nulla ejus jura fuerint adhuc exhibita. Decernendum itaque ab EE. PP. erit: »An constet de validitate matrimonii in casu etc. ?« Non proposita.

Die Einwilligung in die Ehe muß ein consensus de praesenti sein. Hinsichtlich dessen erwähnen wir aus der im J. 1762 bei der S. C. C. verhandelten causa Ferrarien, die mit der Giltigerklärung der Ehe endete, daß der sponsus gesagt hatte: Signor Vicario, questa è mia moglie; die sponsa: e questo sarà mio marito. Man wollte behaupten, verba prolata a muliere, cum exprimant consensum futurum, non sufficere pro valore matrimonii, ut post textum in cap. si inter. 31. §. Verum, de sponsalib. communiter docent, adeo quidem, ut verba viri exprimentia consensum de praesenti resolvantur in sponsalia de futuro ob consensum futurum expressum a muliere. Sed excipitur, sufficienter in facti circumstantiis consensum praesentem erui ex verbis relatis. Asseritur enim, novum non esse, quod verba futuri temporis recipiant significationem praesentem juxta subjectam materiam; et in specie contractus matrimonii est textus expressus in cap. ex parte, 9. de sponsalib. Distinguitur itaque ad hunc effectum, quod verba aut respiciunt ipsum contractum et tunc prolata in tempus futurum efficiunt solum sponsalia, ut, ducam te, contraham tecum et similia; aut vero respiciunt executionem contractus et hoc casu tamquam dubia determinantur a facti circumstantiis,

ut, eris mea uxor, tenebo te pro uxore, alam ut uxorem, et similia; haec enim verba ad sponsalia referuntur, si de sponsalibus agatur, matrimonium vero perficiunt, cum de contrahendo matrimonio res est.

An Orten, wo das Concilium von Trient nicht promulgirt ist, dann wohl auch bei der s. g. passiven Assistenz, könnte es sich noch fragen, durch welche Worte die wechselseitige Einwilligung in die Ehe, auf daß diese giltig sei, abgegeben werden solle? Khlosz antwortet auf diese Frage: Verba ad hoc apta sunt: v. g. (cap. si inter. 31. de sponsalib.) »Ego te in meam uxorem accipio, et ego te accipio in meum maritum;« vel »promitto, quod te ab hoc tempore pro conjuge tenebo et tibi sicut uxori meam fidem servabo.« Et contra: »Promitto, me te pro marito habituram et tibi tamquam viro proprio fidem servaturam;« vel similia consensum de praesenti exprimentia. Attendenda est potissimum consuetudo locorum, in quibus contractus celebrantur; haec est enim optima verborum et signorum interpres. Inde quaeritur, si alter (cap. ex litteris, 7. de sponsalib.) conjugum ita locutus fuerit, ut, quod propositum est, altera pars non intellexisse se affirmet, quid agendum sit, si tali praetextu causae discidii quaerantur? In qua specie si matrimonium contracturi judicio et aetate sint idonei, si alter, quod alter proposuit, non intellexerit, statutum est, ad communem verbi intelligentiam recurrendum esse, cogendique erunt ambo, verba prolata in eum sensum accipere, quem solent recte intelligentibus generare. Einfach, so sagt ein neuerer Canonist, muß jeder Theil seine Einwilligung abgeben und sind die Worte so beschaffen, daß sie eine Zweideutigkeit zulassen, so werden entweder bestimmtere verlangt, oder wenn sie nach dem gemeinen Sprachgebrauche die Einwilligung anzeigen, so werden sie gegen jenen Theil ausgelegt, der eine Zweideutigkeit, die sonst nicht darin liegt, hineinlegen wollte. (Vergl. auch die Lehre über die gemischten Ehen).

In Betreff des Umstandes, utrum necessarium sit, utriusque conjugis consensum simul absque temporis intervallo praestari, frägt Sanchez (lib. 2. disp 32.), 1) utrum necessarium sit, consensum utriusque conjugis simul eodem tempore praestari? Sententia multo probabilior ait, non requiri, sed satis esse temporis mora intercedente consensus ab utroque praestari, modo consensus prioris conjugis revocatus non sit. Nam in omni contractu satis est, consensus diverso tempore adhiberi, et constat in omnibus contractibus, per nuntium, litteras vel procuratorem initis. Deus autem matrimonium instituens in Sacramenti esse contractus naturam minime mutavit. Unde valide contrahitur matrimonium per nuntios (cap. 14. de convers. conjugat.), per litteras vel procuratorem, et tamen consensus tunc non simul prestantur. Hoc etiam reperitur in Sacramento Poenitentiae, ubi audita confessione potest multo tempore absolutio differri. Id tamen observandum, si altero non statim consentiente, prior, qui consenserat, affirmet, se consensum revocasse, credendum esse ei quia in dubio praesumitur sub conditione consensisse, »si alter statim assensum praebeat.« Non obstat cap. Si inter, de sponsal., ubi requiritur mutuus consensus; nam satis dicitur mutuus consensus, cum prior non revocatus maneat in virtute. 2) Utrum satis sit, alterum praestare consensum quocumque temporis spatio

intercedente? Exigitur simultas moralis, ita ut non magnum intervallum inter unius et alterius censensum distet; quia in aliis quoque contractibus per longi temporis lapsum haec voluntas non manet in virtute, sed revocatur; quale temporis spatium intercedere possit, prudentis arbitrio relinquitur attentis particularibus circumstantiis. Und lib. 3. disp. 11. Dum matrimonium contrahitur per procuratorem, eo quod procurator revocatus non fuit, quantumcumque tempus medium intercedat, manet in virtute consensus illius, qui procuratorem constituit (vergl. die Lehre über die Eheschließung durch einen Bevollmächtigten). Caeterum affirmant, per Tridentinum dicta correcta esse, ita ut necessarium jam sit, consensus simul tempore ab utroque praestari, quia aliter parochus et testes nequeunt de utriusque consensu testificari; si enim post primi recessum alter consentiat, necesse est ad validum matrimonium, ut priori constet de consensu alterius, et ita parochus et testes non assistunt utriusque consensui requisito, nisi, antequam contrahentes recedant, simul consentiant. Alii et inter hos multi catholici, qui post Tridentinum scripserunt, e contra defendunt, non esse correcta. Casus dantur, in quibus verificari possit, non requiri, ut conjuges simul consentiant; a) quando alter coram parocho et testibus consensit, altero nihil respondente et post quindecim dies iterum coram eodem parocho et iisdem testibus, praesenteque priori contrahente hic, qui prius tacuerit, consentit; erit enim matrimonium, quia durat in virtute prior consensus verbis explicitus; b) quando, qui in praesentia parochi et testium consensit, dedit alicui potestatem ad acceptandum suo nomine et hoc acceptante coram eodem porocho et testibus alter postea consentiret; c) quando uterque coram parocho et testibus consensit, sed alter ficte; convalescit enim matrimonium, quacumque temporis distantia hic occulte consentiat.

Erster Abschnitt.

Das Hinderniß des Mangels der Einwilligung in die Ehe.

§. 223. Mangel der Fähigkeit zur Einwilligung.

Wir haben im 2. B. §. 82. gezeigt, daß die Einwilligung in die Sponsalien eine **wohl überlegte** sein müße, wenn ein giltiges Eheverlöbniß erzielt werden soll. Um so mehr gilt dieß von der Eheschließung. Und da die beiderseitige Einwilligung der zur Eingehung der Ehe befähigten Personen die causa efficiens matrimonii ist, so liegt es am Tage, daß zwischen zwei Personen verschiedenen Geschlechtes, deren einer oder beiden die Fähigkeit zur Ueberlegung dessen mangelt, was sie thun, die sich in geistiger Beziehung in einem krankhaften abnormen Zustande befinden, der sie zu der die Ehe schlechthin bedingenden Einwilligung in dieselbe unfähig macht, weil er sie des Selbstbewußtseins und der freien Willensrichtung beraubt, wie dieß bei **Wahnsinnigen, Trunkenen und Schlafenden** der Fall ist, die Ehe nicht giltig geschlossen werden könne. Deßhalb erklärt die Anweisung f. d. g. G. Ö. §. 13.: **Wahnsinnige, Rasende,**

Kinder und überhaupt Alle, welche zu Leistung einer Einwilligung, wie sie durch die Natur des Verhältnisses gefordert wird, unfähig sind, vermögen keine Ehe zu schließen. Denn die Ehe, als ein Lebensverhältniß, welches die ganze Person bis zu ihrem Tode ergreift, fordert vor Allem, daß die Contrahenten sie mit vollem Bewußtsein schließen. Dieß ist auch ausgesprochen in cap. 24. de sponsalib.: »Furiosus matrimonium contrahere non potest.« Innocentius III. Vercel. Episcopo. an. 1212. »Dilectus filius R. proposuit, quod filiam suam cuidam matrimonialiter copulavit, ignorans, quod ipse esset furiosus. Unde humiliter supplicavit a nobis, ut tam eidem, quam ipsius filiae consulere dignaremur. Cum autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, sed propter alienationem furoris (mentis) legitimus non potuerit intervenire consensus, mandamus, quatenus, si inveneris rem ita esse, praefatas personas cures invicem separari. Ferner in C. 32. qu. 7. can. 25.: »Hi qui matrimonium sani contraxerint et uni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. Similiter sentiendum de his, qui ab adversariis excoecantur, aut membris truncantur aut a barbaris exsecti fuerint;« can. 26. »Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt; wozu Gratian bemerkt: Ut ergo ex praemissis colligitur, non licet huic, dimissa uxore, aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum conjugale, quod nec ipsa separatione dissolvitur. So ist auch Khlosz zu verstehen, wenn er (mit Beziehung auf cap. 24. de sponsalib.) schreibt: Furor, quia consensum impedit, nuptias contrahi prohibet, contractas autem non dirimit; (über die von Kindern geschlossenen Ehen vergl. die Lehre über das impedimentum aetatis §. 127).

Man nennt Rasende, Wahnsinnige und Blödsinnige jene, welche des Gebrauches ihrer Vernunft entweder gänzlich beraubt oder wenigstens unvermögend sind, die Folgen ihrer Handlungen einzusehen. Zwischen Rasenden und Wahnsinnigen macht der gemeine Sprachgebrauch noch den Unterschied, daß die ersteren sich zugleich durch ein ungestümes äußeres Betragen bemerkbar machen, die letzteren aber nicht. Es gibt übrigens noch andere Zustände, in denen der Mensch der zur Giltigkeit der Ehe erforderlichen Ueberlegung unfähig ist; dahin gehört die Verrücktheit, der Irrsinn, die Tollheit. Ferner die Sinnesverwirrung, eine partielle Störung des gehörigen Vernunftgebrauches, und die Berauschung, durch welche das Bewußtsein des Handelnden so getrübt oder nicht gehörig thätig ist, daß er seine Handlung nicht mehr in ihrem ganzen Zusammenhange, vom Anfang bis zum Ende, oder nicht mehr ihren vollen Causal-Zusammenhang, alle aus ihr zu besorgenden Folgen und Wirkungen einzusehen vermag, oder daß er die Bestandtheile, Ursachen und Wirkungen seiner Handlung nicht in ihrer Ordnung zu überschauen im Stande ist, sondern sie theils unter sich, theils mit andern Dingen in Unordnung vermengt (verworren), beschaut. (Eine Hofentschließung vom 11. October 1784 will den Pfarrer, der Brautleute, welche betrunken sind, traut, mit einer Geldstrafe von 12 fl. zur Armenkasse belegt wissen). Ein geringerer Grad von Verstandesschwäche ist kein Hinderniß der Giltigkeit der Ehe, wenn man nur nicht sagen kann, daß der damit Behaftete sich nicht im Zustande

des Bewußtseins befinde; dasselbe gilt von einem minderen Grade der Berauschung, der den Gebrauch der Vernunft und der Sinne auf eine bestimmte Zeit nur schwächt, nicht aber ganz unmöglich macht. Es gibt auch periodisch Wahnsinnige (geisteskranke Personen, die bisweilen die Fähigkeit haben, mit Ueberlegung und Einsicht zu handeln), die sich in den hellen Zwischenräumen giltig verehelichen können, wenn sie in diesen lichten Intervallen den hinlänglichen Gebrauch der Vernunft besitzen, worüber vorläufige Prüfungen anzustellen, die Hausgenossen auszuforschen und zur größeren Sicherheit Kunstverständige einzuvernehmen sind. Ueberhaupt wird der Pfarrer in zweifelhaften Fällen nicht umhin können, sich zur Veranlassung der Einholung des Gutachtens von Kunstverständigen an den Bischof zu wenden, um sich vor Verantwortlichkeiten sicher zu stellen. Jedoch ist es zur Erlassung eines Traunngs-Verbotes von Seite des Bischofs nicht nothwendig, daß Jemand gerichtlich als wahnsinnig oder blödsinnig erklärt sei. Wäre aber Jemand, so lehrt Dr. Pachmann, auf Grund des bürgerlichen Gesetzes (§. 273 und 283 des A. B. G. B.) nach gemeiner Erforschung seines Betragens und nach Einvernehmung der von den Landesgerichten ebenfalls dazu verordneten Aerzte für wahnsinnig oder blödsinnig erklärt worden, so müßte ihn der Pfarrer so lange dafür halten, bis nach einer genauen Erforschung der Umstände, aus einer anhaltenden Erfahrung und zugleich aus den Zeugnissen der zur Untersuchung von dem Gerichte bestellten Aerzte entschieden ist, daß er den Gebrauch seiner Vernunft erhalten habe. Es ist zur Hintanhaltung schwerer Verantwortlichkeit nothwendig, daß der Pfarrer, so lange das dießfällige gerichtliche Erkenntniß nicht außer Kraft gesetzt ist, die Trauung standhaft verweigere. Nach Dr. Schulte sind kirchlich für blödsinnig erklärte Personen bis zur Aufhebung des Decretes absolut unfähig, eine Ehe zu schließen, wogegen bei einer Blödsinnigkeitserklärung des weltlichen Richters in foro ecclesiastico der Gegenbeweis zuläßig ist. Uebrigens versteht es sich wohl von selbst, daß Personen, die außer einer fixen, auf einen ganz bestimmten, mit der Eheschließung nicht zusammenhängenden Gegenstand gerichteten Idee, der sie delirirend nachhängen, bei Verstande sind, und die mit jener Idee nicht in Berührung stehenden Verhältnisse ruhig zu beurtheilen vermögen, so lange die fixe Idee nicht auf die Ehe selbst geht, fähig sind, sich giltig zu verehlichen. Nach Barbosa wird die Dauer der Geistesverrücktheit, wenn sie einmal eingetreten ist, rechtlich präsumirt, bis das Gegentheil bewiesen ist. Es muß deßhalb ein processualisches Verfahren unter Beiziehung von Sachverständigen (vergl. die Lehre über das gerichtliche Verfahren in Ehesachen) stattfinden, und kann eine solche Person nur auf Grund bischöflicher Erlaubniß zur Ehe zugelassen werden.

Aus dem Gesagten werden sich die von Kuzmany (Lehrbuch des protest. K. R. 1. B. §. 141) gestellten Fragen beantworten lassen: Darf ein am Nervenfieber krank Darniederliegender getraut werden? Wann ja, wann nicht? Ist die nahe Gefahr der Tollwuth, wenn eine Brautperson durch einen wüthenden Hund gebissen wird, ein Hinderniß? Was ist da zu thun? Ist Melancholie, (falscher) Mysticismus, sind ekstatische Zustände ein Hinderniß? Wie verhält es sich mit dem Säuferwahnsinn? Wir erwiedern darauf im Allgemeinen mit Dr. Knopp: Ob-

gleich die Ehen solcher Personen nicht zu begünstigen sind, und auch deßhalb, wo nicht besondere Diöcesan-Statuten dieß vorschreiben, es die Pastoralklugheit schon verlangt, daß der betreffende Pfarrer sich in allen solchen Fällen (wenn es möglich ist) um Verhaltungsregeln an die bischöfliche Behörde wende, so können die in Rede stehenden Ehen doch in einzelnen Fällen als strenge Gewissenspflicht erscheinen, z. B. zur Ehrenrettung, Legitimation, was auch von den kirchenrechtlich erlaubten Ehen blinder, stummer, taubstummer und mit ähnlichen körperlichen Uebeln behafteter Personen gilt. Doch wird hier der Grundsatz des §. 106 der Anweisung f. d. g. G. Ö. Anwendung leiden, daß es besser sei, die Eingehung einer giltigen Ehe zu verzögern, als eine ungiltige Ehe mit allen Uebeln, welche dieselben zu begleiten pflegen, hervorzurufen. Andererseits muß es auch Jenem, den ein Pfarrer ohne hinreichenden Grund für wahnsinnig oder blödsinnig halten sollte, frei stehen, sich nach §. 105 der Anweisung f. d. g. G. Ö. (vergl. §. 219) an die bischöfliche Curie zu wenden und bei derselben seine Beschwerde geltend zu machen.

Zu bemerken kömmt noch, daß das Hinderniß der Raserei, des Wahnsinnes und Blödsinnes als ein Hinderniß des öffentlichen Rechtes angesehen werde, welches sich in dem natürlichen Rechtsgesetze gründet, zufolge dessen ohne wechselseitige Einwilligung der Contrahirenden kein Vertrag zu Stande kömmt; es schließt ferner dieses Hinderniß die Zuläßigkeit der Ehe mit was immer für Personen aus und ist eine Loszählung von demselben nicht denkbar.

Wird der Mangel an Befähigung zur Einwilligung in die Ehe später behoben, erlischt demnach das Hinderniß durch thatsächliche Veränderung, so soll zufolge §. 92 der Anweisung den Gatten aufgetragen werden, die Erklärung der Einwilligung vor dem Pfarrer und zwei Zeugen zu erneuern, außer wenn etwa der Umstand, daß zur Zeit der Eheschließung ein Hinderniß obwaltete, gänzlich verborgen, und daß darüber ein Beweis hergestellt würde, nicht zu befürchten wäre; denn dann kann denselben gestattet werden, die Einwilligung unter sich zu erneuern.

Bei der S. C. C. sind mehrere Fälle zur Verhandlung gekommen, in denen die Ungiltigerklärung der Ehe wegen Wahn- oder Blödsinn eines Contrahenten angestrebt wurde. Dahin gehört die causa Przemislien. (die im 3. B. §. 165 angeführt wurde); dann die causa Lauretana (die im §. 386 zur Sprache kommen wird). Hier erwähnen wir nur die causa Corduben. dispensat. vom 20. September 1760. Nobilis vir Joseph Perez de Guzmann Cordubensis anno 1758 proposuit coram Ordinario querelam nullitatis matrimonii, quod per procuratorem die 17. Februarii 1728 celebraverat cum Anna Ponze de Leon aeque nobili genere nata civitatis Beatiae, ob defectum consensus sponsae, quam dementem tunc fuisse asserebat. Sed mutato consilio, preces deinde obtulit s. m. Benedicto XIV., quibus postulabat dispensationem super eodem matrimonio tamquam rato et non consummato, illisque remissis ad hanc S. Congregationem, datae fuerunt litterae ad Episcopum, ut audita muliere Sac. Congregationem instructam redderet, votumque suum aperiret. Delegavit Episcopus suum Vicarium, ut opportunas caperet informationes, qui propterea medici et chirurgi

testimonio edoctus de Annae dementia, illi imprimis curatorem ad lites deputavit, quo citato admissi fuerunt articuli a Josepho exhibiti et super illis interrogati 20 testes, qui affirmarunt, paucis noctibus Josephum communem habuisse thorum cum Anna, suoque judicio putare, numquam consummatum fuisse matrimonium ob reluctantiam Annae ex insania reputantis, se esse monialem. Audita fuit Anna, quae fatue et inepte respondit, licet requisita subscripserit; inspectumque fuit illius corpus a tribus electis obstetricibus, quae olei violacei et tubi experimento aliisque perpensis signis retulerunt, eam esse incorruptam. Et suum addidit juramentum Joseph, numquam se matrimonium cum Anna consummasse. Post completum processum decretamque ab Episcopo illius transmissionem ad Sac. Congregationem comparuit in Curia Episcopali Comes. de Garzies, frater Annae, qui vigore mandati procurae ab illa subscripti audiri in causa postulabat; diuque certatum est super hoc incidenti, donec Vicarius generalis, declarata irrevelantia hujus mandati procurae ob insaniam Annae, jura Comiti reservavit, ut peteret illi deputari Curatorem ad lites. Tres itaque processus transmisit Episcopus cum sua relatione, quam his verbis concludit: »Sentio, quod in praesenti facto intersunt plurimae ex causis exactis a Canonistis ad dispensandum in matrimonio rato et non consummato Sanctissimum D. N. excitantibus et allicientibus.« Et Joseph emissa apud acta Sac. Congregationis renunciatione liti super nullitate matrimonii, urget nunc causam definire quoad petitam dispensationem.

Supremam hanc esse defendit Summi Pontificis potestatem dispensandi super matrimonio rato et non consummato, et ad hunc effectum duo solum probanda esse, matrimonium sc. numquam consummatum exstitisse et graves adesse causas animum Pontificis impellentes, ut admissum fuit ab hac S. Congreg. in Urbanien. 1726, probationemque non-consummationis leviorem exigi pro gratia dispensationis, quam pro nullitate per viam justitiae declaranda, imo extrajudicialem requisitam fuisse in Januen. dispensat. definita 27. Januarii 1720; nec deesse concludentem probationem, cum ea eruatur ex relatione obstetricum praeferenda juramento etiam consummationis, juxta censuram text. in cap. proposuisti. 4. de probat. et definivit Rota et haec S. Congregatio in d. Januen. 1720 et in altera Januen. 14. Januarii 1741. Et licet aliqui sint, qui negent, ulla adesse virginitatis signa et obstetricum manus et oculos falli posse, attamen contrariam opinionem veriorem probari tum medicorum tum Canonistarum testimonio juxta sententiam S. Rotae et S. hujus Congregationis in praefata Januen. 1720; praesertim cum obstetrices opportunas adhibuerint cautiones et aptissima referant indicia juxta medicum-chirurgicum votum duorum Urbis Professorum, neque ex parte mulieris suspicari liceat fraus, tum quia insana est, tum quia ejus potius intererat, violatam deprehendi, ut matrimonii firmitatem, pro qua pugnat, tueretur. Et fidem obstetricum relationi augeri putat ex juratis testibus et ex juramento a se praestito de matrimonio numquam consummato. Contendit insuper, tres satis fuisse obstetrices, septimamque manum requisitam in cap. laudabilem 5, de frigid. suppleri oculari inspectioni et aliis probationibus; praesumtionem rursus copulae ex condormitione resultantem elidi per contrariam virginitatis probationem et concordant resolutiones

hujus Sac. Congreg. in Januen. 1719 et in Mediolanen. 1732, nec obstare tricenarium silentium, cum appareat, mulierem esse incorruptam et constet sub initium matrimonii virum pertaesum repulsa conjugis nomen dedisse regiae militiae ejusque stipendia ad plures annos cum laude in Italia meruisse; minusque officere alterius conjugis dissensum, si tamen hic in dementi muliere considerari poterit, quoties justae et urgentissimae suppetunt causae dispensandi.

Causas vero ad petitam dispensationem impetrandam plures cumulat; dementiam sc. Annae tempore initi matrimonii a testibus affirmatam, quae vix per ancillam instigata consensum suum porrecta manu coram parocho explicavit, ita ut dubitari possit de primaevo illius consensu (can. neque furiosus. 32. qu. 7 et cap. 24 de sponsalib.), illius continuatam insaniam sine spe alicujus resipiscentiae, repugnantiam maritalibus amplexibus et graveolentiam intolerabilem, quae cum impediant finem matrimonii, justam praebent causam petitae dispensationi; et periculum tum incontinentiae tum inimicitiarum et scandalorum, quae juste timeri possunt ob deceptionem passam a Josepho, qui mandatum procurae dederat suo familiari Beatiam deferendum ea lege, ne illud consignaret Comiti de Garzies sponsae fratri et procuratori constituto, nisi prius agnovisset falsitatem insaniae Annae, de qua rumor advenerat Cordubam, qua lege spreta infidus familiaris donis corruptus illud consignavit, non obstante dementia, et, propterea ad succurrendum decepto, ad evitandum rixas, locum esse contendit dispensationi. Praeterea adducit praeclaram sui generis nobilitatem et affluentiam divitiarum, quae faciliorem reddere putat dispensationem, ne pereat nobilis familia, ac demum favorabile votum Ordinarii plurimi aestimandum. Dispensationi nihilominus obistunt mulieris et matrimonii defensores, qui disputant, fidem nullam mereri probationes in Curia Episcopali compilatas sine deputatione defensoris matrimonii juxta Constitut. »Dei miseratione«; consummationis vehementissimam praesumptionem oriri ex cohabitatione et condormitione (cap. litteris, et cap. tertio loco, de praesumpt.), praesertim post diuturnam triginta annorum acquiescentiam (cap., et 5. de frigid.), obstetricum relationem adminiculum, non probationem facere, quia facile decipiuntur (can. nec aliqua. 27. qu. 1., cap. 14 de probat) et quia non dantur signa certa virginitatis, imo fallax in casu judicandum esse obstetricum judicium ex ineptitudine indiciorum juxta votum chirurgicum duorum Professorum Urbis; testes vero de propria credulitate deponentes non esse attendendos, nec standum juramento viri, et in dubio pronunciandum esse contra dispensationem (S. Congreg. in Pragen. Wormatien. Hispalen.) Justam quoque autumant deesse causam, quia dementia non probatur adfuisse tempore initi matrimonii juxta depositionem unius testis, qui tamen in toto suo depositionis contextu refert fatuitatis intervalla matrimonio praecedentia, et quia insania superventa non irritat matrimonium (can. si uxorem. 32. qu. 3. et can. hi qui matrim. 32. qu. 7). Rixas, subjungunt, in privatis imperio magistratus comprimi posse, timorem incontinentiae sero nimis allegari post transactam juventutem seorsim ab uxore. Et cum reliquae desint causae, nihil prodesse autumant solam nobilitatem, quia nec etiam magnis Principibus conceditur sine causa. Et denique arbitrantur obstare dispen-

sationi defectum consensus uxoris, praesertim ob illius praejudicium, ex quo alias nuptias contrahere nequiret.

Quaeritur: An constet de matrimonio rato et non consummato, ita ut sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu etc.? Interea exhibita fuerunt in Secretaria pro parte Annae nova documenta de partibus transmissa, sc. examen ad perpetuam cujusdam cubiculariae ipsius Annae, quae a famulatu discessit triennio post secutum matrimonium Annae cum Josepho, quaeque testatur, eo tempore notoriam fuisse in familia et tota civitate Cordubensi praegnantiam Annae et abortum ab ea passum, ipsamque testem fortuito ingressam in cubiculum vidisse jacentes conjuges simul coeuntes et praesentem fuisse cum aliis pluribus familiaribus, quando Anna passa est abortum, nec non simile aliorum trium testium examen, qui haec omnia audivisse narrant a dicta cubicularia tempore ejus discessus a famulatu 29 abhinc annis secuti. Quaeritur itaque etc.? Sc. C. C. die 22. Novemb. 1760 resp. Negative et amplius.

Die 26. Februari 1763. Reassumit Joseph de Guzmann judicium nullitatis, cui renunciaverat, postulans, ut dirimatur matrimonium ab ipso contractum anno 1728 cum Anna, quam eo tempore fuisse dementem nititur probare duobus processibus, qui coram Ordinario Cordubensi constructi fuerunt, unus nemine citato, alter citato solum Promotore fiscali, uti curatore dato insanae uxori, quem et munus defensoris matrimonii explere in Hispaniis contendunt. Testes 32 examinati fuerunt in primo processu, et 18 repetiti in secundo praeter alios duos noviter inductos, quos inter Joanna de Aguilera, Josephi mater, quae defuncto viro curam gerebat filii 16 tunc annos nati et auctrix fuit hujus matrimonii. Nonnullae quoque productae fuerunt epistolae aliaque jura ad probandam perpetuam Annae stultitiam, quibus fretus Ordinarius Cordubensis in relatione data ad hanc S. Congregationem secundum vota Josephi respondit.

Ad suadendam autem Annae dementiam usque a pueritia refert quintus testis, 50 ante annos Giennae vidisse projici a fenestra cujusdam domus saxa et audivisse projectionem tribui filiae gubernatoris civitatis, qui tunc erat pater Annae, quae juxta fidem baptismatis quartum tunc non excedebat aetatis annum. Sextus eam vidisse testatur cachinnis bachantem in monasterio Biatiae biennio ante matrimonium. Et in Ecclesia ejusdem monasterii 18. se ait ab illa fuisse illusum inanibus loquelis et incomptis vocibus. Sunt alii plures testes de auditu; 13 affirmantes, dementem Annam fuisse ante matrimonium et a pueritia; 4 vero, inutilia fuisse remedia tunc adhibita, cum vitium a natura procederet, et 7, admissam eapropter non fuisse ad habitum religiosum in monasterio Biatiae, ubi aliquamdiu permansit. Concordat epistola Ludovici Herrera olim Inquisitoris Cordubensis, qui anno 1737 scripsit ad matrem Josephi, se ab Equite Giennensi, dum tractabatur matrimonium, accepisse, quod Anna semper fatua tunc solum videbatur, cum stupida quiesceret. Nec desunt, qui testantur, quod dum Annae nuptiae propositae fuerunt, haec haud percipiens status conjugalis conditionem vix assentita est suasionibus cubiculariae inducta, ut de auditu ab eadem cubicularia refert primus testis et scripserat anno 1737 quidam Religiosus Biattia,

edoctus a Moniali Conversa monasterii. Ante ipsum etiam tractatum matrimonii Monialis Cordubensis testis 23. audiverat ab Annae consanguinea, eam mentis perturbationi obnoxiam esse cum periculo gravioris morbi, et ter eam curasse scripsit medicus Giennensis anno 1737. Sed testis 26. olim Capellanus Comitis de Garzies Annae fratris, negat illius dementiam et incapacitatem profitendi religionem, subdens, quod »Sebbene durante la sua permanenza nel medesimo monastero, col motivo di una certa infermità, dalla quale fù assalita, patì qualche intervallo di fatuità, ciò solamente durò per il tempo di detta infermità: prima però, e dopo di questa si ritrovava e stette intieramente sana, e nel suo perfetto giudizio«; et testis 27., olim pariter familiaris Comitis de Garzies narrat, quod ter vidit Annam in pueritia stupidam et inertem, licet numquam cognoverit, »che fosse senza giudizio«, quodque a familiaribus illiusque fratre audiverat, »che quando questa era fanciulla, si era in essa osservata qualche turbazione di mente, quale si curò per mezzo di alcuni medicamenti.« Non latuit fama hujus dementiae matrem Josephi, quae edocta ab Inquisitore Herrera, quod Anna, uti rationis expers, non videbatur idonea statui eligendo, misit Equitem Joannem de Solazar ad explorandam veritatem, praesertim ab Eleonora de Cordova, ea lege, ut nisi comperiisset Annam ratione praeditam, haud consignaret mandatum, quo Joseph procuratorem constituit Comitem de Garzies, ut suo nomine matrimonium celebraret; sicut illa cum aliis testibus narrat, dolens, quod Joannes de Solazar, acceptis muneribus a Comite de Garzies, mandatum consignaverit cujus vigore matrimonium celebratum est die 27. Februarii 1728 cum Anna rationis usu carente, ut de auditu referunt 5. testes et innuit epistola patris Cobos, olim judicis ecclesiastici in civitate Biatiae 1737 scripta ad eamdem Josephi matrem.

Sed perpendendum, num satis cohaerere videantur hujusmodi depositiones cum circumstantiis relatis ab aliis testibus ab eodem Josepho inductis, praeseferentibus, quod post auditam Annae prudentiam ex epistola Eleonorae de Cordova et a Joanne de Solazar, qui solum pandidit, morbum Annae non ex insania, sed ex odorifera lotione progenitum quandoque recrudescere, ad sponsam missus fuit cum nuptialibus vestibus 5. testis, qui Biatiam adventus certior, ut ait, factus est de Annae dementia tum aliorum relatione tum oculis propriis, cum nihil illa officiosis suis gratulationibus responderit, haerens stipitis instar. Prosequitur enim hic testis, quod reversus Cordubam, qua occasione verisimile est, monuisse Josephum ejusque matrem de recognita Annae conditione, nihilominus ipse cum Joanne Solazar, aliisque nobilibus amicis et familiaribus comitatus est Josephum ad sponsam, ut ratum haberet matrimonium, quod innuere videtur, adeo rationis expertem compertam Annam non fuisse, ut idonea revera non esset matrimonio. Addunt item 5. et 14. testes de visu et alii 7 de auditu, iterum apparuisse Annae stultitiam cum in oppido Menxibarii ratum habitum fuit matrimonium, qua occasione in signum consensus Anna vix manum porrexit per cubiculariam compulsa; et prima nocte refugit a maritalibus obsequiis, causata, se Monialem esse et castitatem vovisse, ut cum aliis octo de auditu narrat idem 3. testis, qui praesens adfuit, subdens, quod mane Joseph detestatus amentis nuptias Cordubam cum ipso

teste redire proposuerat, retentus postea Comitis de Garzies perhorrescentia et suasionibus adstantium, qui verecundia uxoris stultitiam praetexebant. Iterum Annam restitisse consummationi refert praefatus testis; idque asserit 32. in oppido del Rio accidisse tertia nocte, dum Cordubam sponsi revertebantur, quod et Cordubae primis noctibus secutum 15. de auditu testatur. At 26. constanter affirmat, quod Anna in ratihabitione matrimonii, cui vices parochi supplens ipse interfuit, libera voluntate consensit, quodque licet prima nocte viro restiterit ob verecundiam, monita tamen ab amita, secunda nocte quievit. Cordubam tandem perventa adeo visa est stupida et insipiens, ut alii testes perfecto judicio, alii omnino rationis usu eam carere putaverint. Et Josephi mater deponit; »che nel terzo giorno dopo rivalidato il matrimonio li sposi arrivarono a questa vita etc. e la detta D. Anna si presentò con una particolare serietà, faccendo i complimenti soliti, e se diceva qualche cosa discorrendo era spropositata, e se bene nella Sala ove riceveva le visite, si manteneva con questa serietà, nulla di meno dopo se reandava, colle donne a fare pazzie.« Nec sanior postmodum apparuit, cum narret 22. testis audivisse anno 1731: »che in Cordova gli aveva replicata l'istessa infermità di turbazione di mente,« qua ratione Sacrum Viaticum illi denegavit eodem anno secundus testis; et Inquisitor Herrera in d. epistola anni 1737 commemorat de auditu a Josephi matre: »che gli aveva replicata l'infermità della sua fatuità, ed aveva praticate diverse furiose azioni.« Innumeros insuper stultitiae actus recensent singuli fere testes, illum praesertim, quod numquam a viro comprimi passa est: »per essere una parte della sua pazzia quella di resistere alla consummazione« ut ratiocinatur primus testis. Dementiae etiam juxta depositionem testis 9. et. 10. accedit surditas, cui fortasse tribui possunt incongruae illius responsiones a testibus enarratae; quare harum pertaesus calamitatum Joseph nomen militiae dedit, ad bellum profectus italicum.

Adhibita quoque remedia haud profuerunt, quin ad summum gradum pertingeret furor Annae, ut testes fere omnes deponunt et comprobatur medicorum judicio ac testimonio Vicarii generalis Corduben., qui cum illam interrogasset jussu hujus S. Congreg., nonnisi fatuas et ineptas accepit responsiones et primus testis, cum quo alii concordant, testatur, »da che venne a questa città la detta D. Anna, sino al presente, è perseverata nella sua pazzia senza intervalli, che manifestino perfetto giudizio;« quare tum alias, tum annis 1760 et 1761 idonea reputata non fuit praecepto paschali implendo juxta parochi fidem; cum quibus caeteroquin depositionibus non videtur bene convenire Confessarius Monialium affirmans, quod eodem anno 1761, post expertum integro mense sanum illius judicium, ei Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae administravit duabus hebdomadis, licet debuerit deinde cessare ob illius reincidentiam in fatuitatem.

Haec habent testes a Josepho inducti, quos autumat plenam fidem mereri, licet non omnes conveniant et plerique deponant de auditu, cum ad probandam dementiam admittantur etiam testes singulares et sola fama sufficiat (ad tradita per Rotam), accedente praesertim ommissione denunciationem aliarumque inquisitionum occasione hujus matrimonii a Comite de Garzies conquisita, ut patet ex

actis tunc compilatis, quod studiose factum fuisse opinatur Joseph ad magis tegendam stultitiam Annae. Cumque testes deponant de insania Annae ante et post matrimonium, deque illius incapacitate profitendi religionem, insanam contendit praesumendam esse pariter de tempore celebrati matrimonii; nec objici posse lucida intervalla, cum dementes ex vitio naturae nunquam convalescant. Quocirca disputat, invalidum fuisse matrimonium cum Anna celebratum, cum ratione dementiae legitimum non potuerit praestare consensum ad matrimonii validitatam necessarium (can. neque furiosus. 32. qu. 7., cap. 24. de sponsalib.), nihilque officere putat emissam renunciationem, cum matrimoniales causae pendeant a solo judicio Ecclesiae (cap. fin. de transact. et cap. causa. 9. de in integ. rest. minusque longum 30 annorum silentium, quia post longiorem etiam temporis lapsum propositae nullitati adhaesit haec S. Congregatio in Barchinonen. matrim. 1723 et in Neapolitana matrim. 1736.

Defensores autem matrimonii et Annae opponunt imprimis nullitatem utriusque processus constručti coram Ordinario Corduben., cum non fuerit deputatus defensor matrimonii, minusque fuerint producta interrogatoria pro examinandis testibus ad formam Constitut. »Dei miseratione,« quam interrogatoriorum formam ommitti non posse censuit haec S. Congregatio in Corduben. nullitatis professionis 19. Septem. 1761. Contendunt insuper praesentem Annae dementiam nihil conferre ad nullitatem matrimonii, quod non irritatur ob superventum alterius conjugis furorem (can. si uxorem. 32. qu. 3. et can. Hi qui matrimonium. 32. qu. 7.), furorem autem de tempore initi conjugii non probari a testibus Josephi, imo excludi a testibus nunc productis pro Anna, cum moniales Biatiae deponant, perfecto rationis usu potitam fuisse Annam tempore suae permanentiae in illo monasterio, et alii tres affirment, ratione praeditam visam esse post suum adventum Cordubam, et aliae probationes afferuntur de Sacramentorum frequentia, quae praesumtionem illius sanae mentis inducunt et potitam eam fuisse comprobant lucidis intervallis, junctis praesertim depositionibus testium ab ipso Josepho inductorum enarrantium reincidentiam in morbum, quae supponit praecedentem mentis sanitatem, Annaeque lucida effulsisse intervalla, temporis lapsu et renunciatione liti a Josepho emissa et probationibus ad suadendam consummationem allatis in folio de 22. Novembrii 1760. Disserunt praeterea defensores Annae, decernendam esse separationem thori, attento gravi odio per Josephum concepto contra uxorem, ut affirmant ipsiusmet testes et evincitur ex aliis probationibus, innuentibus suspicionem meditatae propinationis veneni, nec non subministrandas esse uxori hujus litis expensas juxta firmata per Rotam. Sed Joseph excipit, subalternam hanc instantiam separationis thori inopportune proponi, cum Anna jam diu vivat seorsim a viro et Sac. haec. Congregatio alimenta illi subministrari mandaverit die 22. Novemb. 1760, ideoque arbitratur, expensas tantum litis super nullitate matrimonii, non autem alias ultroneae litis super separatione thori esse subministrandas.

Quaeritur a) an constet de nullitate matrimonii? et quatenus negative, b) an sit locus separationi thori? c) an sit locus subministrationi expensarum et sumptuum litis tam pro causa nullitatis matrimonii, quam pro causa separationis thori, in casu etc.? S. C. C.

die 26. Martii 1763 resp. ad a) negative et amplius; ad b) utatur jure suo coram Ordinario: ad c) affirmative quo ad primam partem (in reliquis utatur jure suo coram Ordinario).

§. 224. Die Ungiltigkeit der Ehe wegen des Abganges der wahren Einwilligung eines oder beider Contrahenten.

Zu dem Wesen der giltigen Eheschließung gehört die Kundgebung der Einwilligung in die Ehe von Seite der Brautleute; sie geschieht in der Regel per verba, quae apta sunt, enuntiare animum celebrandi matrimonium de praesente. Diese Einwilligung aber muß ein consensus verus cum animo se obligandi sein im Gegensatze zu dem consensus fictus et simulatus. Diese aus der Natur des Vertrages entnommene Wahrheit findet sich dargelegt in dem cap. Tua nos, 26. de sponsalib., das einen Ehefall aus der Zeit vor dem Concilium von Trient behandelt und in seinem Summarium inter forum civile et poenitentiale unterscheidet (vergl. §. 80). Die Glosse bemerkt ad v. mulierem dieses cap.: »Sed pone, quod aliquis protestatur coram pluribus, quod omnia, quae dicet et faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium, et postea publice dicat: consentio in te, numquid est hic matrimonium vel non? In casu isto dico, quod Ecclesia debet judicare pro matrimonio, quia recurrendum est ad communem verborum intelligentiam; talia enim verba non possunt servire suae intentioni; praeterea si probet illa verba, quae protestatus fuit in primo, potuit postea recedere ab illa voluntate et consentire in illam et hoc videtur per illud, quod postea publice facit, et si dicat, quod adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate, non creditur ei, quia contra eum debet fieri interpretatio, quia dolum adhibet.« (Vergl auch im §. 245, sub. 4. die causa Ulixbonen.)

Dazu kommt die Erklärung des Papstes, Pius VI. vom 11. Juli 1789 an den Bischof von Erlau: Matrimonium hoc insigni discrimine differt ab alio quocumque mere civili contractu, quod in eo genere civili consensus certis de causis interdum per legem suppleatur, in matrimonio vero nulla humana potestate suppleri consensus valeat. Man hat, wie Dr. Seitz (Darstellung der kathol Kirchendisciplin in Ansehung der Verwaltung der Sacramente, §. 109) zeigt, diese Erklärung des Papstes angefochten, weil, wenn ein Eheversprechen (von einem solchen verstand man das cap. Tua nos) durch Betrug veranlaßt wurde, dasselbe zwar nichtig ist, aber nur zu Gunsten des Betrogenen und nicht zu Gunsten des Betrügers, welcher aus seiner unerlaubten Handlung keinen Vortheil ziehen darf und darum, wenn der betrogene Theil die Ehe vollziehen will, an sein Eheversprechen gebunden bleibt. So richtig diese Sätze auch sind, so passen sie doch, wie Dr. Seitz bemerkt, nicht hieher, sondern nur auf den Fall, wenn der Betrüger sich ernstlich und wirklich verlobt, und durch seinen dolus die Braut bewogen hat, ihre Einwilligung zu dem Verlöbnisse zu ertheilen, welches sie ohne den Betrug nicht geschlossen haben würde; z. B. ein Mann, welcher ohne Vermögen und außer

Stande ist, eine Frau zu ernähren, bewegt ein Mädchen, dessen Hand er zu besitzen wünscht, dadurch zum Eheversprechen, daß er sich mittelst falscher Urkunden über den Besitz eines ansehnlichen Vermögens ausweiset. Hier hängt es allerdings von dem Willen der Braut ab, ob sie wegen des Betruges die Sponsalien anfechten, oder sich dieses ihres Rechtes begeben und den Betrüger zur Erfüllung seines Versprechens anhalten will. In dem vom Papste Innocenz III. in cap. Tua nos entschiedenen Falle war dagegen das Verlöbniß oder die Ehe nicht etwa durch einen Betrug herbeigeführt, sondern überhaupt gar nicht abgeschlossen worden, indem der Betrug eben darin bestand, daß von Seiten des Mannes kein Eheversprechen gegeben, sondern nur simulirt wurde. Das Mädchen war (und dieß ist wohl zu unterscheiden) durch die Täuschung nicht zum Eheversprechen, sondern zum Beischlafe verführt worden, weßhalb die Entscheidung des Papstes, daß kein Ehecontract und somit auch keine Ehe oder kein Verlöbniß existire, vollkommen gerechtfertigt erscheint und nur von einer oberflächlichen Auffassung den Vorwurf der Abgeschmacktheit zu befürchten hat.

Wann man aber dem Contrahenten, der behauptet, daß er nicht wahrhaft in die Ehe gewilliget, sondern den Consensus blos simulirt habe, Glauben beimessen könne, ist schwer zu entscheiden. Das cap. Tua nos. 26. de sponsalib. bezeichnet den bezüglich des Urtheiles hierüber zu beachtenden Unterschied inter forum judiciale et poenitentiale.

Ferner handelt über diesen Gegenstand das c a p. 28, d e s p o n s a l i b. »Mulieri, quae negat, se in matrimonium consensisse, non creditur, marito probante contrarium; secus si probat se consensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.« Honorius III. an. 1225. »Consultationi tuae breviter respondemus, quod mulieres, quae veniunt ad valvas Ecclesiae benedicendae cum sponsis, et ibi reclamantes affirmant, se numquam in eorum matrimonium consensisse, audire (sponsis legitime probantibus contrarium) non oportet; cum legitimis et idoneis testibus non debeat eorum simplex assertio praevalere. Sane illis, quae benedictione accepta mox a sponsis aufugiunt ante carnis copulam subsecutam, asserentes, se numquam veraciter in illos consensisse, sed metu illato compulsas verba protulisse consensus, licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda, sed de illato metu est cum diligentia inquirendum, et si talis metus inveniatur illatus, qui potuit cadere in constantem virum, erunt non immerito audiendae« (vergl. unten §. 227 sub 2).

Dieß vorausgesetzt, lehrt Scavini: Parti affirmanti, se ficte matrimonio consensisse, i n F o r o e x t e r n o non creditur (nisi ex circumstantiis pateat, illum dolo fuisse deceptum aut gravi metu inductum ad contrahendum); alioquin nullus contractus firmus esset, si fictionis praetextu resilire liceret. Imo occasio etiam praeberetur a veris matrimoniis ad alia irrita convolandi. Et hac ratione neutra pars in foro externo auditur, etsi uterque affirmet ac juret, se ficte consensisse (cap. super eo, 5. de eo, qui cognovit, vergl. §. 170). Auch Sanchez behandelt (lib. 2. disp. 45) die Frage, quando teneatur conjux credere, prius matrimonium irritum esse ob dictum alterius asserentis, se ficte consensisse, ut ita possit aliud inire matrimonium? Er antwortet darauf: Si tractetur de fide

adhibenda viro respectu sui ipsius, in foro conscientiae credetur, secus in foro externo, nisi probet. Nam in foro conscientiae tantum agitur de salute spirituali alicujus et componenda cum Deo conscientia; in foro autem externo de administranda justitia actori jus suum petenti; et inde est, ut in illo stetur confessioni pro se vel contra se, in hoc autem allegatis et probatis. Facile enim justitia everteretur, si confessioni soli litigantium standum esset. Verba externa signa sunt affectuum cordis; at signa speciem praesumptionis et conjecturae indicant; sed in foro conscientiae locus non est praesumptionis, sed haec veritati cedit. Tandem nemo ita salutis suae immemor praesumitur, ut quaerens Deo reconciliari in interno foro, falsum deponat. 2) Si tractetur de fide adhibenda viro respectu mulieris, ut ita teneatur vel possit ei credere asserenti se ficte consensisse, ut sic nequeat uti eo matrimonio et alii nubere, non tenetur regulariter ei neganti, se vere consensisse, fidem adhibere. Probatur ex cap. per tuas, de probat. Item quia verisimilius est, eam modo mentiri, quam in contractu principali. Quod verum est regulariter, etiamsi juret vir fictum illum consensum, nam nisi aliae circumstantiae concurrant (de quibus postea), non est ei credendum. Der h. Alphons citirt noch das cap. Cum a nobis, de testib. 3) Ea certitudo requiritur et satis est, ut possit credere mulier et aliud inire matrimonium, quae virum prudentem certum moraliter reddat ficti consensus. Nam certitudo metaphysica haberi nequit, cum ea, quae ab hominis corde pendent, soli Deo nota sint; ergo sufficit certitudo moralis; haec autem cum jure definita non sit, nulla certior regula praescribi potest, quam ut sit ea, quae virum prudentem attentis circumstantiis occurrentibus certum redderet (DD. ob conjecturas probabiles prudentis arbitrio concedunt facultatem alii nubendi).

Aus dem Gesagten zieht Sanchez die nachstehenden Folgerungen: a) judicis arbitrio committi, quae sufficiant conjecturae, certitudinemque moralem faciant; licet enim vir statim reclamet, se non consensisse: possunt esse ea indicia, ut jure optimo fides ei adhibenda non sit, ut si dignius matrimonium se offerat. Credetur tamen dicenti, se non consensisse, quando testibus probat verisimilia signa ficti consensus. b) Est sufficiens conjectura, si cum vir protulit verba consensus, in continenti revocat; potest enim praesumi, per errorem ea verba protulisse, sicut in cap. Praeterea, de testib. cogend. definitur, testem se in continenti retractantem admittendum esse, praesumique prius testimonium ex errore promanasse. Vel cum factis ostendit, se non consensisse, statim fugiendo i. e. non multo tempore post matrimonium initum. Sed in hoc casu non puto sufficere, non multum temporis transactum esse, sed debet esse ita in continenti, ut potius per errorem et inadvertentiam vel lapsum linguae videantur ea verba prolata, nisi aliae circumstantiae concurrant, quae fictum consensum probent. c) Est sufficiens conjectura, ut possit uxor alii nubere, si vir statim se ficte consensisse aperiat, aliudque matrimonium ineat. Illa enim consensus ficti citissima manifestatio, et simul audere, aliam uxorem ducere, videntur manifestare fictum consensum; non enim praesumendum est, si vere consensisset, tam cito fore, ut poeniteret, ac tam immemorem suae salutis illam esse, ut auderet ad

alias nuptias migrare. Idem dicendum est, si vir statim declarat fictum consensum et transeat ad religionem, quia non praesumendum est, eligentem statum adeo perfectum, saeculoque renunciantem, scelus admittere velle, ut fraudet uxorem debito matrimonio, aliudque irritum ipsa ineat, si consensus non fuerit fictus. Idem est de viro ad Ordines sacros promoto, quia pariter est status incompatibilis cum priori matrimonio. Idem asserunt, si vir statim fictum consensum patefaciens totis viribus recuset prius matrimonium. Sed melius caeteri dicunt, requiri, ut transeat ad statum incompatibilem; alias non esse tutum, facultatem dare feminae alii nubendi. d) Similiter sufficiens est indicium, si vir asserens, se ficte consensisse, sit longe dispar, ita ut prudentis arbitrio vix credi possit, eum illam duxisse. Ajunt conjecturas probabiles ficti consensus, ut possit mulier tuto alii nubere, tribuere generis, divitiarum statusve conditionem valde disparem. Idem erit, si vir ad religionem transeat vel Ordine sacro initietur. Viro autem non promoto ad alium statum, non est tutum feminae ad alias transire nuptias, cum passim exempla virorum suppetant, qui coeco amore capti nuptias valde impares celebrant. e) Esto non inveniatur ea disparitas, et post temporis intervallum fictus consensus detegatur a viro, si id juramento confirmet et ex vitae ejus qualitate probabile sit, eum non pejerare, quia solitus est, quotannis Sacramenta suscipere, bonorumque familiaritate uti, et simul aliam uxorem ducat vel religionem profiteatur vel Ordinem sacrum assumat, esse sufficiens indicium ficti consensus, quia non est verisimile, eum velle in re tam gravi, sibique et uxori adeo perniciosa mentiri. Etsi post longum tempus vir patefaciat fictum consensum, si prius erat perditis moribus imbutus et jam a coepto eo tramite destiterit, poenitentiaeque de anteacta vita signa praebuerit, esse sufficiens signum ficti consensus. Sed credo magna esse debere hujusmodi signa et talia, ut vir prudens omnino acquiescat et rarissime hoc sufficere. Apud Indos autem ajunt probabile esse, attenta eorum conditione et consuetudine facile consentiendi ficte, si alter dicat, se consensisse ficte, aliudque matrimonium ineat, posse alterum fidem adhibere et ad alias nuptias transire, si certo non novit, eum mentiri, sed conjecturas habeat, ut possit dubitare, an verum dicat, ut quia amore nimio vel aliquali timore vel modica deliberatione verba matrimonii protulit. Sed ego non auderem, facile hanc licentiam illis concedere; sunt enim barbari et veluti rationis expertes, et sicut facile consentiunt ficte, sic facile mentientur; unde oporteret eos esse probatae vitae, ut eis fides adhibeatur. Ex his fit, non esse credendum absolute dicentibus, posse conjugem credere alteri asserenti, se ficte consensisse et maxime, si ad aliud transeat matrimonium, et ob hanc solam assertionem posse aliud matrimonium inire. Sed hoc non est verum, nisi aliae circumstantiae dictae concurrant. Illa enim simplex assertio non induceret virum prudentem, ut in re tam gravi plenam fidem adhibeat. f) Si puella negat, verum consensum se praestitisse, verisimilibus conjecturis metum patris comprobans, estque honestae vitae et alii nubit, sufficiens est conjectura, ut possit vir aliam ducere. Et intelligo non de metu cadente in virum constantem, quia tunc frustra aliae conjecturae exigerentur, cum matrimonium esset irritum, quamvis femina vere consensisset. g) Si con-

jecturae prioris consensus sint vehementes, quia non est notabilis disparitas, nec tam verisimilis metus adfuit, et talibus verbis et modo vir consentiat, ut arbitrio prudentis uxor non possit non credere, vere maritum consensisse, nec tenetur nec potest credere, licet vir juramento neget consensum. Similiter si alter non tantum neget verum consensum, sed etiam verba consensum exprimentia, et alter conjux est certus de verbis prolatis, non poterit aliud matrimonium inire; sicut enim alter mentitur negando verba, potest praesumi, eum veritatem consensus negando pariter mentiri. Das Beispiel eines consensus ficti ex honesta causa ad reparandum honorem mulieris bietet die causa Ulixbonen., welche unter den praktischen Fällen der bedingten Consenserklärung in die Ehe zur Sprache kommen wird. Auf dasselbe geht hinaus, was in dem Referate super causa Eystetten. vom J. 1732 vorkömmt de eo, qui matrimonii nullitatem proponat propterea, quod illud contraxerit animo non vere contrahendi, sed decipiendi feminam. Ajunt DD., inspiciendas esse hujusmodi conditiones, nimirum si confessio sit juramento confirmata, si coram viris fide dignis protestatus ante matrimonium fuerit, se velle feminam decipere, si honesta vivendi ratio fidem conciliet homini sic affirmanti, si denique prudens judex perpensis omnibus circumstantiis probabiliter credere possit, consentaneum veritati esse id, quod affirmatur, ut videre est apud Navarr. in manual. cap. 22. n. 76: »Porro femina ita decepta alteri nubere non potest, nisi quando probabiliter judicio prudentis et boni viri crederet, eum, qui decepit, verum dicere, asserendo, se non habuisse animum contrahendi, sed tantum decipiendi. Vir bonus autem et prudens id arbitrabitur, si statim post contractum id ei declaravit, cum alia contraxit aut religionem professus est. Et idem, si non statim id declarasset, postea tamen juramento id firmat et est alioqui fide dignus et saepe vel saltem semel in anno confitetur, communicat et bonorum consuetudine utitur; aut si sint adeo dispares, ut non sit verisimile, illum matrimonium cum illa vere contrahere voluisse, aut si sint alia ejusmodi indicia, et ille duxerit aliam vel profiteatur religionem; alioqui non est tutum ei, alteri nubere.«

Wir fügen noch bei, was der Erlaß des Wiener FE.-Ordinariates vom 21. Dezember 1856 erwähnt. Die Frage der verstellten Einwendung darf in der Theorie nicht übergangen werden, sie ist aber für die Ausübung selten von Wichtigkeit. Kein Gatte ist im Gewissen verpflichtet, der Behauptung des andern, daß er verstellter Weise eingewilliget habe und ihre Ehe hiemit ungiltig sei, Glauben zu schenken; vor dem Ehegerichte aber würde nicht das Geringste bewiesen sein, wenn auch beide Gatten die übereinstimmende Versicherung vorbrächten, daß ihre Einwilligung eine verstellte gewesen sei. Man müßte Umstände darthun und Zeugnisse beibringen, welche eine von dem Geständnisse der Gatten unabhängige Beweiskraft hätten. Der Priester, welchen man darüber zu Rathe zieht, möge die Bestimmung des §. 93 (unten im §. 226) der Anweisung im Auge behalten.

Es sind ferner noch mehrere Fragen, die bei diesem Anlasse in Betracht kommen, und von Sanchez in nachstehender Weise besprochen werden: 1) Utrum concurrentibus circumstantiis dictis (ab a—g) ficti consensus licitum sit, absque udicis auctoritate, matrimonio priori spreto ad aliud transire? Hodie vix

potest contingere casus, quia cum debeant matrimonia coram parocho et testibus celebrari et parochus contrahentium nomina teneatur in libro ad id destinato scribere, scandalum sequetur, nisi prius matrimonium publica ecclesiastica auctoritate irritum declaretur. At si prius matrimonium probari nequit, quia parochus et testes obierunt, nec liber, in quo nomina contrahentium scripta sunt, comparet, poterit tuto in loco longinquo, ubi scandalum non esset, concurrentibis praedictis ficti consensus circumstantiis alter conjux aliud contrahere matrimonium, poteruntque etiam hodie praedictae conjecturae deservire, ut ex eis judex ecclesiasticus, coram quo lis agitanda est, deprehendat, fictum fuisse consensum. 2) Utrum dissensus in matrimonio probatur utriusque conjugis confessione, asserentis se ficte consensisse? Negant, quia non satis est confessio impedimenti dirimentis facti ab utroque conjuge ad matrimonium dissolvendum. Sed meo judicio dispar est ratio; nam caetera impedimenta possunt alia via probari, cum externa sint; dissensus autem cum in corde lateat, non potest alia via probari, nisi per conjugum confessionem, licet conjecturae aliae possint adhiberi et ideo admittatur facilius in hoc casu utriusque conjugis confessio (nisi collusionis praesumptio adesset). 3) An protestatio, qua alter conjux protestatus est ante matrimonium, se nolle per quaecumque verba postea a se dicta matrimonium contrahere, sit sufficiens dissensus indicium? Distinguendum est. Si ea protestatio fiat altero conjuge sciente et consentiente, valet et per eam recessum videtur a consensu sequenti, nec praesumetur matrimonium. Si vero fiat altero ignorante, aut, si scivit, dissensit protestationi, nihil prodest; sed per sequentem consensum videtur ab ea recessum. Nam cum alter consensit, videtur cedere juri suo et nolle contrahere matrimonium. Dein matrimonium est contractus ex duorum voluntate pendens; id autem generale est in omni contractu hujusmodi, ut protestatio alterius nihil juvet, nisi altero sciente et consentiente facta sit; ergo talis protestatio, ficti consensus alteri non intimata, nihil prodest. Protestans faciendo actum contrarium protestationi videtur ab ea recedere et simpliciter consentire, ergo non prodest protestatio. Et quamvis non constet apud Auctores, an satis sit consensus tacitus, quando scilicet altero praesente et tacente fit protestatio, ut per eam videatur a consensu futuro recessum, vel exigatur expressus: in matrimonio bene docent requiri expressum, ne tantum Sacramentum illusione et levitate contrahentium tractetur.

Intellige tamen, a) priorem partem, ut protestatio facta altero consentiente valeat, n i s i p o s t e a c o p u l a s e c u t a s i t; tunc enim videtur omnino a protestatione recessum et praesumetur matrimonium. Probatur e x c a p. p e r t u a s. d e c o n d i t. a p p o s., ubi contracto matrimonio sub conditione nondum impleta et ita nondum existente perfecto consensu, recedi a conditione dicitur et perfectum consensum effici copula secuta. Et in c a p. i n s u p e r, q u i m a t r i m o n. a c c u s. allegatur mulier testibus comprobare nitens dissensum; et tamen non auditur, quia postea permisit copulam, per quam a dissensu videtur recessisse. Ratio hujus praesumtionis est, ne inducatur turpitudo protestantis et peccatum in ea copula; delicti enim praesumtio omnino vitanda est. Contrarium tenent dicentes, non ratificari per illam copulam; et haec opinio, quamvis jure

communi vera non esset, hodie tamen attento Tridentino verissima est, quia cum jam per illam copulam matrimonium ratificari non possit et ita evitari non possit delictum illius copulae fornicariae, cessabit omnino matrimonii praesumptio. Si tamen nullitas matrimonii illius, quod coram parocho et testibus fuit celebratum, ita occulta fuit, ut in foro externo probari non possit, habebit locum doctrina communis, quia hodie potest ratificari matrimonium illud copula affectu maritali habita, sicut Jure antiquo eadem convalescebat. Intellige b) aliam partem, ut non valeat protestatio altero non consentiente praemissa, ut hoc obtinet, quando dolose facta fuit, i. e. citra justam causam; secus si causa justa adesset, ut si quis metu cogatur matrimonium inire et clam protestetur, se minime consentire, valebit protestatio, nec ab ea videtur recessum, ut colligitur ex can. Lotarius C. 31. qu. 2. et cap. 1. de his, quae vi et metu. Debet tamen metus hic esse cadens in virum constantem, alias protestatio illa clancula non juvabit; unde metus reverentialis sufficiens non est, ut juvet protestatio, nisi minae vel verbera accedant, quia aliter non est cadens in virum constantem. Similiter erit causa justa protestationis clandestinae vitatio scandali imminentis. Notandum porro, tradita de metu vera esse, quando protenstatio fit adversus eum, qui metum illaturus timetur; secus quando adversus tertium, qui metum non infert; tunc enim cum culpa careat, notificanda est protestatio, ne culpae immunis damnum patiatur (limitant, quando alter ignoravit, metum esse a tertio). Sed haec declaratio non habet locum in matrimonio, quod, cum summam libertatem petat (cap. cum locum, de sponsalib.), irritatur metu gravi a quocumque illato. Haec dein secunda limitatio intelligenda est, nisi, protestatione ex causa justa praetermissa, sequatur copula; adhuc enim videbitur a protestatione recessum. (Quoad Concilium Tridentinum vide supra sub a). c) Tandem observandum est, haec omnia de protestatione tradita deservire in foro externo; nam in foro interno deficiente vero consensu non erit matrimonium; posse tamen deservire in foro interno, ut excusetur hic fictus contrahens ratione protestationis praemissae ab habendo vero consensu in casibus, in quibus ficte consentiens tenebatur consentire. Excusabitur enim in foro interno in casibus, in quibus protestatio in foro externo juxta tradita excusatur, secus, quando in illo foro non excusatur. Nam quando non juvat protestatio, protestans est in dolo et culpae reus; quando autem juvat, culpa vacat.

hat, die Giltigkeit der geschlossenen Ehe zu bestreiten. Gegen die Nothwendigkeit der ohne einiges Aufsehen nicht zu bewerkstelligenden Consens-Erneuerung coram parocho et testibus spricht sich auch der gelehrte Cardinal und Erzbischof von Bologna, Prosper Lambertini, in allen jenen Fällen aus, in denen die Ehe mit einem geheim bleibenden, d. i. nicht offenkundigen Hindernisse der Giltigkeit coram parocho et testibus geschlossen wurde. Contra est, so schreibt er in seiner 87. Unterweisung, si matrimonium celebratum fuit coram parocho et testibus et impedimentum dirimens occultum obversatur; dasselbe gilt wohl auch, wenn die Ehe ob defectum consensus von Seite eines oder beider Contrahenten ungiltig eingegangen, die forma Tridentina jedoch beobachtet wurde. Tunc novus consensus certe praestandus est, sed clam inter contrahentes, nec amplius parochus duoque testes requiruntur. Nam semel mandato Concilii Tridentini jam paruerunt conjuges, cum primo matrimonium, licet interposito occulto impedimento, confecerunt. Haec ita decrevit S. Poenitentiaria S. Pii V. Pontificis auctoritate. Etenim Tridentina Synodus, cum jussit matrimonium contrahi coram parocho et duobus testibus, nihil aliud statuendum voluit, nisi clandestina matrimonia impedire, ex quibus gravissima mala derivari consueverunt, ac potissimum, cum matrimonium secreto initum fuerit sine parocho et testibus, novum matrimonium, simili ratione conficiebatur, vel etiam publice adhibitis testibus accitoque parocho, quae sane corruptela nequit obtingere, cum publice matrimonium celebratum fuit, licet irritum ob impedimentum dirimens occultum habeatur. Quamobrem cum parochus et testes primo matrimonio jam interfuerint, quod rite celebratum putabatur, quia impedimentum nequaquam innotuerat, ideo satis est, ut clam inter conjuges novus consensus praebeatur, cum ipsum matrimonium S. Poenitentiariae facultate rite confirmandum est. Derselbe Grund gilt, wenn die wegen verstellter Einwilligung, aus Irrthum oder Furcht und Gewalt ungiltig geschlossene Ehe durch den nachfolgenden Consens des simulirenden, irrenden oder gezwungenen Gatten giltig wird, selbst wenn dieses Hinderniß offenkundig geworden ist. Denn dem Gebote des Conciliums von Trient de contrahendo coram parocho et testibus ist bei der, wenn gleich ungiltigen, Eheschließung Genüge geschehen, somit die vorgeschriebene Form der Eheschließung beobachtet worden und zur Sicherung des Bestandes der Ehe in foro externo ist die neuerliche Consenserklärung nicht nöthig, weil Niemand da ist, der den Bestand der Ehe in Frage stellen könnte. Um so weniger kann von einer Anmerkung des nachgefolgten Consenses im Copulationsbuche die Rede sein.

Insbesondere lehrt jedoch Monacelli (Formular. tom. 1. tit. 8. form. 10. n. 17) quod matrimonium m e t u contractum, licet Jure communi inspecto per (diuturnam cohabitationem et) copulam postea libere et voluntarie subsecutam (adeoque ex novo libero consensu) ratificetur et convalidetur, ut per gloss. in c a p. i n t e r c a e t e r a, 22. q u. 4. tenent communiter: nihilominus hodie jure novo Concilii Tridentini matrimonium nulliter a principio contractum non convalidatur per subsecutam copulam, quantumvis libere habitam, sed requiritur n o v u s c o n s e n s u s i n f a c i e E c c l e s i a e, prout ex declaratione S. Congreg. firmat Fagnanus. Uebrigens finden sich folgende hieher gehörige Entscheidungen

der S. C. C. (lib. 11. decret. fol. 58.): a) S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum saepius respondit, hodie post Tridentinum Concilium matrimonium metu contractum et purgato metu per cohabitationem cum carnali copula aliosque actus non convalidari, nisi iterum contrahatur adhibita rursus ejusdem Concilii forma, in Hispalen. die 20. Junii 1609, et in Constantinopolitana, die 2. et 16. Decembris. 1634. b) Matrimonium servata forma Concilii Tridentini initum non est revalidandum repetitis solennitatibus, si impedimentum sit occultum, in Caenaten. die 10. Aprilis 1723. In dem Referate über diese causa heißt es: Exclusa necessitate renovandi consensum ad formam Concilii coram parocho et testibus, quia, quando impedimentum est occultum et in matrimonio licet nulliter a principio contracto servata est forma Concilii, non est opus pro revalidatione iterum contrahere repetitis solennitatibus alias rite adhibitis in primo contractu (Fagnan. in cap. Is, qui fidem, de sponsalib.) Et dubitantibus Rotae auditoribus de veritate hujus conclusionis, Cardinalis Carafa, olim hujus S. Congregationis Praefectus ad se vocare fecit duos Rotae auditores, eisque ostendit S. Congregationis resolutionem innixam stylo S. Poenitentiariae et sic declarationi S. Pii V., de qua apud Navar. consil. de sponsalib., et abinde citra Rotae auditorium pro revalidatione matrimonii, si impedimentum fuerit occultum et in primo contractu servata fuerit forma Concilii, renovationem coram parocho et testibus necessariam esse non existimaverit (uti habetur in pluribus Rotae decisionibus). Auch in dem Referate super causa Eystetten. vom J. 1732 (vergl. 1. B. §. 65. S. 509) heißt es: Quantum attinet ad coactionem, quae a magistratu saeculari adhibita asseritur, ut primum matrimonium contraheretur, articulus propositus testibus ita conceptus erat: »an et quomodo testis sciat, quod, postquam Antonius Bauer textor sui magistri filiam Christinam Wermichin praegnantem reddidit, ipse Antonius Bauer a magistratu saeculari fuerit violente coactus ad eam sibi matrimonio jungendam?« Responsum vero, cui testes communiter subscripsere sic habet: »Hoc testamur in nostra bona conscientia, quod Joannes Bauer a magistratu saeculari coactus fuerit ad Christinam ducendam.« Nec aliud quidquam ad compulsionem probandam affertur. Caeterum videtur animadvertendum, quod Joannes postea per annum cum Christina cohabitavit, alterumque filium procreavit. Ubi vero etiam matrimonium sit ab initio initum per vim metumve, tamen deinde per ejus consummationem vel per diuturnam cohabitationem censetur sponte ratificatum (cap. is, qui fidem, et cap. cum ad id, de sponsalib.) Daher antwortet auch Gury auf die Frage: an consensus sit renovandus coram parocho et testibus? Negative, quod constat ex praxi Ecclesiae et sententia communi ob incommoda, quae ex illa obligatione sequerentur. Eine Ausnahme müßte in dem kaum eintretenden Falle angenommen werden, wenn eine Ehe ex titulo vis et metus ungiltig erklärt worden wäre und später dieselben Personen neuerdings mit einander die Ehe schließen wollten. Da wäre begreiflicher Weise die Einhaltung der forma Tridentina unerläßlich (vergl. im Hauptstücke über das Verfahren die Lehre von der Wiederverehlichung ungiltig verheirateter Gatten). Die Eichstädter Pastoral-Instruction verlangt bei der mit Hindernisse des Irr-

thums geschlossenen Ehe, ut consensus coram parocho et testibus renovetur, si error in foro exteriori probari possit. Dieselbe verfügt de revalidatione matrimonii irriti ob defectum consensus: Si nullitas matrimonii publice innotuerit, idem matrimonium rite confirmari nequit, nisi consensus coram parocho et duobus testibus ommissis tamen proclamationibus praebeatur, etsi prius conjuges in facie Ecclesiae matrimonium jam inierint. Si matrimonium celebratum fuit coram parocho et duobus testibus, et defectus legitimi consensus occultus servatur, tunc novus consensus clam inter contrahentes est praestandus, nec amplius parochus duoque testes requiruntur.

Trefflich erläutert den in Rede stehenden Umstand Dr. Schulte (§. 41). Durch die beobachtete Solennität, die feierliche Eingehung in forma Tridentina, besteht der Form nach eine vom Rechte als giltig anerkannte und genehmigte Ehe Auf diese Weise besteht die öffentliche nothwendige Vermuthung, daß kein Ehehinderniß vorhanden gewesen, also eine in alle Wege giltig abgeschlossene Ehe zu Stande gekommen sei. Ist eine solche Ehe demnach wegen Mangel des Consenses nichtig, so würde es einer förmlichen Nullitätserklärung bedürfen, um jenen öffentlichen Glauben zu zerstören. Wegen dieser Form und der dadurch begründeten Vermuthung steht nicht zu befürchten, daß es einem solchen in nichtiger Ehe Lebenden gelingen könne, ohne Nullitätserklärung eine neue Ehe zu schließen. Wird also der fehlende nichtige Consens, wenn die Ehe öffentlich für eine rechtsbeständige gelten mußte, weil das Hinderniß gänzlich unbekannt war, durch den stillschweigenden Consens der Ehegatten erneuert, so ist dadurch dem Rechte in gewisser Hinsicht vollkommen Genüge geleistet. Denn die Form ist beobachtet, der Consens vorhanden, öffentlich wurde die Ehe für giltig gehalten; sollte auch später das Hinderniß bekannt werden, so hat dieser Umstand auf die Giltigkeit keinen Einfluß, weil wegen der äußerlich freien Erklärung des Consenses im Momente der declaratio coram parocho et testibus die Vermuthung für dessen Giltigkeit sprach, durch den hinzugekommenen Consens diese praesumtio eine unumstößliche geworden ist. Somit bedarf es, wie auch die kirchliche Praxis mit Recht annimmt, bei dem wegen eines geheimen, in dem Willen der Contrahenten liegenden Grundes nichtigen Consenses der declaratio coram parocho et testibus nicht, sondern die stillschweigende Consenserneuerung genügt. Wo aber das Ehehinderniß ein öffentliches, d. h. öffentlich bekanntes ist, kann nicht die heimliche Consenserneuerung genügen, sondern bedarf es einer neuen declaratio consensus coram parocho et testibus. Hier ist die tridentinische Form ohne allen Einfluß, weil dieselbe nicht die Meinung und Vermuthung erzeugen kann, daß die Ehe eine giltige sei, indem die Vermuthung, welche sich sonst aus der Form ergeben würde, gänzlich aufgehoben wird durch das öffentliche Bewußtsein, daß die Form unnütz, gleichsam nur zum Scheine angewandt worden sei. Hierdurch fallen denn alle Gründe fort, welche die Wiederholung der tridentinischen Form in jenem Falle als überflüssig oder doch nicht nothwendig erscheinen ließen; es sprechen für die unbedingte Wiederholung im Gegentheile ganz dieselben Gründe, welche die Einführung dieser Form überhaupt bewirkt haben. Ueber das von der Anweisung f. d. g. G. Ö. dießfalls Verfügte haben wir uns sub 1 ausgesprochen.

Wir schließen mit der Erinnerung, welche die Eichstädter Pastoral-Instruction den Seelsorgern ertheilt, obgleich dieselbe bei den Grundsätzen des §. 93 der Anweisung f. d. g. G. Ö. minder erheblich erscheint. Quia in foro externo defectus consensus sive ob errorem, sive ob vim metumque, difficillime probari potest, et propterea divortium ex hoc titulo numquam conceditur, hinc parochi et confessarii prudentem adhibeant diligentemque operam, ut pro rerum circumstantiis mariti putativi coram parocho et duobus testibus in casu publico, vel clandestine in casu occulto renovent et suppleant consensum, et ut pars noxia alteram partem, forsan recusantem, precibus, monitis et obsequio suavi demulceat. Nam ad evitanda scandala et prolis damna utraque pars ex charitate saltem et pars noxia etiam ex justitia ad renovandum consensum obligatam se habere tenetur.

§. 227. Verhandlungen bei der S. Congregatio Concilii über den Abgang der Einwilligung bei der Eheschließung.

1. Causa Mutinen., die 9. Junii 1725. Anna de Ambreville musicae artis peritissima, uti fertur, femina instat pro declaratione nullitatis matrimonii a se per verba de praesenti contracti die 4. Februarii 1720, ommissis de licentia Ordinarii publicationibus, cum Annibale Traerio in oratorio domus Comitis Annibalis de Saxes coram ipso et ejus filio tamquam testibus et coram parocho S. Vincentii habilitato ab eodem Ordinario ad assistendum matrimonio, quum non esset parochus contrahentium; eademque Anna instat pro nullitate, non obstante, quod mense Julii 1722 a Vicario Generali Mutinensi fuerit pronunciata sententia super obligatione praestationis erga Annibalem obsequiorum matrimonialium, parum urgentibus usque deductis pro invaliditate matrimonii, quae judex declaravit nec obstitisse nec obstare. Fundamentum Annae constituitur in hoc, quod matrimonium ab ipsa contractum cum Annibale fuit simulatum, in quo rerum themate non est obligatorium juxta textum in cap. Tua nos, de sponsalib. Et quia ad effectum probandi in foro fori simulationem doceri debet de causa simulandi et de conjecturis et circumstantiis simulationem suadentibus; causa simulandi reponitur in hoc, quod cum per quatuor menses Anna fuisset detenta in fortalitio Mutinae, ne matrimonium contraheret cum quodam nobili juvene, qui ejus amore erat captus, eidemque fuisset notificatum, quod egressum e fortalitio numquam esset consecutura, nisi aut cum alio viro, non disparis, sed aequalis conditionis matrimonium de praesenti contraheret, vel professionem religiosam inter moniales emitteret, alius sibi non supererat modus libertatem consequendi, quam matrimonium simulando, et illud de facto contrahendo, sed ficte tantum et apparenter et absque animo se obligandi. Transeundo ad conjecturas sive circumstantias, prima desumitur ex epistolis ab Anna ante matrimonium conscriptis et Mediolanum ad Abbatem Maggium transmissis, et ex ejusdem Abbatis responsionibus, ex quibus colligitur, mulierem

ab Abbate requisivisse, ut virum callidum inveniret, qui aptus esset ad simulationem, eidemque subinde notificasse, quod Annibalem Traerium invenerat, cum quo erat matrimonium simulatura, quod consilium ab Abbate fuit approbatum. Secunda eruitur ex ipsa lectura capitulorum matrimonialium, quae ante matrimonium concordata fuerunt; in illis etenim conventum est, quod futuri conjuges deberent in separatis domibus degere, unusquisque propriis expensis usque ad proxime futurum mensem Maji; ex hoc quippe insolito pacto ad simulationem arguitur, et multo magis, quia, quum secuto matrimonio mulier adigeretur ad conficiendum dotale instrumentum et delata hujusce rei notitia ad Abbatem Maggium ipse respondisset, nullum ex instrumento praejudicium in Annam derivari posse, ex quo causa simulandi adhuc perdurabat, deventum quidem fuit die 13. Februarii ad stipulationem instrumenti, sed in eo renovatum fuit pactum de non cohabitando usque ad supradictum mensem Maji. Tertia est, quod teste etiam Episcopo praedictum pactum executioni fuit mandatum, quumque die 15. Februarii et sic paulo post stipulationem instrumenti dotalis, ex quo nulla amplius supererat apud ignaros simulationis dubitatio de validitate matrimonii, facile fuerit mulieri juxta Abbatis consilium una cum Annibale accedere sub praetextu cujusdam necessitatis ad civitatem Mantuae, sic res disposita fuit, ut uno die citatis equis iter perficeretur, nec sub eodem tecto insimul pernoctarent, quin imo, quum statim ac Anna ad civitatem Mantuae pervenit, accesserit ad Principem Gubernatorem eique coram Annibale totam rei seriem aperuerit, et statim apud honestam matronam se receperit et deinde ingressa sit Conservatorium S. Francisci tertii Ordinis et in foro ecclesiastico protestationem emiserit de nullitate matrimonii ex capite simulationis, non una, sed multiplex dicitur in hoc rerum complexu adesse simulationis conjectura. Quarta tandem infertur ex attestatione ipsius Annibalis Traerii exarata die 26. Decembris 1723, in qua praevio juramento asserit, a) se ante Annae incarcerationem in fortalitio Mutinensi cum ea locutum non fuisse; b) se in fortalitium ingressum fuisse, ut instrumentum musicale aptaret; c) se mulieri notificasse, quod non esset e carcere egressura, nisi monialis fieret aut matrimonium contraheret, eamque idcirco acquievisse, ut se in maritum duceret; d) fuisse ab Anna responsum, se nolle verum matrimonium contrahere, sed illud fingere velle, ipsiusque auxilium hac de causa implorasse, ut fusius legitur in dicti Annibalis attestatione, in qua iter ad civitatem Mantuanam et caetera supra exposita confirmat.

Fundamento simulationis aliud pro nullitate matrimonii superadditur fundamentum a defensoribus Annae, quod videlicet contractum fuit propter metum cadentem in constantem mulierem, ut ipsa videlicet e carcere liberaretur, et eo fortius, quum idem matrimonium contractum quidem fuerit extra fortalitium, sed in Capella privata domus Comitis Gubernatoris ejusdem fortalitii, ad quam a fortalitio traducta est, clausis ejusdem domus januis, parum urgente, non fuisse ipsam adactam ad contrahendum matrimonium cum determinata persona, quia juxta veriorem sententiam laeditur libertas matrimonii, illudque idcirco nullum est, sive quis compellatur ad illud contrahendum cum determinata persona,

sive absolute et simpliciter adigatur ad illud ineundum, relicta libertate ineundi cum indeterminata persona, uti late docent Sanchez, Pontius, Salmanticenses, Clericatus.

Haec et alia continentur in scripturis et Summariis pro Anna exhibitis; praeter haec autem operae pretium esse censui perlegere processum in Curia Episcopali Mutinensi compilatum, et breviter sub oculis EE. VV. exponere ea, quae in ipso continentur. Porro ommissis judicialibus actis et Annae protestationibus de non tuto accessu ad civitatem Mantuae et de impotentia reperiendi idoneum procuratorem, tres in eodem exstant extrajudiciales attestationes, quibus procurator Annae ex officio a judice datus opposuit deferendum non esse. Prima est cujusdam Bernardi Cervatti, qui testatus est, se de ordine genitricis Annae ipsam Annam interrogasse tam in fortalitio, quam in domo Gubernatoris, an libenter Annibalem in maritum duceret, ipsamque affirmative respondisse et eum rogasse, ut matrimonii conclusionem sollicitaret. Secunda est cujusdam Lotarii Bassoli, qui hoc ipsum, hoc est, Annae propensionem ad matrimonium cum Annibale contrahendum confirmat, de auditu tamen Officialis fortalitii, subditque se ea de causa Bononiam accessisse, ut sermonem haberet cum patre Annibalis, qui etiam Mutinam venit, ut matrimonium inter filium et Annam contraheretur. Tertia est Josephi M., qui est Officialis modo memorati fortalitii, subditque, sese saepius Annam audivisse, nullatenus de matrimonio, quod erat cum Annibale contractura, conquerentem, sed plene approbantem, licet saepius admonita esset a Gubernatore fortalitii, ut serio cogitaret, quum de maxima re ageretur. Praeter has attestationes extrajudiciales adsunt duo judicialia testimonia Comitis Annibalis Saxi, Gubernatoris fortalitii et Beatricis ejusdem uxoris; sed quum haec testimonia in Summario referantur, nec aliquid relevans sit quoad ea in processu, quod non fuerit insertum in Summario, nihil mihi quoad ea superaddendum idcirco esse videtur. Epistolae Abbatis Maggii et Annae non fuerunt exhibitae in judicio facto coram Ordinario Mutinensi. Attestatio extrajudicialis Annibalis exarata est post Ordinarii sententiam et sic in Processu non adest, nec in eodem Processu adsunt aliae pleraeque extrajudiciales attestationes, ex quibus nonnulla supra relata comprobantur. Sed quia scrupulus pro validitate matrimonii oriri poterat ex sententia ab Ordinario Mutinensi prolata, juxta ea, quae in superioribus dicta sunt, Anna inquit, nullum in ea momentum constitui posse, cum se inaudita fuerit prolata et cum coram eodem non fuissent exhibitae epistolae Abbatis Maggii, nec exhibita fuisset attestatio Annibalis Traerii, qui ingenue confessus est, sibi ab Anna dictum fuisse, quod matrimonium fingere volebat et quod illud revera non intendebat. Hucusque deducta non modicam vim fecerunt apud EE. PP., quando de hac causa actum fuit in hac Congregatione habita die 19. Augusti 1724; sed cum ageretur de matrimonio contracto in facie Ecclesiae, et testes de simulatione et metu deponentes non essent formiter examinati, et tota rei series uberioribus probationibus posse comprobari videretur, iidem consueta procedentes maturitate ad causae resolutionem devenire noluerunt, sed demandarunt, ut testes formiter examinarentur et probationes coadjuvarentur; cumque haec jam fuerint adim-

pleta, et inter caeteros Abbas Maggius fuerit formiter examinatus, et consimili modo Annibal novum examen subierit et ex Abbatis depositione tota simulationis tela in aperto posita sit, et ex dictis Annibalis desumatur, quod sibi revera ab Anna fuerat dictum, quod intendebat matrimonium simulate contrahere, sed quod ipse sperabat, tractu temporis eam a simulatione esse recessuram: ex his et aliis quaeritur: An matrimonium sit nullum? S. Congregatio die 9. Junii 1725 respondit: Affirmative et amplius.

2. Causa Compostellana matrimonii, die 21. Augusti 1728. Anno 1719. Maria Gonzalezia apud Archiepiscopum Compostellanum agere coepit contra Hyacinthum Andradam, a quo se stuprum passam et matrimonii fidem recepisse interposito jurejurando affirmabat, petebatque, ut ille ad pudoris damnum sarciendum ac fidem rite servandam compelleretur. Hiacynthus interim, licet contrario juramento utrumque negaret, urbe tamen ipsa excedere prohibitus fuit, receptisque probationibus nihil quidem de sponsalibus constitit, de crimine autem non aliud ferme, quam leviora quaedam indicia ex testibus (et illis quidem haud omnino integra fide pollentibus), dici potuit. Instructa jam causa jussus est Hyacinthus ad publicum carcerem duci, ibique sententiam exspectare, quo ille decreto perculsus paratum se obtulit ineundo matrimonio, dum tamen puella ad Urbem Compostellanam accederet et sacerdos ipsis legitimo ritu copulandis designaretur. Nec aliud jam supererat, nisi ut matrimonium solemnibus caeremoniis perficeretur, cum tamen Hyacinthus paucas ante horas Notario et testibus adhibitis protestatus sit: »protesto, che il esteriore, che in quello pronuncierò, e senza il mio consenso, in riguardo, che non ho tal volontà di accasarmi colla nominata di sopra, ne giammai l'ho avuta, anzi sento una totale repugnanza, e così lo giuro a Dio nostro Signore etc. e protesto parimente di giammai acconsentire, ne convenire nel matrimonio, ne nella sua consumazione.« Post ejusmodi protestationem omnia quidem solemniter acta sunt, sed Hyancinthus propositi tenax neque uxorem ad se divertere, neque cum illa morari, nec umquam de concubitu agi passus, puellam tamen integro fere sexennio acquiescentem aut certe non reclamantem expertus fuit. At Mariae patre nuper defuncto ipsa quoque, quidquid hactenus gestum fuerat, in patris imperium rejiciens, non concubitum intercessisse, numquam fidem receptam, nullam denique ineundi matrimonii voluntatem se habuisse confirmat, ideoque utriusque nomine ab hac S. Congregatione postulatum est, ut matrimonium illud non consistere pronunciaretur.

Datis ad Vicarios capitulares litteris, iisdemque, Mariae voluntate iterum explorata, omnia, quae narrata sunt, veritate niti, affirmantibus, decidendum proponitur infrascriptum dubium, in cujus discussione ambigendum non est de recepta regula, quod utriusque conjugis confessio idoneam non habet probationem ad matrimonium dirimendum juxta Coelestini III. responsum in cap. super eo, de eo, qui cognov. Sed in hoc rei summa versari videtur, utrum ea omnia, quae proponuntur talia sint, ut calumniam deceptionemque ac simulatam postea contrahendi voluntatem persuadere possint. Proponitur itaque decidendum: an sit locus declarationi nullitatis matrimonii? S. C. C. die 11. Sep-

tembris 1728 rescripsit: Dilata et scribatur Archiepiscopo juxta instructionem,« quae fuit, ut legitimas recipi mandaret probationes super eo, quod inter conjuges post contractum matrimonium copula non fuerit subsecuta, easdemque probationes una cum Processu criminali facto ante contractum matrimonium transmitteret.

In sequelam istius rescripti, servatis servandis, fuerunt examinati septem testes, quorum depositiones una cum alia proprii parochi fuerunt insertae et transmissae cum dicto processu criminali. Praefati testes ac etiam parochus unanimiter deponunt, conjuges numquam insimul convixisse nec cohabitasse, sed quod separate vixerint in duabus villis seu parochiis, inter se per quatuor leucas distantibus, reddentes causam scientiae; quia nempe erant vicini et quod publica vox et fama sit super non consummatione istius matrimonii; tres ex illis (2. 3. et 4.) magis praecise deponunt tamquam interessentes celebrationi praedicti matrimonii; dicunt enim, quod post celebratum matrimonium Hyacinthus, nullum verbum proferens mulieri, statim ascenso equo una cum ipsis testibus adiverit propriam villam seu parochiam, in qua continuo vixit separatus ab uxore habitante in alia parochia distante per quatuor leucas. Processus vero criminalis ultra instantiam mulieris, aliaque ordinatoria judicii et comparitionem actricis et rei, ut ibi moris est, in qua illa totum affirmat, hic totum negat, continet depositiones decem testium, formiter examinatorum pro parte mulieris ad probandum stuprum commissum ab Hyacinto sub fide matrimonii.

Primus testis annorum 23., asserens se esse consanguineum Mariae et actualem famulum istius domus, deponit de auditu ab ipsa Maria, quod fuerit stuprata a Hyacinto sub fide matrimonii; quod iste frequentaverit illius domum, pluresque in ea noctes transegerit, sciente ejusdem Mariae genitore; non viderit tamen inter eos actus indecentes, nisi unicum amplexum; et alia vice testis suspicatus fuerit, ex quo ingressus in cubiculum Mariae non vidit eam jacentem in suo solito lecto; subjungens, quod licet eamdem domum frequentasset quidam studens ejusdem parochiae, nihil tamen vidit inter istum et Mariam, quod esset illicitum. Secundus testis rusticus asserens, pariter se esse consanguineum, deponit, nihil scire, nec audivisse de promissa fide matrimonii; publicum fuisse in parochia de stupro commisso a Hyacintho, et quod ipse semel viderit circa mediam noctem Hyacinthum et Mariam insimul stantes in scala ejusdem domus. Tertius testis rusticus deponit de dicta publica fama et de eadem permanentia in scala, de qua deposuit antecedens testis et de istius auditu et quod alia die transeuntes viderit prope suam Aram dictam Mariam cum Hyacintho tantum. Quartus testis rusticus idem deponit, ut tertius testis, de primo nempe actu de auditu, et de secundo de visu. Quintus testis mulier rustica deponit de stupro et fide matrimonii, de auditu tamen ab ipsa Maria stuprata et de divulgatione in parochia; nec non confirmat uti contestis de visu praedictum actum existentiae sc. Mariae cum Hyacintho circa mediam noctem in scala domus, subjungens, nil indecens de caetero vidisse. Sextus testis consanguineus Mariae deponit de stupro de auditu ab ipsa Maria, nec non quod ista in quadam die aufugisset a domo paterna ad domum consanguinei sui patris,

et quod deponens eam induxit ad redeundum ad domum patris; et quod alia die viderit transeuntes prope suam Aram Mariam et Hyacinthum. Septimus testis mulier inquilina patris Mariae et illius colona deponit audivisse ab illius famulo (qui est primus ex transscriptis testibus), quod hic invenisset Mariam cum Hyacinto in eodem lecto; deponit de stupro sub fide matrimonii de auditu ab ipsa Maria; de istius fuga a domo propria ad illam deponentis, et quod alia die viderit Mariam solam in via conducentem gregem patris. Octavus testis rusticus deponit, se vidisse prope suam Aram transeuntes Mariam et Hyacinthum et postea intrantes in quemdam locum forestrem clausum et inde post dimidiam horam revertentes. Nonus testis sacerdos Franciscus Sanchez consanguineus Mariae in tertio gradu deponit de evulgatione stupri commissi a Hyacinto, credens ex hac divulgatione processisse fidem matrimonii inter eos; nam alias dicta Maria puella honesta stuprum passa non fuisset, nec aliud in particulari subjungit, nisi quod semel viderit Hyacinthum in domo Mariae pro componenda quadam controversia inter illius patrem et Ignatium Sanchez, ac ab aliis audivisse, quod Hyacinthus eamdem domum frequentasset. Decimus testis consanguineus pariter Mariae deponit tantum de honestate puellae et de stupro Hyacinthi de auditu ab alio teste. In eodem processu nullae adsunt adductae probationes vel defensiones ex parte Hyacinti.

Quaeritur itaque; an sit locus etc. ut supra? S. C. C. die 19. Augusti 1730. resp.: »Dilata et detur defensor matrimonii.« Hoc munus defensoris commissum fuit Advocato Ursaya, qui omnes facti circumstantias opportune deducit, ac diversas inspectiones hujus causae proponit et luculenter examinat, putans, declarationi nullitatis adhuc locum non esse. Dignabuntur itaque E. E. V.V. decenere: an sit locus etc. ut supra? S. C. C. respondit die 10. Martii 1731: Affirmative et amplius.

3) Causa Chien. die 12. Martii 1729. Episcopus Chien. consuluit S. Congregationem de propaganda Fide super sequenti casu, prout ex ejus epistola sub die 26. Octobris 1728. tenoris sequentis: »L'ultimo del mese di Gennajo del 1726 fu contratto matrimonio secondo le formale del Sacro Concilio Tridentino tra Giuseppe Odiber et Angelica Molie oriundi Francesi et abitanti in questa città. Il matrimonio non fu mai consumato, nè i conjugi coabitarono, anzi lo sposo mancò per molti mesi da questa città. Tornato nel mese di Novembre del medesimo anno ad instanza della sposa, lo fece richiedere per mezzo del curato, D. Francesco Bavestrelli, perchè non cohabitasse con la suddetta, con la quale da tanti mesi prima avea contratto il matrimonio? Rispose al medemo curato in presenza di degni testimonij: Io non la voglio, mentre sono stato ingannato, e coll inginocchiarmi avanti di voi in chiesa non ho mai creduto di dover restar ligato con la mia volontà, che perciò son maritato in Tine, ed ho consumato il matrimonio; anzi se mai fossi forzato a cohabitare con la prima, il sequente giorno l'abbandonarei, e partirei da questa città. Questa fu la risposta dell' Odiber, come mi costa per fede giurata del suddetto curato, e testimonij. Fede autentica altresi ricevei da Monsignor Cigala Vescoso di Tine, la quela attesta, aver il detto Odiber contratto ivi matri-

monio secondo li Ordini del Sacro Concilio di Trento alli 18 Agosto del medesimo 1726 con la Signora Gaetanula Aliprandi ed aver coabitato con la medema. La prima sposa ha aspetato sin al presente giorno, nè mai si è potuto trovar ripiego d'accomodo, ora, insta e supplica, stante la mancanza del consenso interno dello sposo, esser dichiarata libera, allegando per se molti Autori, e principalmente il P. Sporer par. 2. cap. 2. sect. 2 de peccat. conjug. n. 433, Laimann. Silvestro et altri. Trasmetto dunque l'affare all' EE. VV., e le priego con tutta celerità o di dispensa o di dichiarazione, come meglio alla loro prudenze e dottrina parerà opportuno; tanto più, che la medema supplicante è in evidentissimo pericolo sì per la sua povertà, e sì per alcuni Turchi, che li danno la caccia: Intorno à che non posso meglio spiegarmi: Intelligenti pauca, mentre stò attentendo con duplicato grazie dell' EE. VV. con umil, inchino bacio l'orlo della Sacra Porpora.« Eadem S. Congregatio de propaganda Fide rem tam gravem pro decisione remisit huic S. Congregationi. Duae principales quaestiones videntur examinandae in praesenti casu, altera nempe, an primum matrimonium sit validum? alia vero, an, data illius validitate, urgeat causa pro dispensando super eodem, quod supponitur ratum et non consummatum? Quoad primam ratio dubitandi oritur ex eo, quod sponsus asserit, se fuisse deceptum, nec vere consensisse in facie Ecclesiae coram parocho, sed ficte et simulate; super qua licet verum sit, quod per fictum et simulatum consensum unius de contrahentibus matrimonium sit omni jure irritum, eo quia sine consensu vero matrimonium subsistere nequit juxta textus in cap. sufficiat 27. qu. 3., in cap. cum locum, et in cap. tua nos, desponsalib.: hoc tamen procedit, quando concurrit et plene probatur causa simulandi, ac adsint conjecturae et circumstantiae simulationem suadentes, prout in Mutinen. matrimon. sup. die 9. Junii 1725, in qua haec S. Congregatio respondit pro nullitate, quia concludenter probata fuit causa simulandi et concurrebant urgentissimae conjecturae simulationem praeferentes, quae recensentur in folio die 19 Augusti 1724. In praesenti vero vir simpliciter asserit, se fuisse deceptum ac non habuisse animum se obligandi; non specificat tamen minusque probat, quaenam fuerit causa deceptionis, ob quam fuit inductus ad contrahendum in facie Ecclesiae et ad contrahendum ficte et simulate, hinc eidem ita asserenti nullo modo deferendum venit in foro externo, etiamsi medio juramento id affirmaret, cum verisimilius sit, modo mentiri, quam in contractu principali, ut probat textus in cap. consultationi. 5. Sane de sponsalib. et ibi omnes Canonistae et Theolog. Et quamvis Theologi asserant, posse ex circumstantiis antecedentibus, concomitantibus vel subsequentibus probari simulatum seu fictitium animum contrahentium, etiam sine ulla praecedenti causa simulationis; circumstantiae tamen in sensu eorumdem debent esse adeo praecisae et urgentes, ut certum moraliter redderent judicem hujus ficti consensus. Inter caeteras conjecturas et circumstantias hunc simulatum consensum efficaciter demonstrantes ea ad nostrum propositum recensetur a Theologis, quando scilicet vir illico et in continenti post contractum matrimonium animum suum aperit, se ficte consensisse, vel factis, statim nempe fugiendo, vel verbis, id expresse fatendo, et insimul aliud matrimonium ineat, aut ad

religionem transeat, vel ad Ordines sacros se promoveri faciat; ista enim consensus ficti citissima manifestatio, et insimul si audeat aliam uxorem ducere aut ad alium statum incompatibilem transire, demonstrare videntur suum fictum consensum, cum praesumendum non sit, si vere consensisset, tam cito se poenitere et tam immemorem suae salutis esse, ut alias nuptias contrahere auderet. Imo subjungit Sanchez, dicta procedere, etiamsi post aliquod temporis intervallum hic fictus consensus detegeretur a viro, quoties id juramento confirmaret ac ex vitae ejus qualitate probabile fieret, eum non pejerare, quia nempe solitus esset Sacramenta recipere et frequentare, bonorumque familiaritate uti, et insimul aliam uxorem duceret; quia in his circumstantiis verisimile non esset, eum velle in re tam gravi sibi et uxori adeo perniciosa mentiri. In causa autem praesenti licet asseratur, virum post contractum matrimonium non cohabitasse cum uxore, ac post aliquos menses ad secundas nuptias migrasse, ignoratur tamen, an post dictum matrimonium illico reclamaverit, an statim, et quanto tempore ex post e civitate discesserit, cujus vitae et qualitatum, indolis ac naturae sit, quibus moribus imbutus et similia, ex quibus certum judicium efformari possit.

Quaeritur: an et quomodo sit providendum in casu etc.? S. C. C. resp. Ad D. Secretarium cum Sanctissimo juxta mentem seu pro dispensatione a matrimonio rato (vergl. 1. B. §. 45. S. 314).

4. Causa Baren. nullitatis matrimonii. Captus illecebris Annae Brunae Chiaramonti nuptae Modesto Sacchetti, Incolae Terrae Cannetti, Joseph de Staso civis vicinae Terrae Motroni eam frequentissime adibat, promisitque se eam uxorem ducturum, cum Modestus, qui perpetuo aegrotabat, mortem obiret. Decessit Modestus anno 1734 et cautus Joseph numquam Cannetum petiit, numquam Annam revisit. Sed parum ei sua cautio profuit, fraudibus enim Annae cum Cannetum venisset, in carceres conjectus fuit a Curia Baronali, in qua Anna querelam illati stupri proposuerat. Carceres erant foetidi et teterrimi, perpetuum in ejus aures carmen insonabant servi et satellites Baronis, aut ducendam esse Annam aut in carceribus moriendum. Constantissime tamen Joseph respondebat, mori potius velle, quam Annam ducere. Squalorem, foeditatem et duritiem carcerum compedumque sustinuit Joseph plus quam 40 diebus; sed cum nosceret, impossibile esse, diutius in eo statu vivere, statuit Curiam et Annam decipere simulando consensum in nuptias. Ubi id rescivit Baro, educi e carceribus Josephum jussit. Eductus fuit vinctus manibus et stipatus lictoribus in Aulam Palatii Baronis, quam subtus carceres erant. Circumdatus iisdem lictoribus, solutus fuit vinculis tunc, cum advenit parochus, qui eum cum Anna matrimonio junxit. Vix contracto matrimonio fugit Joseph, et Matronum repetit, inde in ditionem ecclesiasticam sese recepit, laresque suos fixit in Terra S. Laurentii dioeceseos Terracinae, ubi conscius nullitatis matrimonii cum Anna contracti aliud iniit matrimonium anno 1747 cum Catharina Gianetti, e qua duos sustulit filios; re tamen comperta separati fuerunt hi conjuges anno 1750, donec nullitas prioris matrimonii a suis judicibus declararetur. Curavit igitur Joseph, ut suo nomine in Curia Archiepiscopali Barensi proponeretur querela

nullitatis matrimonii vi metuque cum Anna Bruna contracti in Aula Palatii Marchionis Canneti. Sexies praefixus fuit ab illa Curia terminus Annae ad jura sua proponenda, sed numquam venire voluit in jus, atque hisce terminorum repetitionibus duo anni absumpti fuerunt. Tandem anno 1753 instructus et completus fuit processus judicialis examinatis testibus juxta articulos datos a Josepho, e quibus hausimus ea, quae supra narravimus. Anna coram Vicario foraneo, sacerdotibus et Notario solennem emisit declarationem, qua fatebatur, matrimonium cum Josepho contractum nullum fuisse vi metuque ei a Curia Baronali Canneti illatis. Archiepiscopus tamen pronunciare noluit, et causae cognitionem detulit ad hoc Sac. Tribunal. Oblatis itaque a Josepho precibus, data fuit, ut fieri solet, epistola ad Archiepiscopum, qui iterum Annam interpellavit, ut sua jura proponeret, sed cum obstinate renuisset, praefixit terminum duorum mensium, ut ea in hoc Sacro Tribunali proponeret; ipse in epistola sua narrat ea, quae in processu sunt, abstinet tamen ab aperienda sententia animi sui. Lapso termino duorum mensium Annae praefixo, omnibusque paratis, ut causa proponeretur, agnoverunt Josephi defensores nullitatem processus acti coram Archiepiscopo, cum citatus non fuisset Promotor Fiscalis, defensor matrimonii deputatus non fuerit, nec servata fuerit forma Constitutionis »Dei miseratione.« Preces igitur Sanctissimo D. N. oblatae fuerunt, quibus postulabatur vel derogatio Constitutionis vel ut res arbitrio hujus Sac. Congregationis ageretur, datis omnibus facultatibus necessariis etc. Rescriptum fuit: »Proponatur causa in Sac. Congregatione, et postea orator, quatenus opus sit, iterum recurrat.«

Causa nunc proponitur et disputat Joseph, nullum fuisse ab eo contractum matrimonium cum Anna, vi metuque illato a Curia Baronali Canneti, a qua in durissimos carceres conjectus fuit et perpetuo carmine personabatur, vel ducendam esse Annam vel in carceribus moriendum; dissensum Josephi manifestum fuisse e longa, quam sustinuit, carceratione et ex testibus, quibus animum suum aperuit, etiam antequam Annam duceret. Consensum ab eo praestitum coram parocho spernendum esse, cum simulatus fuerit ad carceres et mortem fugiendam et cum non fuerit liber, vinctus enim ipse et stipatus lictoribus ductus fuit in Aulam Palatii Baronalis, neque solutus fuit, nisi, ubi parochus advenit; argumentum autem voluntatis omnino contrariae huic matrimonio vehementissimum esse, quod ipse, vix eo contracto, fugerit et animum suum declaraverit non verbis tantum, sed etiam facto, aliud sc. matrimonium contrahendo. His addendam esse solennem Annae declarationem coram Notario, sacerdotibus et Vicario emissam. Haec Joseph. A defensore matrimonii nihil adhuc habuimus. (cf. causam Triventinam de 30. Aprilis 1746; species enim simillima est.)

Dubium est: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp.: Ad Emmum Pro-Auditorem cum Sanctissimo juxta mentem. Die 4. Maji 1754. Causam reproponi jussit Sanctissimus D. N., eamque, ut juris erit, definiri praecisive a Constitutione »Dei miseratione!« Nodus igitur causae est, an ex testibus, qui j u d i c i a l i t e r quidem, sed ad articulos tantum, P a r t e n o n o p p o n e n t e i n t e r r o g a t o r i a, responderunt, vis illata Josepho de Staso probetur. Quaeritur itaque: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?

S. C. C. resp. Affirmative. Et die 22. Junii 1754 S. C. C. stetit in decisis (et amplius).

Wir werden ähnliche Fälle noch in dem Hauptstücke über das Hinderniß der Furcht und des Zwanges kennen lernen, und erwähnen hier nur, daß das in Rede stehende Moment auch bei der an einem anderen Orte zu besprechenden Ungiltigerklärung der Ehe des Kaisers Napoleon I. in Betracht gezogen wurde.

Zweiter Abschnitt.

Das Ehehinderniß des Irrthums.

§. 228. Verschiedene Arten des Irrthums.

Es kann bei der Eheschließung blinder Personen, die taubstumm sind, oder bei der Eheschließung durch Procuration (sonst wohl wegen der vorgeschriebenen Formalitäten der Trauung nicht leicht) vorkommen, daß die Person, mit welcher man den lebenslänglichen Ehebund eingeht, eine andere oder anders geartet ist, als man des Dafürhaltens war. Der Wille des sich Verehlichenden war demnach entweder auf eine andere, oder auf eine anders geartete Person gerichtet, als jene ist, die er zum Gatten erhält. Es entsteht die Frage, ob der in einem solchen Falle gegebene Eheconsens der Giltigkeit des Contractes und des Sakramentes der Ehe Eintrag thue, und im bejahenden Falle, unter welchen Begrenzungen dieß geschehe?

Wir wollen zuerst nach Sanchez (lib. 7. disp. 18) die bei der Beantwortung dieser Frage vorauszusetzenden Begriffe entwickeln. Ignorantia differt ab errore (falsa mentis cogitatione, quando mens humana aliquid hujusmodi putet esse, cujusmodi revera non est), quod illa ex sua ratione nullam praeviam cognitionem desideret, sed sola scientiae negatione contenta sit; hic autem judicium positivum intellectus perversum postulat et ideo dicitur ignorantia pravae dispositionis, ubi autem non adest error, ignorantia purae negationis. Errare enim est, unum pro alio putare (S. Augustin. in enchirid. cap. 21. can. in quibus C. 22. qu. 2.); si me prorsus latet, quantum hinc distet Roma, non dicar errare, utpote qui nullum distantiae conceptum formavi; si vero existimarem, 100 distare, cum 200 distet, errarem utique falsum judicium habens; unde licet ignorantia instar erroris impediat consensum, efficiatque, ne actus sit voluntarius (nil enim volitum, quin praecognitum), ignorantia autem cognitionem prorsus tollit, si error veram: unde quoad dirimendum matrimonium non differt ignorantia aut error; quia tamen numquam contingit ignorantia, quae voluntarium consensum auferat, nisi cum errore conjuncta sit (quia actus voluntatis, praesupponit cognitionem rei, in quam fertur, quae si vera sit, jam actus est voluntarius, si autem falsa ac proinde reddit involuntarium, jam admiscetur

error): ideo potius dicitur error impedire matrimonium, quam ignorantia; quippe ille est causa proxima defectus voluntatis, et haec, in quantum admixtum habet errorem. Hinc infertur, numquam posse contingere errorem personae absque aliquanta illius personae notitia ex visu aut saltem auditu et fama. Nam in penitus ignotum nec consensum, nec affectum dirigere possumus.

Die alten Canonisten unterscheiden vier Arten des Irrthums: 1) Error personae, cum una persona pro alia supponatur, ut si existimans, se cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat; vocatur error substantialis, quia in matrimonio persona, cum qua contrahitur, est simul primarium. 2) Error conditionis servilis, cum contrahens liber existimat, se contrahere cum libera, et est ancilla. 3) Error qualitatis, si quis personam, quacum contrahit, vel ab illis vitiis, quibus laborat, immunem, vel iis dotibus, quibus destituitur, praeditam esse arbitratur; e. g. si putat pulchram, nobilem, virginem, bonam, dum est deformis, ignobilis, deflorata, mala. 4) Error fortunae, cum is, qui pauper est, dives existimatur, aut contra (qui error quoque dici potest error qualitatis). Quicumque ex his erroribus (quod S. Thomas 1. 2. qu. 6. art. 8. etiam de ignorantia docet) est duplex; antecedens actum, qui causam praebet actui faciendo, ita ut, eo non existente, actus nequaquam fieret, atque ita efficit, ut actus sit involuntarius (nil volitum, nisi praecognitum); alter concomitans actum, qui non inducit ad volendum, sed ita concomitatur actum, ut eo non existente actus fieret; e. g. si quis per errorem existimans, feminam esse regis filiam, illam ducat, minime ducturus veritate cognita, erit error antecedens. Posterior non inducit ad volendum, sed accidit simul esse aliquid factum et ignoratum, ut si ille cognita veritate esset adhuc ducturus. Et hic error non efficit involuntarium, quia non est causa alicujus repugnantis voluntatis, imo amplectendi ab ipsamet voluntate, eo errore deficiente, quare per accidens se habet ad actum; at efficit non voluntarium, quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est. Priorem errorem, si cum alicujus dolo contingit, appellant Jurisperiti dolum dantem causam contractui, quia si is non adesset, contractus non iniretur, posteriorem vocant incidentem in contractum, quia eo detecto adhuc contractus celebraretur, et ideo non est causa.

Hinsichtlich des Einflußes, den der Irrthum auf die Giltigkeit von bürgerlichen Verträgen übt, enthält das A. B. G. B. in den §§. 871 — 873 jene Bestimmungen, die bereits im 2. B. §. 83 S. 92 angeführt worden sind. Hier fügen wir noch bei §. 875. „Ist der versprechende Theil von einem Dritten durch falsche Angaben irregeführt worden, so ist der Vertrag giltig. Nur in dem Falle, daß der annehmende Theil an der widerrechtlichen Handlung des Dritten Theil nahm, oder dieselbe offenbar wissen mußte, ist er eben so nach den §§. 870 — 874 zu behandeln, als wenn er selbst den anderen Theil in Irrthum versetzt hätte."

§. 229. Beurtheilung der Giltigkeit der auf einem Irrthume beruhenden Einwilligung in die Ehe.

Daß die Giltigkeit der Ehe nicht beirret werde, wenn gleich die sich vermählenden Personen über das Wesen der Ehe, z. B. über die Unauflöslichkeit derselben Irrthümer hegen, ist im 1. B. §. 55 S. 423 dargethan, und §. 29 S. 147 der Fall besprochen worden, in welchem irgend Jemand über das Obwalten eines Ehehindernisses oder über die Giltigkeit seiner Ehe im Irrthume ist. Ueber den Einfluß des Irrthums, welcher bezüglich der zu ehelichenden Person oder ihrer Eigenschaften eintreten kann, auf die Giltigkeit der Eheschließung lehren die Canonisten einstimmig mit Sanchez: Certum est apud omnes, errorem personae (licet sit vincibilis et culpabilis) antecedentem, id est, qui causa est, ut matrimonium ineatur, alias non ineundum, dirimere ipsum (vergleiche die ganze qu. 1. der C. 29). Si autem error personae est concomitans (seu incidens, qui non inducit ad contrahendum, sed ita comitatur actum, ut, eo etiam non existente, actus adhuc fieret), quia contrahens cum Maria, existimans esse Catharinam, ea voluntate affectus erat, ut cognitam Mariam aeque libenter aut libentius duceret: censeo hujusmodi errore irritari prorsus matrimonium. Quippe, ut legitimum sit, necessarius est consensus, et voluntas positiva. Error autem concomitans, quamvis non efficiat, actum esse involuntarium, efficit tamen, non esse voluntarium. Imo quamvis tempore initi contractus matrimonii hunc actum eliceret: ducerem, si nossem, hanc esse Mariam, non valeret matrimonium (desideratur hic actus: duco te, quamvis sis alia persona); matrimonium enim consensum de praesenti postulat, (cap. 15. de sponsalib.), qualis non clauditur in eo consensui conditionali: ducerem, si scirem. (Standum est actuali consensui, qui ponitur; dum contrahitur, non praesumtivae voluntati, quam quis, si nosset, esse aliam personam, fors etiam esset positurus). Et quantumvis fatuus et crassus sit error, credo eum satis esse ad dirimendum matrimonium, quando circa personam contingit, quia revera is aufert consensum directum in hanc personam, qui omnino ad matrimonii valorem desideratur. So schreibt auch ein anderer Canonist: Id obtinet, sive error sit antecedens, i. e. causa, cur quis contrahat, ita ut nollet cum hac contrahere, si sciret illam non esse, quam sibi proponit, sive error sit concomitans tantum, quod tunc habet locum, dum ita dispositus est, ut etiam cum hac contrahere esset paratus; quia licet haec ignorantia non causet involuntarium, equidem non relinquit voluntarium sufficiens, scilicet positivum, quod hic requiritur; neque attenditur, quid fecisset in tali casu, sed quid fecerit.

Dr. Schulte begründet die Sache in gewohnter gründlicher Weise §. 19 also: „Nach ihrem Begriffe ist die Ehe nur möglich mit einer Person. Diese muß eine individuelle bestimmte sein, weil nur auf eine solche die Richtung des Willens, der Consens gehen kann, indem die Ehe nicht durch den allgemeinen, unbestimmten Willen, einmal eine Ehe schließen zu wollen, entsteht, sondern perfekt wird durch den gegenseitigen Willen zweier bestimmter Personen, mit einander in

matrimonium ense districto irruisse in Cassandram, quae ab hoc matrimonio ineundo repugnabat; Aloysiam, sponsae sororem, quae media unum alteramque intercessit, vulneratam fuisse; in ipso matrimonii actu Cassandram repugnantem consensui minaci vultu Vincentium coëgisse, ut si non voce, capite saltem parum inclinato, post trinam interrogationem a parocho factam assensum simularet; post matrimonium vero in ipso nuptiali convivio Cassandram non ut festivam sponsam, sed ut desperatam feminam inter fletum et suspiria versatam fuisse, fortiter in prima nocte operi maritali repugnasse, et in altera nonnisi fractis viribus et oppressam et nolentem viro cessisse, ita ut, quae fuerat ab initio, semper eadem animorum dissociatio perduraverit.

Haec habent EE. VV. ex jurata depositione Cassandrae; haec referunt noverca et soror et testes, qui eadem tempore non suspecto ab iis audivisse deponunt. Ad jus, quod attinet, notissimae sunt regulae, matrimonium non rescindi, nisi per metum cadentem in constantem virum, qui tamen talis in muliere esse potest, qui in viro non foret (gloss. in cap. 14. de sponsalib.); metum vero probari etiam per domesticos testes, ex iis tandem, quae praecesserunt, et concomitata et subsecuta sunt matrimonium, erui hujusmodi metus probationes. Defensor matrimonii statuit, quod juramento viri excludentis vim et metum standum sit, nisi de perjurio convincatur, ut Sacra Congregatio in Przemislien. nullit. matrim. 18. Julii 1778, quae agit de casu, in quo mulier ad probandum metum articulos viro obtulerat. Hinc satagit demonstrare, oppositam vis et metus exceptionem, nec in facto subsistere, nec in jure suffragari. In facto, ex dictis novercae et amitae et viri et aliorum testium multa rejicit, quae Cassandra jurata de coactione affirmavit; sed etiam ex dicto ipsius Cassandrae, quae idcirco se distulisse affirmat querelam nullitatis deferre, quia ignorabat errorem nominis, ex quo declaravit, nihil in metu et vi confidere. Arguit porro in dicto et in personis testimonia tum Aloysiae, Cassandrae sororis, et aliorum testium, qui Cassandrae favent, et concludit, Cassandram volentem et lubentem matrimonium contraxisse. Ex Jure vero ostendit, quod metus hujusmodi talis esse debeat, ut cadat in constantem virum (cap. consult. de sponsal.), sc. ut malum, quod timetur sit per se grave, ut certo immineat, ut vitari nullo modo possit. Quae conditiones ad probandum metum copulative requiruntur, quas tamen conditiones a praesenti causa procul exulare contendit.

De simulatione tandem pauca habet Cassandra. Probandum assumitur, quod mentiti testes rogati fuerunt pro statu libero Vincentii probando, atque ex hoc et ex dispensatione publicationum sub falso nomine subrepta, ex vi Cassandrae adhibita, ut matrimonio assensum praeberet, deducitur, Vincentium simulasse matrimonium, ut ipse liber esset et ex muliere sub specie uxoris turpem captaret quaestum. At defensor matrimonii refutat hanc simulationem primum ex parte Cassandrae, praecipue ob praestita matrimonialia obsequia per 5, aut saltem per duos menses, unde consensus, etiamsi in actu matrimonii extortus fuisset, convalesceret (cap. ad id, de sponsal. et S. Congregatio in Frisingen. 1718, in Luceorien. 1748, Gnesnen. 1691). Ex parte viri in

f a c t o excludit turpem quaestum ex uxore instituisse, et in j u r e statuit, quod cum non constet, hanc conditionem appositam fuisse matrimonio, nec a Cassandra acceptatam, tunc ipsa conditio, numquam autem matrimonium vitiaretur (cap. si conditiones, de condit. appos.). Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. negative.

D i e 27. M a j i 1820. Cassandrae defensor nullum intercessisse matrimonium dicit, ex quo consensus non simpliciter in personam Vincentii futuri viri, sed principaliter in eum tamquam nepotem divitis hispani sacerdotis ab ipsa praestitus est. Hanc siquidem qualitatem nepotis divitis patrui p r i m a r i o ac s u b s t a n t i a l i t e r respexit Cassandra, ita ut ea deficiente numquam in matrimonium consensisset. Quin necessarium sit, ut qualitas ab uno ex contrahentibus volita in expressam conditionem deducatur, ut in illius defectum irritetur conjugium. Distinguendum siquidem est inter casum et casum, nimirum inter conditionem appositam, quae etsi levis sit, si tamen licita, consensum impedit, quotiescumque expresse apposita conditio non verificetur. Alter vero est casus, in quo primario ac substantialiter contrahens ad certam aliquam qualitatem respexit, sine qua minime contraxisset, et in hoc casu, licet qualitas illa expressa deducta non fuerit in conditionem, tamen ea deficiente deficit etiam consensus, ac per consequens matrimonium, quod nequit sine consensu celebrari.

Defensor vero matrimonii, dum ex C. 29. qu. 1. concedit, errorem p e r s o n a e, non autem q u a l i t a t i s matrimonium irritare; si vero res sit de errore qualitatis, quae redundet in substantiam, sive in personam, tunc necessarium omnino protuetur interventum duplicis personae, quarum u n a a b s e n s, ad quam dirigitur contrahentis consensus, a l t e r a p r a e s e n s, quae absentem simulans subrepsit ab altero contrahente consensum. Hanc personarum diversitatem erui dicit ex C. 29. qu. 1 et ad inducendum errorem qualitatis, qui redundet in personam et matrimonium irritet, necessariam esse deducit ab exemplis per Doctores allatis. Alteram etiam conditionem exquirit Sacramenti assertor, ut nimirum persona, quae offertur, incognita sit contrahenti, qui qualitati expresse innititur, ita ut implicitam conditionem ostendat non contrahendi, nisi qualitas illa subsistat.

His in j u r e praemissis, validitatis vel nullitatis matrimonii quaestio ad f a c t u m transit. Nullitatis defensor totus est, ut ex plurium testium depositionibus probet, Cassandram non primario et directe in p e r s o n a m consensisse, sed in eam praecise q u a l i t a t e m, ex qua tantum suum praebebat consensum, quem alias numquam dedisset. Scilicet eam fuisse illius feminae voluntatem, ut conjugale foedus non vellet inire cum Vincentio Bellonch, uti simpliciter Vincentius Bellonch, sed uti nepote divitis hispani sacerdotis. Testium vero dicta confirmat ex publicis actis. Tum enim in probanda libertate status, tum in postulanda dispensatione denunciationum, tum demum in ipsa solemni nuptiarum benedictione Vincentius Venturini semper sub ementito nomine Vincentii Bellonch, filii quondam Stephani de Valentia est nuncupatus. Addit insuper, non potuisse Cassandram propositis assentiri nuptiis, nisi ob p e r s o n a m,

in quam ferebatur, aut ob qualitatem, quam concupiebat. Sed quoad personam tam longe aberat, ut in Vincentium Cassandrae inclinaret affectus, ut imo illum aversaretur, nec cum illo per nuptiale foedus commisceri vellet, ut ex ipsis testibus probare conatur feminae defensor; atque inde deducit, non primario duntaxat, sed unice mulierem respexisse simulatam qualitatem nepotis hispani sacerdotis, unde commodam et sumptuosam sibi vitam auspicabatur. Quin aliquid officere putet, quod Cassandra noverit Vincentium et quandoque ante initum matrimonium cum eo versata sit, eique aliqua signa quasi amantis dederit. Posito siquidem errore ex dolo ipsius Vincentii, nihil mirum, ut mulier, quae licet invita trahebatur ad nuptias ex parentum et amicorum suasionibus sub spe melioris fortunae, id egerit, quin tamen inde deduci queat, voluisse nubere Vincentio, etiamsi vera non fuisset illius consanguinitas cum divite patruo. Quod si Vincentius non occasione conciliandi matrimonii, sed biennio ante inter Pontificias cohortes adscriptus erat sub cognomine Bellonch ex civitate Valentiae in Hispaniis, si apud omnes hoc salutabatur nomine, id ipsum, quin errorem excludat, imo faciliorem aperuit viam ad incautam decipiendam mulierem.

Sed defensor matrimonii ex ipsis testibus deducit, non modo Cassandram personaliter novisse Vincentium, sed etiam mutuos eorum amores; unde colligit personam respexisse Cassandram, non vero qualitatem, quae tantum accidentalis erat, cum praesertim nec assertae consanguinitatis, nec divitiarum conditio vel apposita fuerit in matrimonii tractatu, nec de iis vel verbum Cassandrae excidit, dum eam parentes et amici ad ineundum conjugium suadebant. Addit vero nullo in pretio habendos esse testes, qui in pervigilio repropositionis causae, biennio et ultra post absolutum ac publicatum processum, et nullo praestito jurejurando in medium afferuntur.

Videant itaque EE. PP., utrum ex tot depositionibus testium certo deduci possit, Cassandram ignorasse veram Vincentii qualitatem et originem ex Castro Novo Tarfensi, eamque tum ante matrimonium, tum in ipsa nuptiali solennitate primario et unice respexisse ad effatam qualitatem nepotis divitis sacerdotis, ita ut ea deficiente conditione consensus non voluntarie praestitus, ut essentia matrimonii requirit, sed per errorem extortus fuerit, quo in casu nuptias irritari indubium est. Quaeritur. An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. resp. in decisis et amplius.

Dr. Knopp macht auf den besonderen Umstand dieses Falles aufmerksam, daß nemlich die Person, rücksichtlich deren der Irrthum vorgekommen, einen fremden Namen getragen, und daß der irrende Theil sie unter diesem Namen auch geheiratet hat. Es kommt hier die ganz allgemeine Rechtsregel in Anwendung, daß der Irrthum rücksichtlich des Namens bei gegenseitigen Verträgen rechtlich nicht in Betracht kömmt, wenn nur in Betreff des Hauptgegenstandes, also in dem Falle, wo von dem Irrthume als Ehehinderniß die Rede ist, wenn nur hinsichtlich der Person selbst kein Irrthum vorgekommen ist.

5) In Rom war, nach einer Mittheilung des als Casuisten bekannten Jesuiten Gobat, eine öffentliche Dirne, Namens Dalila, als die Tochter des deut-

schen Grafen Liebenstein aufgetreten, indem sie vorgab, daß die Grausamkeit ihres Vaters sie zur Flucht aus ihrem Vaterlande gezwungen habe. In kurzer Zeit gelang es ihr, die Neigung eines gewissen Sempronius, eines sehr reichen, aber nicht adeligen Deutschen für sich zu gewinnen, und da dieser wußte, daß der Graf von Liebenstein eine Tochter habe, welche wegen der Strenge ihres Vaters wirklich das elterliche Haus verlassen hatte, so trug er kein Bedenken, dieselbe zu heiraten. Nachdem Sempronius später die wahre Sachlage erfahren, klagte er auf Annullation seiner Ehe; aber die Richter hielten die Ehe aufrecht, indem der dabei unterlaufene Irrthum nur rücksichtlich einer Qualität betrachtet werden könne. Hätte der Kläger Sempronius, so bemerkt Dr. Knopp, den Beweis erbringen können, daß er nur unter der Bedingung, daß die Dalila die Tochter des Grafen von Liebenstein sei, die Ehe mit ihr geschlossen habe, so würden die Richter auf Grund dieser Bedingung auf Nullität der Ehe erkannt haben; auf Grund des impedimenti erroris aber konnten sie dieses nicht; denn dieses lag nicht vor, eben weil keine Personenverwechslung geschehen war. Sempronius war der Person seiner Wahl angetraut; freilich war sie nichts weniger, als die Gräfin von Liebenstein, wofür sie sich ausgegeben hatte.

6) Ein ganz ähnlicher Fall, der zu seiner Zeit großes Aufsehen machte, findet sich bei demselben Casuisten Gobat. Trutra, die Nährmutter der kleinen adeligen Eugenia, hatte das Unglück, dieselbe aus ihren Armen fallen zu lassen. Da dieses Kind in Folge dieses Falles auffallend mißgestaltet war, so fürchtete Trutra, es möchten ihr große Unannehmlichkeiten von Seiten der Mutter desselben dieserhalb bevorstehen und substituirte ihr eigenes Töchterchen, welches später, als die Tochter des adeligen Geschlechtes, einem Manne von sehr vornehmer Abkunft vermählt wurde, während Eugenia arm unter Feldarbeiten ihr Leben hinschleppen mußte. Auf das Sterbebett niedergeworfen wurde Trutra von lebendiger Reue über ihre ungerechte That ergriffen, und entdeckte in Gegenwart von Zeugen ihrem Pfarrer die ganze Sache und diese setzten ihrerseits die Eltern der Eugenia und den adeligen Mann der unterschobenen Tochter davon in Kenntniß. Ganz richtig entscheidet Gobat für die Giltigkeit der Ehe in dem vorliegenden Falle, indem dabei keine Personenverwechslung, sondern nur ein einfacher error qualitatis vorgekommen ist.

7) Ganz richtig hat ferner das Officialat, so wie das Parlament von Paris im J. 1700 den folgenden Rechtsfall entschieden: Ein Verbrecher, der zu lebenslänglicher Zwangsarbeit verurtheilt und aus der Strafanstalt entkommen war, heiratete gegen das Ende des 17. Jahrhunderts eine gewisse N. Nachdem diese die wahre Lage der Dinge in Erfahrung gebracht hatte, klagte sie bei dem Official der Erzdiöcese Paris auf Nullität ihrer Ehe auf den Grund hin, daß sie bei ihrer Heirat von der Lage ihres Bräutigams keine Kenntniß gehabt habe. Die Klage aber wurde von dem Officialen als unbegründet zurückgewiesen, und da dieselbe sich dennoch an einen Dritten wieder verheiratete, so wurde gerade auf Grund der Giltigkeit der ersten Ehe diese zweite von dem Officialate und von dem Parlamente von Paris als nichtig erklärt

8) Prudentius, qui pro certo habebat, Magdalenam esse puellam honestam,

pacificam, regendae familiae aptam, celebrato cum ea matrimonio deprehendit, esse valde arrogantem, rixosam, otio deditam, modestiae minime studiosam. Ut autem sui tranquillitati consulat, errorem suum cuidam canonici et civilis Juris peritissimo enarrat; qui fidenter asserit, initum matrimonium utroque jure prorsus irritum esse, utpote cui legitimus consensus defuerit. Sapienterne asserit jurisperitus? Si error qualitatum, quae in una persona matrimonium contrahente inesse putantur, alteri statim, ac easdem deesse intelligit, matrimonii dissolvendi jus daret, vix ullum reperire esset conjugium, quod impugnari non posset. Sed hujus generis error liberum relinquit consensum in rei substantiam, scilicet in personam, quacum contrahitur; idque satis est, ut valeat matrimonium, quemadmodum valent et caeteri contractus. Utraque porro potestas, ecclesiastica nempe et civilis apertissimis verbis obstat, quo minus ob hanc causam matrimonium dirimatur. De prohibitione potestatis ecclesiasticae certiores nos facit tum communis Theologorum et Jurisperitorum doctrina, tum perpetua Ecclesiae consuetudo. Id vero ab utraque potestate sapientissimo consilio factum est, ne conjuges post contractum matrimonium ob alicujus qualitatis defectum unus adversus alterum insurgerent et conjugium rescindere conarentur non sine scandalis et maximo reipublicae detrimento. Qua igitur ratione, qua lege suffultus jurisperitus, cui Prudentius errorem suum enarravit, asserere potuit, matrimonium ipsius cum Magdalena utroque jure prorsus irritum esse? Non inficiamur, errorem de qualitate secundum multorum Theologorum sententiam matrimonium nullum efficere, quoties qualitas ipsa in pactum deducta sit, et quoties, qui in matrimonium consensit, expresso animo intendat, se nolle consentire, nisi alter hac vel illa qualitate praestet; utroque quippe casu qualitate deficiente, deficit consensus. Verum Prudentius castimoniae studium, pacis amorem et cultum, in rebus gerendis sedulitatem dexteritatemque, quibus Magdalenam ornatam existimabat, tamquam conditionem, sub qua matrimonio assentiret, minime pactus est, neque expresso animo ejusmodi dotes ita sibi praefixit, ut, si secus res esset, nollet conjugium inire. Ergo velit, nolit, uxori, quam duxit, perpetuo alligatum se habeat necesse est.

§. 234. Irrthum in Betreff des Sklavenstandes.

Es ist oben (am Anfange des §. 231) angedeutet worden, daß der error qualitatis dermalen nach Lage des Kirchengesetzes den irrenden Gatten berechtiget, auf Ungiltigerklärung der Ehe zu klagen, wenn er zur Kenntniß kömmt, daß der andere Gatte ein Sklave im eigentlichen Sinne des Wortes ist. Die Canonisten unterscheiden ein vierfaches genus servorum: a) domestici, seu famuli, mercede conducti; b) adscriptitii, et, qui ex his nascuntur, originarii, certae glebae adscripti, qui certos agros colere tenentur, sibique vitae necessaria tantum reservare possunt; c) mancipia stricte dicta, quae a domino ceu res vendi, aliis locari etc. possunt; d) servi poenae, qui ex judicis sententia ad poenas, e. g. ad triremes, ad exilium perpetuum damnati sunt. Das impedimentum con-

ditionis servilis hat nur die mancipia proprie sic dicta (servos stricte tales, quales non sunt famuli, subditi aliique passim servi christiani, a tali servitute exemti) zum Gegenstande, homines in statu illo miserrimo constitutos, in quo tamquam jumenta habentur, ita ut non solum uni domino, sub cujus potestate existunt, vivere cogantur, nullamque pro gravissimis laboribus accipiant mercedem praeter alimenta et vestitum, sed etiam vendi et commutari possint. Die Ehen, welche freie Personen cum servis et ancillis adscriptitiis et originariis eingehen, sind giltig, wenn gleich die freien Personen bei der Eheschließung den Stand ihrer Mitcontrahenten nicht kannten. Nur die Unkenntniß der eigentlichen Unfreiheit, der Sklaverei, ist ein impedimentum dirimens, nicht aber die Unkenntniß der Leibeigenschaft oder Hörigkeit; unsere Quellen reden nur von der eigentlichen Sklaverei. Ueber die Ehen der Gefangenen siehe Dr. Uhrig §. 67 und die Lehre von dem bürgerlichen Eheverbote der Verurtheilung zum Tode oder zum schweren Kerker (oben §. 193).

Es könnte auffallend erscheinen, daß wir hier ein Hinderniß behandeln, das die Sklaverei voraussetzt, die in ganz Europa längst verschwunden und in Oesterreich durch das A. B. G. B. unmöglich geworden ist, welches (§. 16) Sklaverei und Leibeigenschaft und die Ausübung einer darauf sich beziehenden Macht in Oesterreich nicht gestattet, und erklärt, daß jeder Sklave, welcher das österreichische Staatsgebiet betritt, eben dadurch seine Freiheit erlange. Allein wir dürfen kein Ehehinderniß übergehen, welches noch zu Recht besteht, die katholische Kirche aber, deren Gesetz alle Länder und Völker und Bildungszustände umfaßt, hat dieß Hinderniß deßwegen beibehalten, weil die Sklaverei noch keineswegs von dem Angesichte der Erde verschwunden ist; auch ist es nicht unmöglich, daß der Fall des Hindernisses des Sklavenstandes vor einem österreichischen Ehegerichte zur Verhandlung kömmt. Das Musterland der Freiheit kennt noch die Sklaverei; sie besteht in den Sklaven haltenden Staaten Nordamerikas noch in ihrer vollen Strenge; die dortigen Gesetze enthalten zum Theil Bestimmungen, welche die des altrömischen Rechtes an Härte übertreffen. Amerika liegt aber als Ziel der Auswanderung inner dem Gesichtskreise des Europäers. Eisenbahnen und Dampfmaschinen haben es näher gerückt, und auch aus Oesterreich ziehen, wiewohl in geringerer Zahl, Reisende und Auswanderer dorthin. Es könnte sich also wohl ereignen, daß eine ausgewanderte Oesterreicherin mit einem entflohenen Sklaven, in New-York die Ehe geschlossen habe, der sich für einen Freien ausgab und wirklich für den Augenblick in voller Freiheit lebte, daß dieser aber auf Grund der bestehenden Verträge an seinen Herrn ausgeliefert wurde, die Gattin ferner nach Europa zurückkäme und in Oesterreich eine Ehe zu schließen gedächte, zu welchem Ende sie die Giltigkeit ihrer zu New-York geschlossenen Ehe bestreitet. Wenn der Umstand, daß sie den Sklaven für einen Freien gehalten, vollkommen erwiesen ist, so läßt sich nicht vermeiden, auf Ungiltigkeit zu erkennen (Erlaß des Wiener fürsterzbischöflichen Ordinariates vom 21. December 1856).

Was die Ehe der Sklaven unter einander anbelangt, so schreibt Benedikt XIV. (de Synod. dioeces. lib. 9. cap. 11); Leges caesareae viribus

carere voluerunt matrimonia a servis contracta, non consentientibus dominis, quorum subsunt dominio. Has civiles leges quondam ratas habuit Ecclesia; wofür Belege bis ins 9. Jahrhundert beigebracht werden. Verum postea consultius visum est Ecclesiae, praefatas civiles leges, pluribus saeculis a se aut approbatas aut toleratas corrigere et abrogare; statuitque, ut deinceps nuptiarum validitas a solo penderet contrahentium consensu, nequaquam autem a nutu eorum, sub quorum dominio vel potestate contrahentes existunt; quod generatim sancitum legimus in cap. cum locum. 14., desponsalib., in cap. licet. et cap. tua, de sponsa duor.; speciatim vero de servis rescripsit Hadrianus Papa an. 790 ad Archiepiscopum Salisburgen. (cap. dignum est, de conjug. servor.): »Sane juxta verbum Apostoli, sicut in Christo Jesu neque liber, neque servus est a Sacramentis Ecclesiae removendus, ita nec inter servos matrimonia debent ullatenus prohiberi; et si contradicentibus dominis et invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissolvenda. Debita tamen et consueta servitia non minus debent propriis dominis exhiberi.« Quamobrem non licet hodie easdem civiles leges, jam diu ab Ecclesia rescissas, excitare, earumque obtentu firmitatem adimere servorum connubiis, quibus domini non annuerunt. Quod autem affirmat Boehmerus (Jur. eccles. Protestant. lib. 4. lit. 9. §. 6.), nempe in Pomerania, Westphalia et Bohemia, ubi adhuc remanent vestigia antiquae servitutis et etiam hodie reperiuntur homines proprii, hoc est, existentes sub dominorum proprietate, istorum connubia non aliter esse valida, quam ex dominorum consensu, aut est accipiendum de servorum conjugiis quoad effectus civiles, aut non est admittendum a catholicis illis in regionibus degentibus, qui sanctioribus Ecclesiae legibus reguntur. Hiernach lehren die Canonisten: Si mas et femina sub servitute degentes, inter se nubant dominis invitis ac reluctantibus, eorum conjugium validum est (cap. 1. de conjug. serv.). Hujusce rei rationem reddit Doctor Angelicus inquiens (in 4. sent. dist. 36, qu. 1. art. 2): »Quum jus positivum progrediatur a Jure naturali, ideo servitus, quae est de Jure positivo, non potest praejudicare his, quae sunt de Jure naturali. Sicut autem appetitus naturae est ad conservationem individui, ita est ad conservationem speciei per generationem; unde servus non subditur domino, quin libere possit comedere et dormire, et alia hujusmodi facere, quae ad necessitatem corporis pertinent, sine quibus natura conservari non potest: ita non subditur ei, quantum ad hoc, quod non possit libere matrimonium contrahere, etiam domino nesciente et contradicente.« Die Kirche hat also entgegen den bürgerlichen Gesetzen erklärt, daß die auch ohne Wissen oder Willen der Herren eingegangenen Ehen der Sklaven giltig sein sollen. Lange Zeit hindurch, schreibt Dr. Schulte, wurde das Recht der Unfreien, gegen den Willen ihrer Herren eine Ehe einzugehen, auch von der Kirche nicht anerkannt und solche Ehen für ungiltige gehalten. Zwischen Unfreien selbst nahm man nur ein Contubernium, zwischen Freien und Unfreien Concubinate an. Sollte eine Ehe möglich sein, so mußte sich der freie Theil später entweder ausdrücklich in die Folgen fügen, oder der Unfreie mit der Freiheit beschenkt werden. Die Vermuthung stritt stets gegen die Ehe. In diesen Zeiten that die Kirche unendlich viel, daß sie es dahin brachte, daß die

Ehen der Unfreien unter sich und mit Andern, welche die Unfreiheit kannten, mit Einwilligung der Herren für giltig und unauflöslich erachtet wurden.

Aber trotz dessen, daß die Sklaverei als solche kein irritirendes Hinderniß bestellt, ist es doch in den Bestimmungen der kirchlichen Gesetzgebung gelegen, daß der Irrthum in Hinsicht der Freiheit des Mitcontrahenten dem Irrenden ein Recht gibt, auf Ungiltigerklärung der Ehe anzutragen. Die betreffenden canonischen Gesetzesstellen sind: cap. 2. de conjug. serv. »Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, nisi postea hoc sciens illam cognovit.« Alexander III. an 1170. »Proposuit nobis M. mulier, quod cum vir ejus cum ea diutius permansisset, notam ei servilis conditionis objecit, asserens, eam esse ancillam, quam liberam esse credebat, cum eam duxit in uxorem. Mandamus, quatenus si constiterit, quod idem vir praefatam mulierem, postquam illam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit, ipsum monitione praemissa compellatis, ut eam sicut uxorem maritali affectione pertractet. Si vero aliter fuerit, et sententiam divortii proferri contingat, mulieri pecuniam, quam praefato viro pro dote concessit, restitui faciatis.« — Cap. Licet 3. »Si consuetudo est in loco, quod partus conditionem patris sequatur, natus ex libero et ancilla liber est, et ut liber matrimonium contrahit.« Urbanus III. an. 1187. »Sane super eo, quod fuit propositum, an mulier possit divortium postulare pro eo, quod vir, cum quo suae conditionis ignara contraxit, servus monasterii proponatur, cum e contra idem vir patrem suum, cujus conditionem secundum leges provinciae sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisse et jam elapso decennio nec patris nec suo nomine se status controversiam passum constanter affirmet: videtur nobis, ratione temporis et favore libertatis, pro parte viri securius judicandum.« — Cap. 4. »Si liber contraxit cum ancilla ignoranter et, ex quo scivit, non consensit, separatur matrimonium et cum aliis contrahere poterit.« Innocentius III. an. 1212. »Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod G. presbyter Cardin. Apostol. Sed. leg. R. militem a muliere quadam propter conditionis separavit errorem. Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quod miles ignoranter contraxit cum ancilla, ita quod, postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto nec verbo consenserit in eamdem, propter quod per Card. eumdem ab ejus fuerit consortio separatus, contrahendi cum alia liberam ipsi concedas auctoritate Apostolica facultatem.« Aus dem citirten cap. 3. wollten Einige die Meinung ableiten, die Ehe werde giltig, wenn die Freiheit präscribirt werde. Allein es ist hier die Präscription vor der Ehe gemeint, wobei sich von selbst versteht, daß die Ehe giltig ist, weil hier kein error vorliegt, wenigstens objectiv nicht.

Dasselbe Hinderniß erwähnt die Provincial-Synode der Maroniten vom Jahre 1736 mit den Worten: Error conditionis, videlicet, quum quis putat se contrahere cum libera et ingenua, quae tamen non sit ejusmodi, sed sit serva et ancilla, hoc est, sub potestate domini, et non tantum sub jurisdictione tamquam subdita aut sub regimine oeconomico tamquam famula. Idem dicendum de muliere respectu servi, quem putabat esse liberum et ingenuum; ita tamen, ut, postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto nec verbo consenserit in

eamdem vel in eumdem; alioquin valet matrimonium liberi cum ancilla, si ille ante nuptias ancillae conditionem cognoverit, aut si post nuptias, ea cognita, postea in matrimonium consenserit et vice versa. Geht also Jemand mit einer unfreien Person (cum servo, homine conditionis servilis) die Ehe ein, dieselbe für eine freie haltend, so bildet dieser Irrthum ein die Ehe irritirendes Impediment. In gleicher Richtung erklärt die Eichstädter Pastoral-Instruction vom J. 1854: Conditio servilis, stricte et proprie accepta et a parte ingenua ac libera etiam vincibiliter ignorata, jure ecclesiastico in aequitae naturali fundato, non ob defectum consensus domini, sed in favorem partis liberae statuto dirimit matrimonium, quia triplici bono conjugii aliquomodo adversatur, scilicet: a) bono Sacramenti, cum invito domino cohabitare nequeant; b) bono fidei conjugalis, cum ad alterius libitum praestari non poterit debitum; c) bono prolis, cum servus omnia domino acquirat. Inducitur autem haec servitus jure belli, nativitate, justa condemnatione et emptione. Durum hoc servitutis jugum post promulgatam Evangelii doctrinam inter christianos sublatum est, et sicut in Christo Jesu neque servus neque liber a Sacramentis Ecclesiae removetur, ita nec inter servos matrimonia ullatenus prohibentur. Unde hodiedum hoc impedimentum vix umquam locum potest habere. Die Anweisung f. d. g. G. Ö. formulirt dieses Hinderniß §. 15 also: Sollte eine freie Person mit einem Sklaven oder einer Sklavin in der Meinung, dieselben seien Freie, sich verheiraten, so wäre die Ehe ungiltig.

Zur Motivirung dessen, daß die Kirche dieses Hinderniß festgestellt hat, schreibt Schulte: Dieses Impediment ist in der Natur der Ehe begründet. In der Ehe muß nothwendig das Recht und die Möglichkeit auf ausschließliche Gemeinschaftlichkeit der körperlichen Vereinigung enthalten sein. Diese zu gewähren ist unbedingte Pflicht des einen Ehegatten gegenüber dem anderen. Nur der Freie kann eine solche gewähren; beim Irrthum über die Freiheit des andern Theiles fehlt also in Bezug auf den Freien ein nothwendiges Object des Consenses, welcher Mangel die Einwilligung aufhebt. Man könnte einwenden, der Beischlaf dürfe nur stattfinden, wenn keine Pflicht entgegenstehe, so daß der Unfreie mit dem Willen des Herrn hiezu stets befähiget sei. Das beweiset nur, daß die Sklaverei als solche kein Hinderniß bildet, wenn der Zustand dem andern bekannt ist, er sich also in denselben fügt. Ohne diesem Willen aber widerspricht es dem Wesen der Ehe, das individuum vitae consortium, welches durch die Möglichkeit der copula allein nicht hergestellt ist, von der Willkür eines Dritten abhängen zu lassen. Wie die physische Impotenz die Ehe aufhebt, muß ein Gleiches bei dieser stattfinden. Auch besteht hier keine Uebereinstimmung, weil das Object derselben bei beiden ein unmögliches ist. Der Unfreie hat zwar den Willen, in die Ehe zu consentiren, nicht aber die rechtliche Macht, in die von dem Freien beabsichtigte unbeschränkte Ehe einzuwilligen. Es wird somit durch die Unfreiheit der Begriff der Person in der Art afficirt, daß die freigeglaubte mit der unfreien rechtlich nicht für dieselbe Person kann angesehen werden, wenn gleich materielle Identität vorliegt, weil der Unfreie weder die rechtliche, noch auch die factische Möglichkeit zur Ausübung seines Willens hat. Nicht nur die Quellen des Rechtes haben daher

das vorliegende Ehehinderniß ausdrücklich anerkannt, sondern aus den angeführten Gründen auch fast einstimmig die ältere Wissenschaft, während sich die Neueren meist auf die Angabe beschränken, der fragliche Irrthum bilde ein trennendes Impediment.

Bezüglich der Ehe der Freien mit Sklaven kömmt ferner zu beachten, was Martin bemerkt: Leges civiles, quae octavo saeculo in Gallia et alibi, testante ipso Van-Espen, haud parum Ecclesiae infenso, vigebant, irritabant conjugium partis liberae cum serva, quamvis pars libera conditionem alterius servilem non ignoraret. Sed Ecclesia numquam conjugium istud pro irrito habuit, aut saltem octavo saeculo, licet nulla praecessisset civilis legum illarum abrogatio, validum in Gallia decretum est tum a Concilio Vermeriensi anno 752, can 13. sic statuente: »Qui scit uxorem suam ancillam esse et accepit eam voluntarie, semper postea remaneat cum ea;« tum a Concilio Compendiensi anno 757, can. 5.: »Si femina ingenua accepit servum et sciebat tunc, quod servus erat, habeat interim, cum quo vivit. Una lex est de viris et feminis.« Habes hic, so bemerkt Devoti, dissertissime propositum explicatumque discrimen inter scienter et ignoranter cum personis servilis conditionis contrahentes, woraus dieser Canonist folgert, daß Van-Espen irrt, wenn er die Ansicht ausspricht, daß Gratian zuerst diesen Unterschied auf die Bahn gebracht habe. Hieraus erklärt sich die Folgerung der alten Canonisten: Certissimum esse, ut huic impedimento (conditionis servilis) locus habeatur, necesse est, ut alter e contrahentibus sit liber, alter servus, hujus autem servitus ab altero ignoretur (ignorantia etiam crassa). Etenim hoc impedimentum statutum fuit, ne pars libera sine culpa puniatur; puniretur autem quodammodo, si conjugem servitute pressum, quo vix in finem generandae prolis, ac ne vix quidem in rerum domesticarum administrationem uti potest, perpetuo retinere cogeretur. Oder wie Martin die Sache darstellt, ideo dirimi potest ex hac causa matrimonium, quia cum servus juri subsit domini, cui operas suas debet, et a quo etiam ratione operarum istarum vendi potest, minus potest huic juri domini simul ac juribus officiisque conjugalibus satisfacere, adeoque servitus conjugii christiani finibus, bonis, obligationibus minus congruit. Conditio servilis gravem contractus juriumque conjugalium inaequalitatem, cui subeundae non consentit pars libera et ignorans, infert; ergo periculum inducit multorum graviumque malorum finibus Sacramenti officiisque conjugalibus repugnantium. Si igitur persona liberae conditionis contrahat cum alia, quae serva est seu mancipium, sed cujus servitutem ignorat, tale matrimonium (postulante errante) irritum ac nullum est. Fundatur hoc impedimentum in magna illa inaequalitate, adeoque in injuria, quae fit parti ignoranti, quae, dum transfert potestatem in corpus liberum, non recipit potestatem, nisi in corpus obnoxium servituti. Ex quibus patet, hoc impedimentum non oriri ex ipsa conditione servili, sed ex ejus ignorantia; unde valet matrimonium, si eandem non ignoraverit, cum tunc consentiat in illam inaequalitatem (fieret tamen irregularis ex can. si quis, dist. 34); item valet matrimonium, si persona serva ducat aliam servam, putans eam esse liberam, quia par est utriusque conditio, etsi ei non nupsisset, si conditionem ejus

servilem cognovisset; similiter valet matrimonium contractum a persona libera cum alia libera, quam ex errore putat servam, quia melioratur ejus conditio. Auch ist das Object des Consenses auf beiden Seiten dasselbe. Auf die Art des Irrthums, ob er invincibilis oder vincibilis sei, kömmt nach der Natur der Sache nichts an, eben so wenig auf das Vorhandensein oder die Abwesenheit von dolus. Der Sklave selbst kann nicht die Auflösung der Ehe verlangen. Daß die der Ehe nachfolgende Sklaverei nicht schadet, versteht sich von selbst (can. 7. C. 29. qu. 2). Si denique dominus, advertens aliquam servitutis vinculo sibi obstrictam de matrimonio agere, expresse annuat, vel ne minimum quidem contradicat, multoque magis si ancillae matrimonii ineundi causa dotem ipse largiatur aut constituat: valet conjugium, quo cum servo vel ancilla pars libera contrahit, quamvis haec servitutem ignoret. Sic enim dominus omnibus, quae ex matrimonio consequuntur, expresse vel tacite assentiri videtur. Der Homo Apostolic. bemerkt (tr. 18. n. 62): Validum est matrimonium, ut probabilius dicunt, si serva ob matrimonium fieret libera, ut evenit, cum dominus ipsemet chirographum dotale det servae aut eam in uxorem det alteri ignoranti esse servam.

Was die Beschaffenheit des in Rede stehenden Hindernisses anbelangt, so lehrt Scavini: Si persona libera contrahat cum mancipio ejus servitutem ignorans, matrimonium nullum est tum ecclesiastico jure (cap. 4. de conjug. serv.), tum jure gentium praeeunte seu consuetudine ubique recepta et ipsa aequitate naturali quodammodo dictante aut saltem suadente; nam leges canonicae hoc impedimentum non statuunt, sed jam supponunt. Und Giraldi bemerkt: Ex eo, quod tam Alexander quam Innocentius nullum declaraverint matrimonium, quod liber contraheret cum muliere, cujus servilis conditionis statum ignoraret, non sequitur, esse nullum ratione dictae servilis conditionis, sed ratione erroris duntaxat, cui licet non redundanti in personam, juxta probabiliorem tamen et communiorem Canonistarum et Theologorum opinionem, vis illud dirimendi jure mere positivo competit, tamquam reliquia legum Romanorum et antiquorum canonum, servorum conjugia aegre admittentium. Das Ehehinderniß dieses Irrthums, schreibt Dr. Schulte, beruht zwar auf positiven kirchenrechtlichen Bestimmungen. Weil diese indessen nur auf jenem aus dem Wesen des Consenses fließenden Gründen basiren, kann man dasselbe nicht für ein bloßes s. g. impedimentum juris ecclesiastici halten, von welchem der Papst dispensiren könne, und welches auf Heiden keine Anwendung finde, sondern muß seine Grundlage im s. g. jus divinum suchen, also eine Dispens für unmöglich annehmen (doch sind die Meisten anderer Ansicht). Es unterscheidet sich das vorliegende Ehehinderniß von dem error personae darin, daß bei ersterem über die Identität der rein rechtlichen Person, bei dem letzteren über die Identität des Individuums in physischer und rechtlicher Beziehung geirrt wird. Das impedimentum erroris in conditione folgt daher aus dem nothwendigen rechtlichen Inhalte der Ehe, das andere zugleich aus deren natürlichem Wesen. Eine bloße, durch rechtliche Folgen noch so ausgezeichnete Eigenschaft bildet die Unfreiheit nicht. Der Rückblick auf das Gesagte zeigt, daß das

impedimentum conditionis servilis in allen seinen Modalitäten mit dem Hindernisse des Irrthums gleich zu behandeln ist, weßhalb wir uns in Betreff des Bestreitungsrechtes, dann der Convalidation einer mit diesem Hindernisse geschlossenen Ehe auf das §. 226 und 232 Gesagte beziehen. Das Ehehinderniß ist, weil die Contrahenten darauf verzichten können und der unfreie Zustand als solcher keines schafft, lediglich ein impedimentum dirimens privatum, nicht ein öffentliches ohne Antrag des Verletzten geltend zu machendes. Aus der Natur der Sache folgt, daß durch den Beischlaf oder ein längeres Zusammenleben, sowohl während der Irrthum fortdauert, als auch nach erlangter Freiheit des unfreien Theiles, nur dann das Ehehinderniß als gehoben oder vielmehr ein Verzicht auf dasselbe angenommen werden kann, wenn der Irrende von dieser Veränderung Kenntniß erlangt oder wenigstens trotz eines Zweifels keine Schritte zur Annullation gethan (vergl. auch §. 385).

Wir fügen noch aus dem Cursus Theolog. moral. theoret. pract. (tom. 2. p. 399) den nachstehenden Fall bei: Caecilia adolescentula christiana, quae in Egypto sub gravissima cujusdam heri servitute tenebatur, clam aufugit et Neapolim se contulit, ubi mutato nomine et occultata sua conditione Mauritio ditissimi mercatoris filio nupsit. Intelligens postea Mauritius, unde illa venerit et quae fuerit, vult eam dimittere et aliam ducere. Potestne? Quum agitur de servitute, quatenus matrimonium irritum facit, tum verus legis ecclesiasticae sensus inquirendus est, tum ejusdem legis finis inspiciendus. Legis sensum de servitute stricti nominis accipiendum esse, de ea nimirum servitute, quae hominem in alieno dominio ita detinet, ut de eo dominus ad arbitrium valeat disponere, communis est Doctorum sententia. Finis autem is est, ne pars libera servitutis nescia contra praesumptam suam voluntatem perpetuo matrimonii nexu illi adstringatur, quocum individua vitae consuetudine frui nullo modo potest. Sed qui, quum esset servus, libertatem suam ita recuperavit, ut eum dominus repetere et in suum dominium redigere amplius non possit, liber potius, quam servus dicendus est. Qui praeterea e domini manibus elapsus est et in remotissimam regionem se transtulit, ibique nullius dominio subjicitur, si matrimonium contrahat, omnia, quae individua vitae societas postulat, officia praestare libere potest. Consequitur ergo, posse hunc nuptias valide inire. Poterit sine ullo dubio operam suam, cuicumque voluerit, locare, quae sua sunt, valide vendere, aere proprio bona sibi acquirere; non poterit autem valido matrimonio conjungi? Quare Mauritius frustra meditatur, Caeciliam uxorem suam dimittere et aliam ducere. Quod enim haec adolescentula in Egypto sub gravissima servitute fuerit, quod illinc inscio domino aufugerit, quod Neapolim profecta nomen mutarit, suamque conditionem prorsus occultaverit: omnia haec inter qualitates adnumerantur, ac propterea, quamvis Mauritius eadem ignoraverit, firmum tamen conjugium ipse contraxit.

Dritter Abschnitt.

Das Ehehinderniß der Furcht und des Zwanges.

§. 235. Erläuterung der nöthigen Vorbegriffe.

Die freie Einwilligung in die Ehe erscheint auch dann beirrt, wenn sie bei einer oder bei beiden Brautpersonen durch die Anwendung von Furcht und Zwang erzielt worden ist. Minder fern (als die verstellte Einwilligung) liegt zufolge des Erlasses des Wiener FE. Ordinariates vom 21. December 1851, die Möglichkeit, daß Jemand zu Einwilligung in die Ehe durch die widerrechtliche Androhung oder Zufügung eines großen und unvermeidlichen Uebels vermocht würde, wiewohl auch dieses bei uns eine sehr seltene Erscheinung ist und bleiben wird. Wir schicken auch hier nach der Lehre der Theologen die erforderlichen Begriffsbestimmungen voraus.

Violentia aut coactio externa est determinatio ad agendum per causam efficientem externam facta in vivente contranitente (bei unbedingtem Widerwillen und unverholener Renitenz) diciturque absoluta et insuperabilis, cui patiens, etsi omni quo potest modo, reluctetur, depellendae par non est, vel superabilis (secundum quid), cui etsi quis efficaciter resistere possit, minor tamen, quam vires sinunt, efficacia opponitur. Metus est animi inquietudo vel trepidatio, ex imminentis mali repraesentatione orta, oder wie Ulpianus erklärt, metus est instantis periculi vel futuri causa mentis trepidatio. Ortum habet metus ex forti imaginatione periculi futuri prope jam imminentis, valde remota enim pericula non timentur, nec mentem perturbant (S. Augustin. serm. 1. post. Octav. Paschat.); unde fit, ut, cum omnes certo certius novimus, nos morituros, mortem tamquam valde distantem non timeamus. Dicitur periculi instantis et futuri, quia nondum periculum advenit. Vis et metus, so schreibt Clericatus (de Sacram. matrim. decis. 27. num. 4), sunt correlativa, et quod de uno dicitur, etiam intelligitur de altero; in hoc enim tantum differunt inter se, quod vis consistit in inferente metum et se habet per modum agentis, metus vero stat in persona, quae patitur vim et se habet per modum patientis. Zwang und Furcht fallen, sofern die Gewalt keine direkte, absolute ist, zusammen, indem die Drohung, resp. Setzung eines Uebels, Seitens des Handelnden sich als Zwang (vis compulsiva), deren unmittelbare Folge in dem Leidenden als Furcht (metus) herausstellt. Ferner ist es ein Grundsatz des Rechtes; quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur.

Die Furcht wird ratione objecti (periculi) et subjecti eingetheilt in metum gravem et levem. Metus levis est, qui ob leve malum (modicam vexationem, levem infamiam) aut ob gravius quidem, sed haud ita verisimiliter aut prope instans animum levius commovet (quem vir pusillaminis concipit de

levi tantum malo, aut gravi quidem, sed immerito et irrationabiliter et imprudenter, cum non certa, prudenti et rationabili, sed solum levi et irrationabili sua aestimatione tale grave malum immineat); alias gravis appellatur (quem vir constans et fortis prudenter et rationabiliter concipit de gravi malo sibi aut consanguineis vel affinibus inferendo), et quidem absolute gravis, qui virum etiam constantem (einen Mann von ruhigen und besonnenen Charakter), vel respective gravis, qui quosdam per accidens, e. g. ob meticulosam indolem, aetatis sexusve infirmitatem potentius concutere et commovere solet. Conditiones, ut metus cadat in virum constantem, sunt: a) ut malum imminens, quod timetur, grave sit (das befürchtete Uebel muß in sich, also objectiv betrachtet, ein großes sein, nicht blos in der ungegründeten Anschauung des Fürchtenden). Nam inconstantis et levis est, rem modicam timere. Non satis est ad metum cadentem in virum constantem, ut vir illud malum constanter caveat, sed debet esse timor gravis mali in se considerati. Nam Jura concedunt rescissionem contractus ob timorem cadentem in virum constantem, quia is timor libertatem consensus impedit (cap. cum locum, de sponsalib.); sed quando malum, quod timetur in se ipso leve est, quamvis graviori malo anteponatur, non impedit in viro forte libertatem consensus; ergo is timor non cadit in virum constantem; b) ut timens non vane leviterque credat, malum illud sibi imminere, sed probabiliter et rationabiliter (der Fürchtende muß einen vernünftigen Grund haben, falls ihm das Uebel nur angedroht war, das Eintreten desselben zu gewärtigen); c) ut metum incutiens potens sit, minas executioni mandare; d) ut metum incutiens minas exequi solitus sit (in eodem genere mali comminati); e) ne possit timens facile occurrere malis, quae timentur. Es wird nicht selten vorkommen, so bemerkt Dr. Knopp, daß faktisch die zur Annahme einer großen Furcht genannten Requisite im strengen Sinne des Wortes nicht vorhanden waren, der Furcht Leidende aber von diesem Umstande nicht nur keine Kenntniß hatte, sondern gerade von dem Gegentheile sich überzeugt hielt. Offenbar hat in diesen Fällen der Fürchtende unter demselben Grade von Willensunfreiheit gehandelt, worauf es ja hier gerade ankömmt, als wenn die Verhältnisse in der That die von ihm gedachten gewesen wären. Unter den Entscheidungen der Rota, die Clericatus hiefür beibringt, lautet die eine: ut inducatur talis metus, sat est, quod aliquid fuerit opinatum, nam haec opinio liberum arbitrium excludit. Da jedoch die gesetzliche Präsumtion gegen das Vorhandensein von solchen besonderen factischen Umständen steht, so muß natürlich der dieselben Vorschützende dafür den gerichtlichen Beweis erbringen. Die Eichstädter Pastoral-Instruction gibt die erwähnten Begriffsbestimmungen in folgender Weise: Metus gravis, probabilis seu cadens in virum constantem vocatur, qui hominem, alias fortem et constantem, ob instantis mali vel periculi gravitatem movet ad aliquid faciendum vel ommittendum, quod absente mali metu numquam fecisset. Potest autem metus esse a) absolute gravis respectu omnium, qualis censetur metus mortis, mutilationis, gravis in corpore cruciatus, gravium verberationum, servitutis, captivitatis, exilii, carceris diuturni, stupri violenti, amittendi status aut bonorum magni momenti, metus infamiae sibi aut proximis

agnatis non ex vano timendae; b) respective gravis, respectu videlicet certarum personarum, quales sunt pueri, minorennes, senes, feminae vel etiam viri minus generosi, qui facilius ob instans levius malum trepidare et perturbari solent, quam viri fortes et cordati. Metus levis dicitur, qui in virum generosum et constantem non cadit, dum malum imminens aut magnum non est, aut si magnum sit, ab incutiente aut inferri non potest aut non solet, vel ex vanis conjecturis apprehenditur vel sine magnis difficultatibus potest evitari; hujusmodi mala sunt: reprehensio verbalis, subtractio ciborum, incussio colaphi, levis castigatio vel verberatio, aut indignatio.

Zur näheren Erläuterung des Begriffes der schweren Furcht frägt Sanchez: An metus viri constantis dicatur talis absolute, secluso ordine ad patientem metum et ita in omnibus aequalis debeat esse, vel potius dicatur respective, considerata qualitate metum patientis? Die Antwort lautet: Tamquam certum statuendum est, metum, qui cadit in virum constantem dici respectivum et proinde metum, qui respectu unius est cadens in virum constantem, non esse talem respectu alterius, qui fortior et robustior est; unde minor metus desideratur in viro, quam in femina (can. Indignantur, C. 32. qu. 6. et cap. Sicut, de homicid. in princip.). Nam licet femina habeat virtutem constantiae, propter constitutionem tamen corporis illi sexui naturalem minus potest resistere metui, quam vir; ergo minor metus sufficiet, ut opprimat cogatque feminam constantem succumbere, quam virum eadem constantia praeditum. Item quia feminae suapte natura sunt valde imbecilles. Hinc infertur, dum textus in cap. Consultatione, de sponsalib. ponderat ad irritandum feminae matrimonium, initum esse metu cadente in virum constantem: ea verba magis proverbii loco pro eo metu, qui non levis et vanus sit, accipienda esse, quam ut verbis inhaerendum sit; unde sufficiet metus, qui cadat in feminam constantem: quare pensandum est ad annullandum matrimonium aut alios contractus a femina metu celebratos, quid femina constans tunc metueret, pensata naturali feminarum constantia, quibus a natura inest minor animi vigor, corporisque fortitudo. Idem dicendum est ex eadem ratione etiam inter ipsos viros; ut enim discernatur, quis sit metus cadens in virum constantem, attendenda est aetas, similiter fortitudo, innataque animi magnitudo aut parvitas et fragilitas. Minor tamen metus, so bemerkt die Glosse zu cap. cum locum, de sponsal. excusat feminam, quam virum. Und in dem cap. Sicut dignum, 6. de homicid. volunt. heißt es: Sane cum vir discretus existas, plenius nosti, quod in excessibus singulorum non solum quantitas et qualitas delicti, sed aetas, scientia, sexus atque conditio delinquentis sunt attendenda. So hat auch die Rota in Roman. nullitat. matrim. unter dem 24. Mai 1655 entschieden: Ad effectum annullandi matrimonium metu contractum a muliere, non tantum timoris in ista, ratione imbecillioris sexus, quantum in viro requiritur, maxime si femina sit tenerae aetatis, quia tunc minor sufficit metus, quam in adulto et perfectae aetatis. Ad metum arguendum in matrimonio bene erit inspicere qualitates personae illum inferentis et patientis metum.

Eine andere von Sanchez (lib. 4. disp. 4.) aufgeworfene Frage geht dahin,

bytero et testibus. Celebrato hoc matrimonio Vincentius carceres evasit. Cumque dicti matrimonii nullitatem post plurium annorum intervallum probaturus attulisset, primo loco Apolloniae attestationem exaratam anno 1705, in qua ait, nec se ab illo fuisse stupratam, nec ab eo annulum accepisse, secundo loco depositionem Abbatis Gerardi, qui retulit, se audivisse a Canonico Joanne Bapt. Parisio, matrimonii teste jam defuncto, quod scrupulis angebatur, ex quo in Processu scripta non fuerant verba Vincentii, qui in actu matrimonii coram Vicario dixerat, se illud contrahere ob vim et ob timorem carceris et triremium; tertio loco Joannis Antonii, qui matrimonio interfuit, testimonium, quo testatus est, Vincentium prima vice assensum noluisse praestare et tandem praestitisse sub ea conditione, ne secum Apollonia cohabitaret, quae conditio, uti subdit testis, consensum prae se fert non voluntarium, sed coactum; quarto loco ejusdem Thomae attestationem, in qua inquit, se ab Apollonia et ab ejus consobrina deprehendisse, quod annulus numquam datus fuerat a Vincentio Apolloniae; et ultimo tandem loco Biruariorum dicta, ex quibus colligitur, Vincentium in ipso matrimonii actu protestatum fuisse, se matrimonium contrahere non volentem, sed invitum atque coactum, nec se umquam Apolloniae annulum tradidisse. Propositum fuit die 27. Martii 1706 in hac S. Congregatione dubium: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« Cumque nulla capta resolutione responsum fuerit, quod coadjuvarentur probationes juxta instructionem, demandatum est Episcopo, ut fidem matrimonii, quod inter Vincentium et Apolloniam celebratum dicebatur, in authentica forma transmitteret et rescriberet, cur tamdiu causam nullitatis ejusdem matrimonii siluisset, transmissaque subinde dicta matrimonii fide, in qua illud celebratum asserebatur die 6. Julii 1696, una cum relatione, quod nullitatis causa usque ad eam diem fuerit protracta, ex quo conjuges extrema paupertate pressi necessarios litis sumptus ministrare non valuerunt, fuit iterum propositum praeinsertum dubium die 5. Junii 1706, et illi fuit responsum: Negative.

Cumque Vincentius eamdem nullitatis instantiam nunc prosequi intendat, et praeter relata documenta recentes attestationes exhibeat Archipresbyteri et Canonicorum Collegiatae Ecclesiae S. Bartholomaei civitatis Pontis Curvi et parochi suae parochiae, in quibus dicitur, eum ab Apollonia vivere separatum, et ultra citationes personales adversus Apolloniam repetitas epistolam Ordinarii adducat anno praeterito scriptam, in qua dicit, se a pluribus informatis testibus audivisse, quod numquam cum Apollonia cohabitavit, et quod eadem mulier, a Vicario examinata, hoc ipsum confirmavit, fatendo, quod matrimonium numquam fuit consummatum, quodque causa ulteriorem non habuit progressum propter miserabilem viri statum; idemque Vincentius praeterea se offerat promptum atque paratum ad subjiciendum formali examini testes olim pro nullitate matrimonii inductos, qui ad perpetuam, ut dicitur, fuerant examinati. Quaeritur, an sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. Congregatio die 12. Februarii 1718 respondit; In decisis et amplius.

3) Causa Panormitana nullitatis matrimonii, die 30. Septembris 1719. Catharina Bonfilio, quae die 13. Decembris 1693 per vim et metum a patre incussum, de quo testes deponunt, matrimonium contraxit in facie

Ecclesiae cum Francisco Alvarez barbitonsore, cum eodem invita cohabitavit spatio quatuor mensium ita, ut idem Alvarez sequens exhibuerit testimonium die 21. Juli 1715: »Confesso qualmente dalla prima ora, che ci congiungessimo sino a quando mi allontanai da essa, non solo mai volle detta Catarina Bonfilio esercitare volentieri l'atto matrimoniale, non ostante minacciarla, e venire continuamente alle percosse, ma ogni qual volta si chiedeva il debito, mi rispondeva di non volere, a causa di non aver voluto mai esser mia moglie.« Alvarez desperatione adactus discessit a civitate Panormitana, ut militiam in triremibus exerceret; cumque anno 1702 percrebuerit fama, ortum habens ex partita descripta in libris defunctorum in magno nosocomio Panormi, quod dem mortuus fuisset, Catharina die 29. Aprilis 1708 collocata fuit in matrimonium cum Ignatio Colli, ex quo quatuor filios suscepit, et Alvarez, qui mortuus reputabatur, die 15. Januarii 1707 in civitate Lillae uxorem duxit Claudiam Calvinianam post haeresim ab eadem abjuratam. In hac facti specie fuit actum in Curia Archiepiscopali Panormitana super validitate primi matrimonii, cumque ab eadem fuerit pro ejus validitate pronuntiatum, de justitia dicti judicati nunc agendum est.

Pro validitate facit textus in cap. ad id, de sponsalib., in quo matrimonium per vim contractum statuitur, quod cohabitatione convalescat, et licet hic textus loquatur de cohabitatione per annum cum dimidio, id tamen non fuit in textu statutum taxative, sed demonstrative, ita ut ad officium judicis pertineat, circumstantias ponderare suadentes, an ex cohabitatione purgatus fuerit metus, non obstante, quod cohabitatio non fuerit protracta ad annum cum dimidio, uti ponderat Abbas in cit. cap. ad id. n. 4. de sponsalib. Pro nullitate vero primi matrimonii facit, quod post Concilium Tridentinum, quod novam formam induxit in contrahendo matrimonio, praesentiam videlicet parochi et duorum testium, non solum matrimonium est nullum, si fuerit contractum per vim et metum, sed ulterius non convalidatur, nisi iterum contrahatur adhibita forma Concilii, licet intercesserit cohabitatio una cum copula, juxta resolutiones hujus S. Congregationis et signanter in causa Hispalensi et Constantinopolitana (vergl. §. 226).

Proposita fuit haec causa in hac Congregatione. Tunc autem nulla capta fuit resolutio, sed cum causa reproposita fuerit in sequenti Congregatione habita die 18. Novembris 1719, dictum fuit, »quod Catharina et Ignatius separentur, nec non Alvarez et praetensa ejus uxor et quod coadjuvarentur probationes juxta instructionem,« et instructio fuit, 1) quod formiter et cum interrogatoriis a Promotore Fiscali Curiae Archiepiscopalis Panormitanae exhibendis examinarentur pater et mater Catharinae; 2) quod simili modo examinaretur parochus, coram quo matrimonium fuit contractum cum Joanne Francisco Alvarez; 3) quod etiam formiter examinarentur testes, qui matrimonio interfuerunt; et 4) cum in anteactae causae propositione nonnulli testes fuerint producti deponentes de violentiis exercitis in ipsa Ecclesia coram parocho, qui non videbantur formiter examinati, quod formiter examinarentur sub interrogatoriis Promotoris Fiscalis. Haec sunt, quae in instructione fuerunt inserta. Cum autem

causa iterum fuerit reproposita, quaesitum fuit: 1) An constet de nullitate primi matrimonii in casu? et quatenus affirmative; 2) an secundum matrimonium contractum cum Ignatio Colli sit validum, ita ut Catharina cum eo cohabitare teneatur in casu? S. Congregatio die 8. Junii 1720 respondit: »Ad primum, constare. Ad secundum, satis provisum in primo.«

4) Causa Hydruntina, die 21. Novembris 1721. Quum rumor increbuisset, quod Catharina Arcudi de terra S. Petri in Galatina, dioecesis Hydruntinae stuprum passa fuisset a Clerico Antonio Lobello ipsi in secundo consanguinitatis gradu conjuncto, memoratus Clericus Antonius, ne quid adversi pateretur, se transtulit ad Conventum Patrum Capuccinorum ejusdem terrae et ad aliud subinde transivit confugium. Pater, frater, caeterique Catharinae consanguinei, ut matrimonium inter ipsam et Clericum Antonium sequeretur, ad Neapolitanum proregem recursum habuerunt et ab eodem obtinuerunt, quod Thomas Lobellus, Antonii pater, carceribus manciparetur in regio castro Gallipoli et quod deinde ab hoc castro ad aliud Pescariae in Aprutio transportaretur, quodque matri et sorori germanae Antonii domus pro carcere assignaretur, et quod demum alter ejusdem frater, clericali licet militiae adscriptus, in castro Brundusino carceratus remaneret, arreptoque ab altero ex fratribus Catharinae itinere ad Urbem, exhibitoque Sanctissimo Domino Nostro tam nomine Catharinae, quam nomine Antonii supplici libello pro gratia dispensationis super secundo gradu ob copulam secutam, post expeditam gratiam ipsamque pro executione commissam Archiepiscopo Hydruntino, fuit ab eo data parocho assistendi matrimonio licentia, matrimonioque contracto die 19. Novembris 1714 in Ecclesia Patrum Reformatorum terrae Galatinae cum omnibus solennitatibus, J. Th. Clerici Antonii pater fuit illico e carceribus liberatus, nullaque interposita mora Antonius e patria discessit, nec ad eam umquam reversus est, uti desumitur ex informatione Vicarii capitularis ad hanc S. Congregationem transmissa. Matrimonium hoc Antonius praetendit nullitate laborare, utpote contractum per vim et metum, cadentem in constantem virum, metumque constituit in supra recensita facti serie, in carcerationibus videlicet proprii parentis aliorumque sibi conjunctorum, et ad propriae aversionis comprobationem, nec non ad ostendendum, quod ad contractum matrimonii devenit, ut se suosque vexationibus liberaret, testes exhibet religiosos, quibus suam ante matrimonium patefecit voluntatem, nec non protestationem a se emissam coram Patre Guardiano Capuccinorum aliisque sacerdotibus die 7. Octobris 1714, in qua inquit, quod si umquam aut per verba de futuro aut per verba de praesenti in facie Ecclesiae matrimonium cum Catharina esset contracturus, illud contractum intelligi deberet non libero, sed coacto consensu et ad effectum praedictum, suam liberandi domum ab excessivis molestiis. Pro eodem assumpto affert supplices libellos a se sacris Congregationibus porrectos, in quorum altero ante contractum matrimonium exaggeravit, nomen suum fuisse dolose et citra suam intentionem appositum in precibus, in quibus Sanctissimo Domino Nostro supplicatum fuit pro obtinenda dispensatione in secundo gradu ob copulam secutam. Ponderandum denique proponit suum immediatum e patria discessum ab Ordinario in sua

relatione et testibus comprobatum, et quia bene novit, sibi a Catharina esse opponendam declarationem, in qua confessus est, se cum ea rem habuisse sub spe futuri matrimonii, inquit, declarationem eodem defectu laborare, quo laborat matrimonium, quum eam emiserit, ut J. Th. genitorem, qui in castro detinebatur, liberaret juxta revocationem a se subinde factam.

Fuerunt haec omnia bene ponderata et examinata in hac Congregatione, quum EE. PP. punctum causae consistere arbitrati fuerint in probatione stupri, quod ab Antonio commissum dicebatur cum Catharina, quodque commissum credi non poterat, nisi cum expressa fide matrimonii, ex quo agebatur de honesta puella, quaeque ortum ducebat a familia principaliori inter eos S. Petri in Galatina, quasi quod concurrente qualitate stupri matrimonium nullum dici non posset, licet fuisset meticulose contractum, juxta late deducta per Raynald.; hinc factum est, quod in Congregatione nulla fuit super validitate vel invaliditate matrimonii capta resolutio, sed tantummodo dictum est, quod coadjuvarentur probationes juxta instructionem. Descendendo ad instructionem, quum praecipua probatio stupri desumeretur ex attestationibus extrajudicialibus cujusdam sacerdotis Dulcii, nec non J. Graeci pharmacopolae, qui confessionem quandam extrajudicialem Antonii de stupro commisso enarrabant, fuit in instructione demandatum, quod Vicarius capitularis Hydruntinus utrumque ex dictis testibus examini formali subjiceret et quatenus Joannes renuisset, se subjicere, procederet adversus ipsum ad censuras; quumque habita fuerit notitia, quod aderat in Urbe vir ecclesiasticus omni exceptione major, qui totam seriem petitae et obtentae dispensationis sciebat, et signanter, an eadem fuerit petita etiam de consensu Antonii et ejus genitorum, fuit mihi demandatum, ut eum extrajudicialiter audirem et ejus sensum S. Congregationi oretenus patefacerem, prout alias paulo ante factum fuerat in alia causa nullitatis professionis Pallavicinae. Cohaerenter ad haec fuerunt datae litterae ad Vicarium capitularem Hydruntinum, qui commissum munus adimplevit. Proposita igitur hac causa iterum in Congregatione habita die 23. Augusti 1721, quumque tunc non fuerit resoluta, proposito in sequenti Congregatione habita die 13. Septembris 1721 dubio: »An matrimonium sit validum in casu?« responsum fuit affirmative. Impetrataque ab Antonio Lobello nova audientia quaesitum fuit: »An sit standum vel recedendum a decisis?« S. Congregatio die 21. Novembris 1721, respondit: In decisis et amplius.

5) Causa Caenaten. die 10. Aprilis 1723. Jacobus Garza, laicus Caenaten. et in civitate Venetiarum duodecim annis commorans carnaliter cognovit Mariam Mioli, incussisque sibi vi et metu ab ejus fratre germano, matrimonium per verba de praesenti coram parocho et testibus, praetermissis de licentia Ordinarii denunciationibus, cum eadem contraxit. Mortua Maria Jacobus judicium introduxit in causa Caenaten. pro declaratione nullitatis dicti matrimonii, cumque judex articulos rejecerit et remissoriam denegaverit pro testibus super metu interrogandis petitam, habito recursu ad s. m. Clementem XI., fuit a Sanctitate Sua expeditum solitum Breve commissionis directum Episcopis Bellunen. et Sebenicen. et Turcellen. eorumque Vicariis, ut alter ipsorum de

causa cognosceret et in ea pronunciaret. Assumpta fuit a Vicario generali Episcopi Turcellen. hujusce causae cognitio, idemque in contradictorio judicio et auditis collitigantium rationibus, hoc est, tam Jacobi, qui instabat pro nullitate matrimonii, quam Philippi fratis Mariae, qui metum incussisse dicebatur, sententiam definitivam protulit, et in ea declaravit, matrimonium contractum die 20. Maji 1704 inter Jacobum et Mariam fuisse ab initio nullum et invalidum propter vim et metum cadentem in constantem virum et hoc ad quoscumque juris effectus. Non fuit appellatio interposita (es war damals die Bulle Dei miseratione noch nicht erlassen) a mox memorata sententia, cumque subinde Jacobus vesana libidine victus, absque tamen spe facilius obtinendi dispensationem, carnaliter cognoverit Paulinam sororem Mariae, primae uxoris, et ne eadem innupta et diffamata remaneat, velit cum ipsa matrimonium contrahere et hac de causa recursum habuerit ad Summum Pontificem pro obtinenda dispensatione cum absolutione a censuris et poenis incursis et per organum Datariae preces remissae fuerint ad hanc S. Congregationem, nec ullus sit, qui pro miserabilibus oratoribus scribat, pauperes etenim sunt, ideo nonnulla ad materiam hic adnotavi.

Si legitimum in sui initio fuisset matrimonium inter Jacobum et Mariam, vel quatenus a principio legitimum non fuisset, ex actibus nihilominus subsequentibus de ejus revalidatione dubitari non posset, obstaret oratoribus textus Concilii Tridentini in cap. 5. Sess. 24. de reform. matrimonii, ubi in fortioribus dicitur: »in secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes et ob publicam causam;« hic enim Conciliaris textus ex declaratione S. Pii V. intelligitur de gradibus affinitatis et consanguinitatis, dummodo tamen consanguinitas vel affinitas orta sit ex legitimo matrimonio (Barbosa). Ut autem dignoscatur, an matrimonium a principio legitimum fuerit vel ex actibus subsequentibus remanserit convalidatum, ex copula videlicet et cohabitatione, plura essent scitu necessaria, an scilicet metus fuerit gravis et cadens in constantes virum, an fuerit justus, et demum, an impedimentum a dicto metu procedens fuerit publicum? metus etenim non cadens in constantem virum et metus ulterius, qui justus est, matrimonium non inficiunt.

Es folgen nun die bereits §. 226 entwickelten Grundsätze über den Vorgang bei der Convalidation solcher Ehen, worauf Benedict XIV. als Secretär der S. Congregatio Concilii also fortsetzt: At quatenus procedendum sit cum facti expositione vel cum praesumtione militante pro sententia super nullitate matrimonii et a tempore sententiae valeat illatio ad tempus contracti matrimonii, ita ut sicuti metus erat tempore sententiae publicus, sic praesumi debeat, quod talis fuerit tempore, quo matrimonium initum est, in quo rerum themate matrimonium pro nullo habendum esset, cum illud matrimonium nullum sit, quod contractum est propter metum a consanguineis stupratae incussum stupratori, cum fuerit justus, sed juste non fuerit incussus (cap. veniens, 15. de sponsalib.), nec ex copula et aliis actibus subsequentibus revalidatum dici posset, deficiente scilicet novi praestatione consensus coram parocho et testibus juxta resolutionem hujus S. Congregationis in Hispalensi et Con-

stantinopolitana (cf. §. 226): praesens inspectio reduceretur ad dispensationem super impedimento primi gradus affinitatis ex copula illicita in linea collaterali, cui obstat dispositio S. Concilii Sess. 24 de reform. matrim. cap. 4., ubi statuitur, impedimentum proveniens ab affinitate contracta ex fornicatione et sic a quocumque illicito concubitu dirimere matrimonium, sed restringi ad eos tantum, qui in primo et secundo gradu conjunguntur, ita ud quoad alios matrimonium nedum sit validum, sed licitum juxta bullam 14 S. Pii V. Reduceretur ulterius controversia ad videndum, an obstet impedimentum publicae honestatis; ex uno etenim capite videtur adesse hoc impedimentum, cum matrimonium, licet nullum ex defectu consensus, per aliquod tamen temporis spatium fuerit saltem in implicito statu validitatis in foro externo, et ex alia parte non adesse videtur dictum impedimentum, cum illud non inducatur ex matrimonio nullo ex defectu consensus (cap. un. de sponsalib. in 6.), non obstante, quod matrimonium fuerit habitum pro valido per aliquod temporis spatium in foro externo, et multo magis, quando, prout hic, matrimonium fuit nullum declaratum propter vim et metum; in hoc quippe rerum statu cessasse videtur indecentia, ex qua ortum ducit impedimentum publicae honestatis (cap. Juvenis, de sponsalib.); cumque ad effectum dispensandi aut super primo aut super utroque impedimento sequentes causae allegentur: diffamatio videlicet Paulinae stupratae, periculum, quod eadem innupta remaneat, nec non aliorum malorum, quae verisimiliter sequi possint, quaeritur: »An sit Sanctissimo Domino Nostro consilium praestandum pro dispensatione in casu etc.? »S. Congregatio die 24. Aprilis 1723 respondit negative.

6. Causa Cajetana, die 2. Octobris. 1723. Joannes B. de Aro huic S. Congregationi exposuit se per vim et metum adactum fuisse ad contrahendum matrimonium de praesenti cum Catharina Moncado, et se ulterius fuisse excommunicatum a Curia Episcopali, ex quo cum Catharina renuebat cohabitare. Datae fuerunt juxta morem litterae ad praedefunctum Episcopum Cajetanum, qui respondit, Catharinam fuisse a Joanne B. stupratam, eum fuisse carceribus mancipatum et in carceribus de stupro commisso confessionem emisisse et ulterius voluntatem patefecisse de Catharina in uxorem ducenda, et cum illa tandem matrimonium in facie Ecclesiae contraxisse et excommunicationis sententiam passum fuisse, ex quo cum dicta Catharina cohabitare renuebat. Praeter relationem modo dictam transmissus fuit ab Ordinario processus et ab hac S. Congregatione demandatum fuit, quod causa proponeretur citata Catharina; cumque praefixo eidem termino ad sua jura deducenda, expeditisque citationibus ea reperiri non potuerit, utpote quae jam discessit a civitate Cajetana et locus ignoretur, in quo est, instante Joanne Bapt. bina proponuntur dubia ad calcem restrictus referenda, in quorum primo agitur de validitate matrimonii, et in alio de absolutione a censuris.

Joannes itaque Bapt. invalidum praetendit esse matrimonium et se per consequens absolvendum a censuris; fuit enim ipse carceribus mancipatus et ad se carcere eximendum ait stuprum non negasse et matrimonio pro libertate obtinenda consensisse. Nec idem putat sibi obesse posse, quod matrimonium

etiam in hisce terminis validum reputatur; validum etenim respondet haberi debere hujus generis matrimonium, quando praecessit stuprum; secus autem quando, prout hic, nulla adest stupri probatio. Proposita itaque causa in Congregatione habita die 23. Maji 1722 nulla fuit capta resolutio, sed dictum, quod praefigeretur novus terminus Catharinae ad sua jura deducenda in S. Congregatione, et quod per Joannem B. coadjuvarentur probationes super negativa stupri et quod demum ipse absolveretur a censuris per tres menses cum reincidentia. In nova causae propositione die 21. Novembris 1722. allati fuerunt a Joanne B. nonnulli testes pro negativa stupri coadjuvanda; sed S. Congregatio distulit resolutionem et renovata absolutione cum reincidentia censuit, testes esse formiter examinandos, citato patre Catharinae, et eodem negligente jura prosequi suae filiae, quae est absens et ignoratur, in quo loco degat, danda esse a Fiscali Curiae interrogatoria ex officio. In executionem hujus rescripti, cum Catharinae pater propter paupertatem non posset exhibere interrogatoria, eadem fuerunt exhibita a Fiscali Curiae et vocatis ad examen Angelo et Theodoro testibus, qui extrajudicialiter deposuerant de mora Joannis B. de Aro ultimis diebus Bachanalium et initio Quadragesimae anni 1718 in terra Spinei, ex quo inferebatur negativa stupri, quod commissum dicebatur praedicto tempore in civitate Cajetana, fuit a praedictis testibus comprobata supra recensita extrajudicialis depositio, sed cum die sequenti iidem testes insteterint pro sui dicti correctione et dixerint, Joannem B. de Aro in dicta Terra Spinei mansisse tempore Bachanalium et initio Quadragesimae, sed anno 1719 et non anno 1718, ut praecedenter deposuerant: hinc Joannes B. contendit, primum et non secundum dictum esse attendendum; contendit ulterius, eosdem fuisse a patre Catharinae sollicitatos ad correctionem praecedentis depositionis et secundam esse omnino falsam, cum ipse anno 1719 esset carceribus mancipatus in civitate Cajetae. Quocirca quaeritur: 1) »An matrimonium sit validum in casu etc.? et quatenus affirmative, 2) an Clericus Joannes B. de Aro sit absolvendus a censuris a Curia Episcopali inflictis in casu etc.?« S. Congregatio respondit: Dilata.

7) Causa Romana matrimonii, die 2. Octobris. 1723. Die 31. Januarii. 1707. Bartholomaeus Cafissus Pistoriensis, sed incola civitatis Albani, praeviis denunciationibus matrimonium de praesenti contraxit hic in Urbe cum Catharina Cerona puella Romana. Post aliquot menses agi coeptum est de nullitate matrimonii, utpote contracti ab eadem Catharina, sed per vim et metum sibi incussum ab Anna Maria Sangiorgi matre sua, et ad effectum comprobandi praedictum metum duo testes fuerunt formiter examinati, Angela videlicet Stendardi vidua et Joseph Maurus levir memoratae Catharinae, ex quorum depositionibus habetur, 1) Annam Mariam fuisse mulierem terribilis naturae; 2) Catharinam fuisse ab ipsa verberibus et pugnis et calcibus adactam ad celebrandum matrimonium cum Bartholomaeo; 3) se interfuisse matrimonio contracto et sponsam vidisse iracundo vultu conjunctorum congratulationes respuisse et sponsi inter praedendum benevolentiae actus abhorruisse; 4) ex Annae matris machinatione Bartholomaeum introductum fuisse in cubiculum Catharinae, quae a

somno expergefacta clamoribus eum repellere non potuit, ita ut violentum concubitum prima nocte passa sit; 5) conjuges Albanum petiisse et post eorum reditum ad Urbem tam ab illis, quam ab Anna matre se audivisse, Catharinam numquam, non obstantibus virorum religiosorum hortationibus, induci potuisse, ut cum Bartholomeo dormiret. Addit alter ex his testibus, quod ante celebratum in Ecclesia matrimonium, cum Catharina suam adversam voluntatem parocho jam defuncto aperuisset, fuit ab eo objurgata et ad contrahendum inducta. Alia metus argumenta desumta fuerunt ex responsione viri ad positiones et ex dictis duorum aliorum testium extrajudicialiter deponentium; sed proposito in hac S. Congregatione dubio die 2. Augusti 1710: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« dilata fuit resolutio et dictum, quod« probationes coadjuvarentur coram Eminentissimo Urbis Vicario, dato pro defensore matrimonii Fiscali Sacrae Visitationis.« Rescriptum hoc sua caruit executione, tum propter absentiam mulieris a Statu ecclesiastico, tum etiam, quia ab antecessore Fiscali Sacrae Visitationis nihil actum fuit, cumque post plurium annorum intervallum Catharina, Neapoli degens apud honestam matronam, insteterit iterum pro declaratione nullitatis matrimonii et consignatis scripturis Cajetano Ivones Fiscali Eminentissimi Urbis Vicarii et S. Visitationis Apostolicae fuerit ab eodem doctus de more editus pro veritate discursus, discutiendum reproponitur dubium superius. Porro Promotor Fiscalis ingenue admittit, sibi maximopere placuisse probationum impinguationem a S. Congregatione demandatam; sed eam moraliter impossibilem fuisse propter multi temporis lapsum, ita ut nonnullae solum attestationes ad perpetuam de novo haberi potuerint. In eodem discursu bene examinantur antecedentia, concomitantia et ea, quae matrimonium subsecuta sunt, ex quibus, sicuti plus, quam plenam metus probationem desumi certum est, sic videtur, esse posse locum delationi juramenti suppletorii a Catharina emittendi, quia licet in causa matrimoniali uti gravissima non deferatur juramentum suppletorium et praesertim si agatur contra foedus matrimonii, id tamen non procedit, quoties pensatis circumstantiis praecessit plus quam semiplena probatio, cum in hoc rerum themate juramentum suppletorium etiam mulieribus deferatur post factam seriam et gravem admonitionem de juramenti importantia. Proposita iterum causa die 2. Octobris 1723. nulla fuit capta resolutio, sed dictum: »dilata et contra matrem procederetur.« In hujus rescripti executionem datae fuerunt epistolae ad Episcopum Interamnensem, ut auctoritate etiam S. Congregationis procederet adversus Annam Mariam matrem in sua dioecesi commorantem propter violentias adversus filiam exercitas, ut matrimonium contraheret cum Bartholomaeo Cafisso, compilatoque Processu remissoriali, eodemque ad Urbem transmisso, novus editus fuit discursus a supra memorato Fiscali, in quo probabat, Annam matrem esse omnino conformem depositionibus aliorum testium de metu deponentium, ita ut impinguatio probationum olim ab hac S. Congregatione exoptata in praesenti non desit, concludendo pro nullitate matrimonii tamquam contracti per vim et metum incussum a matre saeviente adversus filiam, tunc in anno decimo quinto constitutam. Quocirca queritur: »An constet de nulli-

tate matrimonii in casu etc.? S. Congregatio die 4. Augusti 1727. respondit: »Proponatur in sequenti.« In qua tamen non fuit proposita.

8) Causa Albinganen. matrimonii, die 12. Februarii. 1724. Cum de mense Aprili 1720. Petrus Franciscus Cepolinus ex vicinali fenestra inspexisset infantulam de recenti natam jacere in loco, in quem confluunt sordes e domo Nicolai Simonis Caretti, rumor per universam civitatem increbuit, infantulam procreatam fuisse a Maria Eustachia, praedicti Nicolai Simonis filia, et Carettus ab hoc rumore excitatus recursum habuit ad Senatum Januensem, apud quem Michaelem Angelum Marchesium detulit, ut filiae suae stupratorem. Datis a Senatu opportunis mandatis, carceribus videlicet mancipandi praedictum Michaelem Angelum, vel quatenus id fieri non posset, accersendi Nicolaum ejus patrem, ut reditum filii curaret et ejus animum disponeret ad contrahendum matrimonium cum Maria Eustachia, cum adhibitae fuerint, sed incassum, diligentiae pro Michaele Angelo filio reperiendo, Nicolao patri sub indignatione Senatus imperatum est, ut intra terminum sex dierum se Genuam conferret ad valvas audientiae Ducalis Palatii. Nicolaus promptam huic imperio exhibuit obedientiam, cumque ipse in civitate Genuensi commoraretur, Michael Angelus filius, ut eum ab ulterioribus molestiis liberaret, se sponte constituit in carceribus laicalibus Albinganensibus, in quibus, posthabitis quibuscumque suasionibus eidem factis, ut matrimonium contraheret, firmiter instetit, ut Processus conficeretur, et in casu, prout de jure, procederetur et terminus parti adversae praefigeretur ad suae querelae prosecutionem. Actus hi juridici suo caruerunt effectu, quo pariter effectu caruerunt supplicationes Michaelis Angeli nomine exhibitae Senatui Januensi, quibus enixe petebatur, ut Commissarius Albinganensis partibus, prout de jure, provideret, in quo rerum statu Michael praedictus, bene praenoscens, se ex carceribus non esse egressurum, nisi ut matrimonium contraheret cum Maria Eustachia, extrajudiciales, quas potuit, protestationes emisit, consignatis videlicet suo Confessario quatuor epistolis, opportuno tempore revelandis, quibus declaravit, quod quatenus a se vel a suo procuratore matrimonium cum Maria Eustachia celebraretur, illud habendum esset pro nullo, utpote contracto, ex quo amplius carcerem, incommoda et infirmitates contractas sufferre non poterat.

Dum haec a Michaele Angelo in civitate Albinganensi carcerato peragebantur, Maria Eustachia Senatui Januensi preces exposuit, quibus asseruit, praedictos carceres tutos non esse et sic periculum fugae imminere traductoque idcirco Michaele Angelo ad civitatem Januensem, ipsoque detruso in carcere secreto et ab aliena communicatione prohibito, res eo tandem devenit, ut animum suum explicaverit de matrimonio cum dicta muliere contrahendo, cumque hac de causa fuerit e carcere extractus et ad Cancellarium criminalem adductus, per publicum instrumentum suum constituit procuratorem Joannem B. Cippolinum ad contrahendum in civitate Albinganensi matrimonium cum saepe memorata Maria Eustachia. Confecto, uti dictum est, mandato procurae Michael Angelus iterum ad carcerem reductus est, neque fuit ab illo dimissus, nisi postquam per publicum et juridicum documentum constitit, mandatum fuisse a pro-

curatore impletum et sic contractum in civitate Albinganensi cum Maria Eustachia matrimonium, acquisitaque hoc modo libertate non destitit ipse suum animum declarare, asserendo, Mariam Eustachiam nec esse, nec umquam futuram esse suam legitimam uxorem, ita ut ab ejus cohabitatione semper abhorruerit et deinde ad alienas regiones se transtulerit. Haec est historia facti, quae a relatione Episcopi et a documentis a Michaele Angelo productis desumitur et in quorum sequelam idem exorat pro declaratione nullitatis matrimonii. Praeter metus exceptionem et quidem cadentis in constantem virum, dicitur nullam adesse probationem praecedentis stupri, de sponsalibus quoque et obtenta ab ipso pro contrahendo matrimonio dispensatione non constare ex legitimis documentis, et quatenus constaret, et haec et similia non prodesse posse, quia prodiissent post metum incussum.

Consimilis causa discussa fuit annis praeteritis in hac S. Congregatione in Hydruntina matrimonii (cf. supra sub 4), in qua S. Congregatio tandem die 13. Septembris 1721 respondit pro validitate, non obstante gravi metu incusso, et non obstante carceratione, facta de ordine potestatis laicalis, patris, matris, sororis et fratris ejus, qui matrimonium deinde contraxit; sed in praedicta causa S. haec Congregatio semper fuit in sensu, quod constabat de stupro, quo supposito matrimonium validum est, licet meticulose contractum, et existimatum fuit, carcerationes memoratarum personarum factas fuisse ad ipsas in officio continendas, ut videlicet desisterent a suasionibus, quibus stupratorem removebant a matrimonio contrahendo. Nulla in hac Congregatione capta fuit resolutio, sed dictum, quod scriberetur Episcopo juxta instructionem.

Tunc solum Michael Angelus sua jura deduxit et Maria Eustachia, licet saepius citata, comparere recusavit, et licet nulla allata stupri probatione matrimonium habitum fuerit pro nullo, cum contractum fuerit propter vim et metum cadentem in constantem virum, ad differentiam casus, in quo stuprum praecessisset, in qua facti specie matrimonium, licet metu contractum, esset validum: cum nihilominus EE. PP. ex scripturis a Michaele Angelo exhibitis deprehenderint, suspicionem aliquam adesse de sponsalibus antea initis inter ipsum et Mariam Eustachiam et ab ipso fuisse expetitam dispensationem ad effectum contrahendi matrimonium, non obstante impedimento quarti gradus consanguinitatis, necessarium existimarunt, ut litterae darentur ad Episcopum pro informatione tam super sponsalibus, quam super dispensatione.

Cohaerenter ad haec datae fuerunt litterae ad Episcopum, qui respondit, patrem Mariae Eustachiae commorari in civitate Januensi et se nihilominus pluries interpellasse patruum cum eadem cohabitantem, ut apocham sponsalium exhiberet, nec eam umquam fuisse exhibitam et impossibile esse eam reperire, concludendo contra sponsalia his verbis: »ex iis tamen, quae ex extrajudicialibus documentis haurire potui, satis constare visum est, inter praefatos intercessisse quamdam informem sponsalium apocham pluribus obnoxiam exceptionibus, quod forsan causam dedit, ut semper ejus exhibitio declinaretur.« Et quoad punctum dispensationis transmissa est ab Episcopo attestatio sui Vicarii generalis, qui inquit, se Romam scripsisse pro obtinenda dispensatione in quarto gradu con-

sanguinitatis, instante patruo Mariae Eustachiae, qui etiam exbursavit pecuniam necessariam, absque eo, quod aut Michael Angelus aut ejus pater ullam minimam partem habuerint in requirenda aut impetranda dispensatione. His stantibus reproposita causa die 28. Julii 1724. quaeritur: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« S. Congregatio die 9. Septembris 1724. respondit: »Dilata et testes hinc inde examinentur formiter.«

9) Causa Vigilien. die 3. Julii 1725. Agitur de matrimonio contracto inter Marcum Brunum et Joannam Soldani et quaeritur, an illud sit nullum, nec ne. Ex attestatione extrajudiciali et formali examine Abbatis Oratii Borelli, qui tamquam parochus dicto praestitit assistentiam matrimonio et ex testibus matrimonialibus et aliis probationibus fuse legendis in Summario Marci haec habentur: a) quod ipse parochus, dum erat in publica civitatis Vigil. platea, vocatus fuit a Nicolao Soldano sub obtentu, quod ejus pater, qui a fabrica quadam cecidisse dicebatur, confessionem sacramentalem instante mortis periculo facere volebat; b) quod domum, ad quam vocatus fuerat, ingressus invenit Nicolai fratres armis stipatos et in quodam obscuro cubiculo Marcum Brunum vulneratum et sanguine undique manante conspersum; c) quod Marco Bruno implorante parochi auxilium et exponente, se fuisse injuste verberibus concussum, Nicolaus ipsi parocho demandavit, ut Marcum cum Joanna sua sorore matrimonio conjungeret; d) quod Marco adversus hoc matrimonium fortiter reclamante et saepe parochum interrogante, an esset, nec ne, futurum validum, si illud in eo statu contraheretur, res eo devenit, ut parochus memoratus, instante mortis periculo ab eo obtinuerit, ut sacramentaliter confiteretur; e) quod expleta confessione Marcum matrimonio conjunxit cum Joanna coram tribus ejusdem fratribus et tribus mulieribus in eodem cubiculo assistentibus; f) quod excitata a fratribus Joannae quaestione, an propter interressentiam consanguineorum dubitari posset de validitate matrimonii, eorum opera vocati sunt duo sacerdotes, coram quibus Marcus coactus fuit, ut etiam coram parocho iterum matrimonium cum Joanna contraheret. Ad horum omnium comprobationem afferuntur depositiones medici et chirurgi, qui de multiplicitate vulnerum et quidem mortalium Marco Bruno illatorum plenum testimonium reddiderunt, et aliorum, qui testati sunt, fratres de Soldanis et eorum etiam mulieres secuto facto statim ad Ecclesiam confugisse; et ab his omnibus aliisque pluribus in scriptura et Summario legendis infert Marcus, matrimonium a se contractum cum Joanna nullum esse, utpote contractum propter vim et metum cadentem in constantem virum. Et quia idem Marcus nonnulla praevidet sibi a Joanna opponenda, primo videlicet, quod ejus domum fuerat ingressus, ut secum copulam haberet, et quod ab ejus fratribus pro vindicanda injuria percussus obtulerit, se eam in uxorem ducturum, et secundo, quod ante matrimonium contractum fuerat ab ipso stuprum passa sub spe legitimi conjugii, et tertio demum, quod post contractum matrimonium ad ejus domum iterum accessit, plura in facto et in jure deducit ad haec objecta de medio tollenda.

Et in eo quidem quod attinet ad factum, memoratas omnes circumstantias inquit inniti nonnullorum testium assertioni, qui magnas patiuntur in personis et

in dictis exceptiones, in ejus scriptura fuse legendas. Et in eo, quod spectat ad jus, quidquid sit de quaestione speculativa, quae promovetur a Doctoribus ad ornatum textus in cap. Veniens, 15. de sponsalib., »an videlicet valeat matrimonium ab eo contractum, qui a consanguineis mulieris deprehensus se obtulit eam in uxorem ducturum, ut minas mortis evaderet sibi illatas non ad praecipuum finem, ut matrimonium contraheretur, sed ad effectum, injuriam ulciscendi?« inquit, in praxi et in foro matrimonia haec nullitatis vitio laborare, statim ac constat, fuisse contracta post metum ab armatis illatum, et eo fortius post mortalia vulnera inflicta, uti ad rem bene ponderant Sperell. et Raynald. (Diese Gründe sind, wie die Entscheidung zeigt, adoptirt). Suppositum quoque antecedens stuprum sustinet in jure non relevare, etiamsi matrimonii promissio accessisset, quum attenta disparitate inter se et Joannam tam ratione natalium, quam ex causa divitiarum, potuisset ipsa juxta communem Doctorum assertionem bene cognoscere, promissionem matrimonii factam fuisse, ut stuprum extorqueret, et sine animo eam exequendi, et loquendo demum de novo ad domum accessu post contractum matrimonium concludit, eum in puncto juris nullam constituere relevantiam; supposito quippe metu, et quod matrimonium contractum fuerit dependenter a metu cadente in constantem virum, subsequens cohabitatio illud validum efficere non potest, nisi novus accedat consensus adhibita forma a Concilio Tridentino praescripta juxta resolutionem Congregationis in Hispalen. 20. Junii 1609. Quae alia esse possint jura Joannae, ignoro, quum ejus scripturae ad me delatae non fuerint, et sic nihil aliud superest, quam ut visis videndis dignentur EE. VV. decernere: An constet de nullitate matrimonii? S. Congregatio die 23. Junii 1725 respondet: »Proponatur in prima etiam unica et distribuantur scripturae omnibus Eminentissimis;« die 3. Julii 1725 respondit affirmative, et die 22. Septembris 1725 dubio proposito: An sit standum in decisis? In decisis et amplius.

10) Causa Gravinen. die 1. Septembriis 1725. Die 31. Martii 1711. contractum fuit matrimonium coram parocho et testibus inter Gratiam Mariam Cicalam et Josephum Moscam; quumque exorta controversia super ejus validitate Vicarius capitularis pro nullitate pronunciasset, delata causa ad hanc S. Congregationem, facta fuit actorum transportatio et exquisita fuit informatio Episcopi, interim ad Ecclesiae regimen assumpti, qui sensit, matrimonium esse validum et in praesenti proponitur dubium, ad calcem restrictus referendum. Ne jura Gratiae Cicalae propter ejus paupertatem indefensa remanerent, commissum fuit Dominico Spinello, ut ea gratis deduceret, idemque strenue suum munus adimplevit, uti colligitur ex ejus scriptura per manus circumferenda. Per multum temporis spatium familiaris intercesserat et secreta conversatio inter Gratiam et Josephum et scribens pro Gratia contendit, eam fuisse a Josepho stupratam et filiam edidisse, et licet Nuntius Cicalae Gratiae frater pluries Josephum admonuerat et admoneri fecerat, ne ad ejus domum accederet, hora secunda noctis una cum tribus aliis sociis domum ingressus, Gratiam et Josephum conversantes invenisset, vocatoque parocho fuerit coram eo et testibus matrimonium contractum, rem tamen totam sic se habuisse dicetur, ut nullus fuerit

incussus metus, ita ut de validitate matrimonii rationabiliter dubitari non possit; refertur enim, Nuntium placidis et suavibus verbis et absque ullo armorum strepitu vel minis Gratiam et Josephum hortatum fuisse, ut proprio consulerent honori, si carnale commercium inter se habuissent, et quod nihil ab ipsis praetendebat, si honestam inter se habuissent conversationem; hinc inferendo, quod, si Josephus commercium illicitum confessus est, et subinde devenit ad celebrationem matrimonii, dici numquam valeat, quod illud contraxerit per vim et metum, negando enim commercium illicitum potuisse liberum evadere et a contracto matrimonio abstinere. Et quamvis ab aliquo ex adstantibus nonnulla verba increpatoria fuerint prolata, et aliqui ex eis prae manibus baculos haberent, respondetur nihilominus, metum gravem ex verbis non inferri et baculos non ad alicujus offensam, sed ad ornatum personarum eos habentium gestatos fuisse. Pluria alia ad hujus assumpti comprobationem afferuntur a scriptore pro Gratia, quumque Josephi jura ad me delata non fuerint, ea referre non possum, nihilque aliud superest, quam ut ex juribus circumferendis dignentur EE. VV. decernere: »An matrimonium sit validum?« S. Congregatio die 1. Septembris 1725 respondit: Affirmative.

11) Causa Cremonen. matrimonii, die 22. Martii 1732. Nobilis puella Lucia Agliodolce die 20. Septemb. 1720 nupsit Comiti Jo. Petro Schinchinello. Postquam vero biennium cum viro convixerat, ab eo divertit, et ipso etiam annuente in monasterium se recepit, ubi aliis duobus annis est commorata. Inde egressa paternam domum rediit circa annum 1725, atque interea maritus, ne uxori seorsim vivere volenti alimenta congruentia subministrare cogeretur, dotem totam, quam acceperat, restituit. Tandem vero die 6. Septembris 1728 Lucia actionem instituit in Episcopali Curia, ut matrimonium tamquam vi metuque contractum declararetur irritum. In judicium vocatus Comes Schinchinellus respondit, ignotum sibi prorsus esse, quidquid coactionis a patre et patruo adhibitum fuisse, ut matrimonium iniretur, exponebatur, haec deinde subjiciens: »Ubi eadem D. Lucia intendat super praemissis adhuc insistere et ulterius progredi, eidem exhibet probatorium terminum, non solum cum protestatione amplius non assentiendi, ubi eum renuat, sed cum reservatione insuper quorumlibet jurium dicto D. Comiti competentium et competiturorum.« Itaque plura quidem documenta produxit Lucia, citato semper Comite Schinchinello; sed is nullam amplius exceptionem proposuit, solumque delegit certum Notarium, qui officio interpretis seu interrogatoris fungeretur in examinandis testibus. A sententia tamen ferenda abstinens Episcopus maluit quaestionem dirimi judicio hujus Sac. Congregationis, ad quam idcirco Acta omnia authentica misit, praefixo utrique parti termino ad jura sua deducenda in eadem S. Congregatione.

Summa igitur (ut a Lucia contenditur) est, quod, cum ejus animum praeoccupasset amor alterius nobilis viri, cui se in matrimonium collocari optabat, nullo pacto adduci ipsa poterat, ut obsecundaret voluntati patris et patrui, qui eam destinaverant sponsam Comiti Schinchinello. Diu itaque hac de re inter eos certatum fuit, repugnante adeo aciter puella, ut de mentis etiam potestate exierit. Sed tandem pater et patruus tum blandis tum acerbis verbis tum

minis aliisque artibus, quas fusius enarrant testes, perfecerunt, ut puella ad eorum sententiam accederet. Testimonium de hoc plures dixere ac potissimum parens ipse, tantam filiae suae calamitatem a se esse conflatam dolens. Patruus vero audiri non potuit, quia jam vivere desiit die 26. Maji 1721. Caeterum oculis EE. PP. subjicientur non solum memoratae testificationes, aliaque documenta, quae in medium prolata a Lucia sunt, verum etiam scriptio Advocati Fiscalis Curiae Episcopalis Cremonensis, qui matrimonii validitatem propugnavit, ut sui muneris partes expleret. Primum igitur inspiciendum erit, an ex allatis documentis satis constet, talem vim metumque illatum fuisse, ut vere defuerit liber ille consensus, qui ad connubialem contractum ineundum requiritur. Si enim coacta per gravem metum fuerit voluntas, in expedito est, matrimonium non subsistere juxta apertos textus in cap. cum locum, et cap. consultationi, et cap. veniens, de sponsalib. et cap. significavit, de eo, qui duxit., ut ob hanc causam illud declaravit nullum S. Congregatio in Vigilien. 13. Junii, 22. Septemb. 1725 et in Compostellana 10. Martii 1731. At vero si consensus non fuerit per minas vel dolum extortus, sed per idoneas rationes ac suasiones impetratus ab eo, qui prius repugnaverat, sed sciens ac prudens postea voluntatem mutavit, id valori matrimonii non officit, ut censuit eadem S. Congregatio in Gravinen. 1. Septemb. 1725. Fuitque etiam a Sac. Rota decisum in Luceorien. matrimonii 1. Julii 1726 et 10. Januarii 1726 et in Romana matrimonii 1. Julii 1726. et 2. Maji 1727. Praeterea illud videtur investigandum, an vis facta metusve incussus duraverit usque in tempus contracti matrimonii; nam etiamsi aliquando quis fuerit invitus et gravem liberi sui arbitrii laesionem passus fuerit, contingere tamen potest, ut, postea cessante omnino vi metuve, nihilominus assentiatur matrimonio, quod proinde ratum firmumque manet, ut ex textu in leg. 1. §. metus, ff. de eo. quod met. caus. notavit Rota in decisionib. cit. Denique si vel probationes non sint ad rem manifestam faciendam idoneae, vel de vis metusve gravitate supersit justa dubitatio, praesumendum est pro validitate matrimonii jam rite contracti, cui etiam suffragatur possessio. Declarandum itaque proponitur: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Dilata (quia adversus Luciae instantiam plura animadversione digna fuerunt proposita, atque inter caetera, num ex allatis documentis satis constaret, assertam vim metumque illatum fuisse, nec non illum ita perdurasse, ut in eadem Lucia tempore initi matrimonii vere defuerit liber ille consensus, qui ad connubialem contractum ineundum requiritur, vel potius dici posset, non per minas vel dolum, sed per idoneas rationes ac suasiones inducta, ut controverso matrimonio consensum praeberet) et coadjuventur probationes juxta instructionem.

Instructio fuit, ut Episcopus mandaret, formiter et cum interrogatoriis dandis a Promotore Fiscali examinari tum ambos conjuges, tum etiam matrem praefatae Luciae, Lauram Barbo, Joannem Petrum Barbo, virum ejusdem Laurae, Praepositum Joannem Bapt. Barbo, qui ex delegatione sponsos conjunxit in matrimonium ac testes matrimoniales, nec non alios testes, quos ipse ex of-

ficio putasset, posse deponere de re, de qua agitur, et demum probationes, quae respicerent tempus subsequens matrimonium, reciperet. Episcopus mandatis S. Congregationis obsecuturus curavit, ut non solum praefati testes, sed etiam Valentinus Cerioli formali examini coram Promotore Fiscali subjicerentur, novumque processum ex eorum depositione confectum una cum attestatione patris Antonii Mariae Carmelitae excalceati jam defuncti et olim Confessarii dictae Luciae die 13. Aprilis 1734 transmisit, utque nihil pro decisione hujus causae deesset sub initium superioris anni binas alias attestationes Bartholomaei Paganini medici et Magdalenae Palazzi Roncadoli circa mentis infirmitatem, cui Lucia obnoxia asseritur, ita postulante eadem Lucia, suis litteris adnexas dedit. Quocirca omnibus receptis documentis, quae ad hujus causae decisionem necessaria judicata fuerunt, saepedicta Lucia modo suas instaurat preces, ut tandem decidatur dubium, quod infra describetur.

Plura sunt, quae nomine oratricis tam ex veteri quam ex novo processu proponuntur, ut demonstretur: amorem alterius nobilis viri, cui se in matrimonium collocari optabat, illius animum ita praeoccupasse, ut nullo pacto ipsa adduci posset ad obsecundandum voluntati patris et patrui, qui eam destinaverant sponsam Comiti Schinchinellio, ideoque inter eos hac de re diu certatum fuisse, ipsa acriter adeo repugnante, ut de mentis quoque sanitate fuerit deturbata, sed tandem patrem et patruum tum blandis tum acerbis verbis, tum minis aliisque artibus, quas fusius enarrant testes, obtinuisse, ut puella ad eorum sententiam accedens matrimonium cum dicto Schinchinello iniret.

At adversus haec in facto notandum occurrit, quod saepedicta Lucia post sibi illatas a praelaudatis illius patre et patruo plures violentias, nec non minas, »di privarla della sua eredità, e tenerla in tutto soggetta con rinchiuderla in certi suoi mezzanini di Villa, di bastonarla con una canna d'India fino a farla diventar nera come un capello,« adhuc obfirmato animo constanter detrectavit controverso matrimonio cum dicto Comite ineundo assentiri, quodque primum Laura Barbo, cui puella in custodiam tradita fuerat, interrogata, cur Lucia post dictas violentias inducta fuisset ad subscribendum capitulis matrimonialibus, ita respondit: »Fu l'opera del P. Antonio Maria Confessore della Signora D. Lucia, con cui fu indotto a sottoscrivere lo scritto matrimoniale, e fare il matrimonio, perchè gli fece scrupolo di peccato, se non prestava obedienza a suoi genitori, ed io stessa sentii il medesimo Padre a parlare a d. Signora inquesti termini, prima che seguisse la sottoscrizione dello scritto,« — deinde Joannes Petrus una cum aliis testibus deposuit: »che era riuscito al detto Padre non solamente d'indurre la sud. Signora Lucia ad acconsentire al parere de Signori suoi parenti, ma anche di sottoscriversi ad uno scritto di promessa di matrimonio col Signor Conte Pietro Gio Schinchinelli, e che a tanto l'aveva indotta, perchè lo stesso Padre come suo Confessore l'aveva fatto scrupolo di peccato, se in tal affare non obediva a suoi parenti;« quin imo eadem Lucia requisita: »se avrebbe acconsentito, se il P. Antonio Maria non le avesse detto, che peccava mortalmente,« hoc dedit responsum: »miga miga, che non avrei acconsentito, ancorchè mi avessero fatte le minaccie, che mi fecero«: hinc enim

satis colligi videtur, quod, licet enunciatae violentiae, nec non minae ex sua indole, attenta potissimum qualitate ipsius puellae adhuc in tenera aetate degentis, et eorum, qui controversum matrimonium sub eisdem minis extorquere nitebantur, idoneae esse poterant ad talem metum eidem puellae incutiendum, ut invita exoptato matrimonio consensum praeberet; attamen in praesenti themate satis minime fuisse videntur, ut eam a pristina voluntate dimoverent, nisi illius animus fractus fuisset a praelaudato P. Antonio Maria ejus Confessario sub ea objurgatione, quod renuens nuptias cum d. Comite Schinchinellio inire, ita injuste obsisteret parentum voluntati, ut in lethalem culpam incideret, atque in ea permanens non posset absolvi, ideoque metus duntaxat inde conceptus fuerit in causa, quod ipsa tandem cuidam matrimoniali syngraphae subscriberet ac post nonnullorum dierum intervallum controversum matrimonium celebraret.

In Jure autem posito, quod metus duntaxat aut saltem principaliter ratione suppositi peccati mortalis, nec non denegatae absolutionis conceptus consensum a praefata puella pro celebrando saepedicto matrimonio extorserit, ponderandum est, num metus iste dici possit ab intrinseco potius, quam ab extrinseco provenisse; receptum quippe habetur apud Theologos et Canonistas, metum ab intrinseco promanantem, sive, ut ajunt, a causa naturali et necessaria incussum, nimirum ratione mali temporalis aut spiritualis voluntatem adeo liberam relinquere, ut amplectens statum religiosum aut matrimonium contrahens urgente metu sive supplicii ob commissum crimen sibi debiti sive peccati mortalis et respective spiritualis poenae sibi inde impendentis valide religionem profiteatur vel matrimonium contrahat, quemadmodum in communibus terminis tam matrimonii quam professionis communiter ponderant DD.

Si vero metus poenae temporalis aut spiritualis ob delictum imminentis non fuerit per se ac sponte conceptus ab eo, qui religiosam professionem emisit aut matrimonium contraxit, sed fuerit ei ab altero incussus atque immissus, tunc inspiciendum est, num proposita timendi causa fuerit vera et justa, vel potius falso et dolose suggesta; in primo enim casu timor inde conceptus non adversatur validitati professionis vel matrimonii, cum ex via monstrata ad evadendum periculum poenae commisso crimini debitae auferri potius, quam inferri videatur metus, cui causam dabat ipsum crimen, ut observant DD. Secus vero in altero, ubi quis professionem aut matrimonium extorqueret, falsam timendi causam dolose proponens.

Caeterum cum facile contingere potuerit, ut memorata puella amore alterius nobilis viri irretita prius nuptiis per patrem illiusque patruum propositis repugnaverit, deinde vero sciens ac prudens pristinam voluntatem mutaverit, ita quidem, ut licet enunciatae matrimoniali syngraphae ex vi metuque sibi illatis subscripserit, postea tamen Comiti Schinchinello libere nupserit, adeoque matrimonium, quod ratione praecedentis metus, si iste ad tempus illius celebrationis perdurasset, irritum fuisset, eo postmodum cessante validum firmumque manserit, quemadmodum resolvit S. Congregatio in Gravinen. 17. Septembris 1725 et firmavit Rota; oportet proinde in facto itidem advertere, quod eadem Lucia interrogata: »se in questi otto giorni dopo sottoscritto lo scritto matrimoniale fosse a lei esaminata fata veruna instanza, o premura da suoi Signori genitori,

o dalla Signora Laura, o dal P. Antonio Maria, o dal qualche altra persona per divenire alla celebrazione del matrimonio?« hoc responsum dedit: »Fu tornato a scrivere una lettera, con cui mi si faceva intendere, che se voleva lasciar stare di fare il matrimonio, lo lasciassi, ma io gli risposi di sì, giacchè me l'avevano detto, perchè me l'insinuavano tanto;« nec non requisita: »perchè lei acconsentisse al matrimonio suddetto non ostante, che in detta lettera scritta dal P. Antonio Maria avesse inteso, che se voleva lasciar stare di farlo, lo lasciasse?« sic inquit: »avevo data parola di sì, e per questo lo feci, perchè il P. Antonio Maria era venuto meco colle buone, e avevo data parola alla Signora Laura;« atque ad interrogationem: se avesse scrupolo di coscienza, se non manteneva alla Sig. Laura la parola data,« ita subdit: »lo feci per consolarli tutti, ne allora aveva alcun scrupolo.«

Imo quod Lucia tempore celebrati matrimonii plena libertate illud non contrahendi potiretur, praeter praemissam judicialem illius confessionem, confirmari posse videtur, tum ex eo, quod post subscriptam saepedictam matrimonialem syngrapham nulla vis illata, nec instantia ulla amplius ei facta fuit, ut matrimonium, de quo disceptatur, iniret, quemadmodum Laura una cum Petro Joanne Barbo, ejus viro, rite interrogata in haec verba testimonium perhibuit: »dopo la sottoscrizione non si sono più tentati altri passi, ne instanze verso la Sig. D. Lucia intorno al mettere in dubbio la sua promessa data al P. Antonio Maria nè in voce, nè in scritto;« tum etiam ex eo, quod eadem Lucia post dictum subscriptionis actum amplius conquesta non fuit, se ad dictum matrimonium compelli, sed (ut respondit praefatus Petrus Joannes) »stette sempre con un' indifferenza tale, che non mostrò mai nè piacere, nè dispiacere, anzi stava secondo il suo solito di prima, non essendosi in lei rinovate in questo tempo altre istanze etc. e per quanto mi occorse di vedere, e sapere, non ebbi notizia, che avesse alcun pentimento di aver ciò fatto;« et consonat depositio ejusdem Laurae Barbo, quae examinata: »se in quel poco tempo, che passò trà la sottoscrizione del scritto matrimoniale, e la celebrazione del matrimonio nella chiesa della Levata mostrasse la Sig. D. Lucia alcun pentimento della sottoscrizione fatta,« respondit: »Lei non dimostrò pentimento alcuno nell' esterno, perchè non si dava a conoscere per niente, nè da me nè da altri se gli faceva sopra questo altra ricerca;« tum denique ex formali examine Angeli Mariae Orsi, moderni parochi Ecclesiae vulgo nuncupatae della Levata, qui inter caetera, quae oratricis petitioni adversari videntur, enarrat, Luciam una cum Laura Barbo parochialem illius domum adiisse, illucque supervenisse Comitem Schinchinellium, qui eidem Luciae in signum futuri matrimonii sponsalitia quaedam munera tradidit, deindeque interrogatus: »come la Sig. Lucia si mostrasse poi contenta di tal visita, e regalo,« sic ait: »Mostrò la Sig. Lucia di lodarli, dicendo, che erano belli, e quanto alla visita interrogata la Signora Lucia dalla Signora Laura, se gl' era piacciuto il Signor Conte, rispose secondo il suo solito naturale, che gl'era più piacciuto all' ora, che l'altra volta, che l'aveva veduto;« et demum facta eidem hàc interrogatione: »se la Signora Lucia nell' atto, che si celebrò il matrimonio nella chiesa della Levata,. a cui esso esami-

nato fu presente per testimonio esprimesse il suo consenso con spirito, ed illarità di volto, o pure dimostrasse qualche ripugnanza o turbazione« in haec verba testatus est: »Io fui quello, che avvisai la Sig. Lucia d'accostarsi all' altare per dare il consenso etc.; ed ella con la sua solita modestia si mosse subito, si porto all' altare, ed interrogata dal Sig. Prevosto Barbo delegato non disse altro, che si Signore, ne disse altre parole e ciò disse ne con illarità, nè con turbazione, ma con la sua solita ciera.«

Fusius haec adnotari oportuit, ut non solum ea, quae duntaxat nomine memoratae Luciae circumferuntur, verum etiam caetera, quae matrimonii validitati patrocinantur, proponerentur. Quaer. ergo: An constet etc.? S. C. C. die 17. Novembris 1736 resp.: Dilata et scribatur Episcopo juxta mentem.

Die 1. Augusti 1739. Emmi Patres animadvertentes, nullitatem matrimonii ex eo petitam, quod Lucia fuerit ad illud ineundum vi metuque a parentibus compulsa, non bene compati cum responsionibus, quas eadem Lucia judiciario subjecta examini dedit (cf. supra), censuerunt, nonnisi ex novo ejusdem Luciae examine deprehendi posse, num, quidquid illa de memorata epistola a se recepta narravit, fuerit reipsa a veritate prorsus alienum atque a subita laesae ejus mentis perturbatione suggestum, uti pluribus innixi argumentis asserebant ipsius defensores, proinde jusserunt scribi Episcopo, ut puella iterato subjiceretur examini et praesertim interrogaretur, an revera dictam epistolam receperit, quo tempore, a quo et quale responsum dederit, et quatenus in depositione jam facta non persisteret, nitide recenseret, qua de causa in primo suo examine aliter deposuerit.

At datis Episcopo litteris juxta mentem Emmorum PP., nequivit Lucia ad optatum examen denuo revocari, utpote ab illa die prioris peracti examinis nondum reddita sui compos, quemadmodum diserte enarratis diligentiis cumulate a se peractis, transmissisque depositionibus testium super hac ipsa re formiter receptis, jamdudum rescripsit laudatus Antistes in sua relatione sub die 9. Aprilis 1738 ad hanc S. Congregationem transmissa, ubi prae caeteris exponens: »Mentis perturbationem in praefata Lucia ante suum matrimonium, imo tunc, cum sibi audiverit proponi in sponsum Comitem Schinchinellum, statim initium habuisse; validiorem tamen factum fuisse perturbationem tempore examinis habiti, et adhuc perdurare in hoc infelici statu; primi amoris, quo capta fuit eadem Lucia, adeo tenacem ab ea retineri memoriam, ut adhuc sibi dilecti Persichelli cognomen semper in suis cantiunculis resonare audiatur et etiam bibendo propinare; intimam ipsius Luciae tristitiam immediate post celebratum matrimonium ac a tempore et actu nuptialis convivii ex ejus fronte et taciturnitate patefactam fuisse.«

Quod tandem attinet ad praecipuam curam, qua jussus ipse fuerat indagare veritatem controversae epistolae, haec habet: »Quo vero ad epistolae circumstantiam, de qua agitur in litteris istius S. Congregationis, ulteriores praedictae Luciae sensus malo fato haberi nequeunt; verum sicuti ejus depositio in hac parte est de auditu a Laura Caraffina, cujus dicto et facto relative et prae-

cise innititur asserens, ab illa et scientiam oblatae sibi libertatis habuisse et litteras omnes receptas et lectas fuisse, expendendum erit ejusdem Laurae aliter hac de re loquentis examen, quod usque de mense Martio 1733 fuit habitum et ad istam Sac. Congregationem mense Aprili 1734 transmissum, cujus collatione facta cum depositione dictae Luciae et juratis aliorum testificationibus, quid in causae decisione sentiendum fuerit, ad supremum EE. Vestrarum judicium spectare non ignoro.«

His ita se habentibus cum supradictae Luciae nomine nulla queat amplius saltem ex ipsius condicto pro definitione hujus causae promoveri instantia, Franciscus Maria ejusdem puellae pater id sibi licere contendens, ac sua quoque interesse putans, nullum declarari vinculum matrimonii, cui summopere dolet subegisse invitam filiam, demisse rogat, ut EE. VV. tum ex veteribus, tum ex novis circumferendis juribus respondere non dedignentur: »An constet etc. ut supra.« S. C. C. resp. Dilata.

12) Causa Crotonien. matrimonii, die 18. Junii 1735. Dominicus de Baricellis, Patritius Crotoniensis, post initum sub diem 26. Februarii 1732 matrimonium cum nobili puella Josepha Suriani, contendens ad illud vi et metu sibi praesertim à Petro Antonio Suriani, germano fratre ejusdem Josephae incusso adactum fuisse, judicium super ejus invaliditate promovit in Episcopali Curia, a qua, inspectis plurium testium depositionibus, nec non juribus in utramque partem allatis, pronunciatum fuit: »non constare de asserto metu, proindeque controversum matrimonium inter praefatos Dominicum de Baricellis et Josepham de Surianis Patritios Crotonienses domi contractum coram proprio parocho et testibus in praescriptum Sac. Concilii Tridentini et Ritualis romani cum interventu quamplurium utriusque partis amicorum et conjunctorum ac etiam extraneorum et praesertim cum assistentia regii Gubernatoris civitatis esse validum, firmum ac subsistens et juxta ritum S. R. E solenniter celebratum.«

Ab ejusmodi sententia provocavit ad hanc S. Congregationem Dominicus, ad cujus instantiam delatus fuit ad Urbem processus in dicta Episcopali Curia confectus, sed ipso postea causae prosecutionem negligente, eam hodie sollicitant defensores Josephae, qui tria potissimum ex memorato processu constare praetendunt: 1) quod memoratus Dominicus praefatae puellae amore illectus tam vocetenus, quam per organum Raymundi Geracis ei fidem de matrimonio secum ineundo praestitisset; 2) quod tanta familiaritate cum illa diu noctuque usus sit, ut inde gravis contra ipsos oborta foret suspicio et scandalum quoque populo ingeri coepisset; et 3) quod in actu ipso celebrati matrimonii vis nulla intercesserit; quippe quia sub mane diei 26. Februarii 1732 Dominicus, qui ea nocte hospes fuerat in domo Suriana, deprehensus in cubiculo cum Josepha a Petro Antonio istius fratre, cum idem Petrus Antonius alteri impudentiam, alteri vero fractas hospitalitatis leges exprobaret, ac insimul peteret, honorem sibi et familiae suae ob violatam sororis honestatem ademtam redintegrari, stimulosque posthac addidisset tum Antonius dictae Josephae pater, tum regiae civitatis gubernator carcerem illi minatus, assertum matrimonium

libere alacrique animo contraxit, praemisso ad ejus celebrationem ex consilio parochi contritionis actu, juxta testimonium, quod idem parochus sub jurisjurandi religione in haec verba perhibuit: »E verissimo, che essendo tutte le cose disposte per celebrarsi il matrimonio, io ritirai da parte esso D. Dominico in un angolo della stanza separato, e gli dissi in segreto all' orecchio, che dovendo egli ricevere il Sagramento del matrimonio era necessario mettersi in grazia del Signore almeno con un' atto di contrizione, che lo esortai di fare, ed egli mi rispose affirmativamente con questa, o altra simile parola,« bene, »dopo di che io mi vestii della Cotta, ed essendo stata chiamata la sposa da un' altra Camera li congiunsi in matrimonio, e nel richieder il consenso a D. Domenico, egli prontamente e liberamente rispose di si, ed avendo poi interrogata anche l' articolante, essa trattenne un poco a darne il suo consenso, tanto che esso D. Domenico disse non so che parola scherzosa, ed osservai, che esso D. Domenico pose al dito dell' articolante l' anello;« adeo ut ex his omnibus Josepha, cujus tantum jura hucusque delata sunt, abunde probatum putet, vim et metum a Dominico allegatos penitus exulare.

Caeterum quia matrimonii validitas sustineri contenditur etiam in casu, quo constaret, metum fuisse Dominico incussum, eo nempe sub fundamento, quod ad ineundum matrimonium compulsus fuerit, ut honori Josephae a se violatae consuleret: idcirco in jure notandum est, quod licet matrimonium contractum ex vi et metu sit irritum, juxta expressos textus in cap. requisivit, cap. gemma, cap. veniens[2], cap. cum secundum, cap. de muliere, cap. ad id, cap. consultationi, de sponsalib. et in cap. ex litteris, de desponsat. impub., et resolutiones ab hac Sac. Congregatione editas in Spoletana, Aquilana, Panormitana, Compostellana: validum tamen est, si ex vi et metu juste illato contrahatur, uti communiter tradunt DD. et pluries rescripsit eadem S. Congregatio in Ventimilien., Lycien., Aquinaten. et Hydruntina. Quaeritur itaque: An constet de validitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Affirmative.

13) Causa Toletana matrimonii, die 9. Maji. 1744. Propositis ab amico homine nuptiis Mariae Catharinae Albala puellae 16. annorum et Francisci Montenegro, Joannes Antonius Albala et Emanuela Martinez, puellae parentes, optimum hoc reputantes connubium, filiae suaserunt, ut omnibus perspectis circumstantiis tum nobilitatis et opum viri, tum adversae valetudinis, qua tum Joannes Antonius pater Mariae laborabat, et angustiae rei suae familiaris, et oneris aliarum filiarum, quo premebatur, in matrimonium Francisci conveniret, rati eum, qui Mariae Catharinae deformis videbatur, post nuptias contractas gratiorem futurum. Pactis igitur conventis et praevia, ut Matriti moris est, diligenti disquisitione voluntatis puellae facta a Vicario generali, ritibusque omnibus Ecclesiae servatis, solennes nuptiae contractae fuerunt die 22. Julii 1738 et nova nupta individuam mensae et thori consuetudinem ac societatem cum Francisco viro trium fere mensium curriculo servavit.

Per id tempus Mariae Catharinae parentes (neque enim illa in viri domum deducta fuerat, sed vir in domum mulieris sese receperat) observarunt filiae animum magis magisque a Francisco abalienari, cujus rei causam cum

perquisivissent, resciverunt a filia, nec nuptias illas fuisse, nec matrimonium; contractum connubium metu, qui a reverentia est, quae parentibus debetur; non ausam voluntati eorum repugnare Franciscum duxisse; aversatam vero semper illum fuisse et nunc maxime aversari, quod mores illius penitius cognoscere et perspicere potuisset, graveolentem corporis sui halitum ferre non posse, nec passum fuisse, ut ab eo comprimeretur et vitiaretur, licet cum illo concubuisset. Igitur consilio parentum divertit a Francisco Maria Catharina, discessit e domo mulieris Franciscus, qui in aedes matris sese recepit et die 22. Octobris 1738 petiit in judicio Maria declarari nullum matrimonium, quod contraxerat metu a reverentia, atque importunis parentum suggestionibus incusso, edi ditque in hanc rem plurium testium testificationes. Contra vir rite contractum matrimonium dixit, petiitque causam cito confici et, ut juris esset, definiri; sed pluries licet in jus vocatus non venit, ut in illius contumaciam Promotor Fiscalis testes a Maria datos compositis articulis repeti, aliosque testes favore matrimonii simili modo examinari curaverit.

Dum haec Matriti agebantur, Maria Catharina preces obtulit optimo Pontifici, Clementi XII, quibus haec omnia narrans postulabat dispensationem, quod matrimonium r a t u m e s s e t n o n c o n s u m m a t u m, dataque Sac. Congregationi postulationis hujus cognitione, rescriptum fuit, ut Archiepiscopus Administrator audito viro referret, sententiamque suam aperiret; respondit ille secundum Mariam Catharinam, atque haec iterum postulavit ab hoc Sac. Senatu, ut vel matrimonium nullum declararet, vel consilium daret Summo Pontifici dissolvendi connubium ratum, non consummatum. At quia nondum acta transmissa fuerant, responsum est, ut acta transmitterentur, utque dies viro statueretur ad jura sua proponenda. His impletis, ob viri contumaciam datus fuit matrimonii defensor; petiit autem Maria Catharina, ut Archiepiscopo Administratori potestas fieret, virum et ipsam Mariam Catharinam audiendi, aliasque probationes in actis accipiendi, omnibusque impletis novaque adventa epistola Archiepiscopi Administratoris, qua favore Mariae Catharinae respondebat: postulavit haec iterum a Sanctissimo D. N. consultationem Sac. Congregationis pro dispensatione matrimonii rati non consummati; sed die 3. Julii 1743 in Audientia Sanctissimi rescriptum fuit: P r o p o n a t u r c a u s a s u p e r d u b i o v a l i d i t a t i s m a t r i m o n i i t a n t u m. Petit nunc igitur Maria Catharina Sacri hujus Tribunalis auctoritate nullum declarari connubium, quod cum Francisco contraxit ex causa metus et reverentiae, quae parentibus debetur.

Summa libelli dati a Postulatore Mariae Catharinae haec est: Testibus ab ipsa datis, qui parentes sunt, amici, familiares, probari actus antecedentes, concomitantes et subsequentes matrimonium, ex quibus colligitur, puellam 16 annorum metu et suasionibus parentum ad invisas nuptias contrahendas impulsam fuisse. Referunt enim testes placidum Mariae ingenium et obedientiam, quam ipsa parentibus praestabat, adversum animum, quam illa ostendit his nuptiis viso Francisco, rationes, quibus eam hortabantur suadebantque parentes ad contrahendum connubium, protestationes et declarationes contrariae voluntatis factas amicis et familiaribus, quibus explicabat, absentibus tamen atque ignorantibus

parentibus, invitam has contrahere nuptias, ne illorum voluntati repugnaret, rogasse amicos, ut rem omnem parentibus aperirent, quod impletum ab illis non fuit, lachrymas et maledicta, quae in virum effudit, negasse sibi alimenta, ne invisum hominem duceret, dissensus sui famam vocemque per Matriti Urbem publice volitasse et per ora omnium late perductam fuisse; ipsa die sponsalium et matrimonii suspiria et lachrymas fudisse, metuque irae et indignationis parentum contrariam his nuptiis voluntatem non aperuisse Vicario generali, qui eam interrogabat; connubio contracto auctum fuisse odium in virum, a quo incorrupta erat et inviolata, quod integram sese servasset adversus Francisci conatus.

Contra vero, qui jura matrimonii tuetur, longe abesse inquit a nostra specie quaestionem de metu a parentibus incusso, sive per vim atque atrocitatem, sive per importunas hortationes, blanditias et suggestiones; posse de metu ejusque speciebus tractari quaestionem, si diceretur scivisse parentes, filiam noluisse connubio jungi Francisco Montenegro. At cum sumatur a Maria Catharina et dicatur, ignorasse parentes filiae dissensum his nuptiis, inutilem esse omnem de metu tractationem, qui non infertur ab iis, qui ignorant ab eorum voluntate dissentiri, ut dicendum omnino sit, vel falsum esse metum, quem obtendit Maria Catharina, vel fuisse metum conceptum in ejus mente, non vero illatum a parentibus. Conceptum in ejus mente hunc metum non satis esse ad dissolvendum connubium, illato opus esse, eoque potissimum, qui constantem feminam concutere et dimovere potuisset ab animi proposito.

Nulla ratione metum hunc mente sua concepisse Mariam, cujus parentes optimo sunt ingenio, non immites, non feroces, sed pietate in filias et amore feruntur; imputare eam sibi debere, quae libere parentibus voluntatem suam non aperuit, quam si aperuisset, omnem de his nuptiis contrahendis tractatum abrupissent; testes ab ipsa datos integros non esse, nec aliquid probare posse, cum sint parentes, amici, familiares, eodemque numero habendas esse eorumdem conjugum testificationes, ne integri testes sint in propria causa; hortationes et suasiones non ad metum incutiendum, sed ad prudentiam parentum spectare, qui cum aetate atque experientia rerum tum ipsa natura ducuntur, ut optimum pro liberis capiant consilium; si quid vero in ore et vultu filiae agnoverunt illi moestitiae et adversitatis huic matrimonio, rectissime potuisse tribui pudori virgineo et sollicitudini ac dolori deserendi parentes, sorores, laresque et in manum ignoti hominis conveniendi. Caeterum difficile est, ut credi possit in tanta animi aegritudine atque perturbatione potuisse Mariam Catharinam fallaci ore risus componere et gaudia falsa imitari; nam laetam libentemque ad has nuptias venisse, quatuor referunt testes, qui nullum doloris, moestitiae et contrariae voluntatis indicium atque argumentum deprehendere potuerunt, vel in actu, quo a Vicario generali disquisitio liberae voluntatis facta est, vel in actu, quo matrimonium contractum fuit. Eoque amplius, quod nulla vehemens esse poterat causa, ab quam Vicario generali, qui eam de libera voluntate sua expresse rogavit, qui tutelam omnem juris spondebat, sententiam animi sui non aperiret, quod potuisset saltem dissensum suum mentemque omnibus pandere

extremo illo tempore, quo matrimonium contractum fuit. Quis vero putet, potuisse Mariam Catharinam cum Francisco, quem odio habebat, longo trium mensium tempore concumbere! quis putet concubuisse eodem lecto cum juvene et forti, et integram esse atque inviolatam a viro! Quaeritur itaque: An constat de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 13. Junii 1744 resp. Negative et amplius.

14) Causa Luceorien. matrimonii, die 21. Novembris 1744. Unicam natam suam, nobilissimam virginem, nomine Theresiam 13. aetatis annum agentem Principi Hieronymo Radzivillio, quocum sanguine jungebatur, uxorem sponderunt parentes Comes Sapieha et Christina Branicia. Ubi tamen id rescivit Theresia, qua ignorante mutuae repromissiones futuri connubii factae fuerant et petita impetrataque venia sive dispensatio impedimenti consanguinitatis, continuo illa, cujus animus in Principem non ferebatur, tristitia affici, flere, matrem deprecari coepit, ut has nuptias averteret; sed mater pietatis, qua in liberos ferri natura solent, oblita filiae, quae ad pedes provoluta, ut nuptiae disturbarentur, orabat, colaphum incussit, ornatumque omnem e capite dejecit; accurrentibus ad fletum puellae virginibus familiaribus et manentibus in ore illius impressae manus vestigiis, pervulgata res est, licet in conclavi acta fuerit et mater ira percita, ductaque hujus connubii cupidine filiae indixit, omni posthac parentes severitate usuros, qualis in nulla etiam strictissima religione esse posset. Atque inde omnis puellae ademta libertas est, ne quid cum aliquo consilii caperet ad nuptias disturbandas, et eo tantum tempore, quo Princeps aderat, choreis et saltationibus, liberiorique ingenio indulgebatur; nec quidquam tamen; nam Theresia moerore confecta et sponsi vultum oculosque refugiens vel in angulo cubiculi latitabat, vel praesens apertam animi repugnantiam, adversitatem spretumque monstrabat, maxima parentum ira, qui sive minis sive illustrium amicorum suasionibus nihil intactum reliquerunt, ut filiae animum flecterent ad has nuptias, utque eorum obsequeretur studiis et voluntati. Pater enim gravibus minis nobili, qui retulit, testi indixit: »si Theresia, ipsa patris verba sunt, adversabitur voluntati nostrae in nubendo Principe Radzivilio, et in hoc non audiet voluntatem nostram, datis ipsi tercentis plagis virgis, excludam ipsam ab omni fortuna, et inscribam eamdem huic, cui placuerit.« Minis his tamen et suasionibus amicorum nihil obtinere parentes potuerunt; constans siquidem et perpetua fuit contra Principem Theresiae voluntas, quae amicis respondit, se metu parentum simulaturam cum Principe amicitiam, eosque testes appellavit, ut, »si necesse erit, testari velitis, verba haec puellae sunt, quia ista omnia ex coactione parentum, non ex propria voluntate fiunt.« Sed jam pacta conventa firmanda erant, et tabulae nuptiales signandae, nec quidquam ab amicis et consanguineis petente Theresia, ut opem ferrent; metuebant enim illi ab ira parentum; quod potuit, egit, operam enim dedit, ut judex Castrensis, Jurisperitus, qui tabulas scripturus erat, faceret, fingeret, eveniret, efficeret, aliquid denique conaretur, quo minus hae fierent nuptiae; sed superatis constantia propositoque tenaci Patris difficultatibus omnibus, quae judex proposuerat negotioque injecerat, pacta conventa fuerunt, et spretis querelis et

lamentationibus Theresiae, quae declarabat, »se mortem potius velle, quam talem conjunctionem,« ad aras perducta est, ut solemni Sacrorum more peracto, Hieronymo Principi Radzivilio nuberet, claroque hymenaeo jungeretur, quod factum est die 30. Augusti anni 1750. Nova nunc, sed tristissima rerum species exoritur. Deducta fuit in aedes viri, quae erant in oppido Biallae, nova nupta, stratumque genitale thorum; sed vir virgine potiri non potuit; desiluit lecto Theresia et in cubiculum matris evasit; neque ullis umquam parentum suasionibus, ullaque eorum auctoritate perduci potuit, ut cum viro concumberet. Discesserunt parentes ab oppido, sed filia propositum mentis suae firmius retinuit, moerore tristitiaque perpetuo angebatur, numquam se a lachrymis temperabat sedens in conclavi cum virginibus, ad quas continuo fugiebat, si quando Princeps, qui ad multam noctem ludis ingenioque indulgebat, aliquid conaretur; sic vita erat. Infelicitatem ejus augebat custodia, qua detinebatur, et sollicita, qua a Principe observabatur, diligentia, ut nec fugam arripere potuerit, nec schedam saltem unam dare ad parentes, qua de infelici ejus sorte fierent certiores; sed tandem solertia sua occasionem nacta est, qua id potuit efficere. Commoti igitur naturali in filiam unicam pietate illi ipsi, qui eam vi metuque ad nuptias contrahendas adegerant, parentes simulata aegritudine Theresiam a Principe repetierunt, quae sub tutela praesidioque parentum preces obtulit Pontifici, quibus postulabat, nullum irritumque declarari connubium.

Data omnis hujusce rei cognitio fuit S. Congregationi, quae mandata jurisdictione Nuntio Apostolico jussit, ut auditis Partibus sententiam animi sui aperiret. Cum vero hic regno abesset, plenam jurisdictionem contulit in Episcopum Posnaniensem, qui servatis omnibus, quae decreta sunt, ut in his judiciis serventur, in Constitut. Benedicti XIV. edita anno 1741, duodecim testes admisit, qui conceptis articulis responderunt; cum etiam Theresia veniae seu dispensationi matrimonii rati et non consummati, quam in libello Summo Pontifici oblato petierat, innixa jusjurandum praestitisset, se non tantum vi metuque ad nuptias contrahendas a matre adactam, sed etiam integram adhuc esse atque inviolatam a viro, judex sacramentum matri detulit; pater enim diem obiit extremum; quae Deum in testem appellans juravit, »se variis modis, persuasionibus, minis, et verbere ad matrimonium cum Principe ineundum filiam coëgisse,« accessitque ad asserendam Theresiae virginitatem septem consanguineorum jusjurandum et sacramentum ab ipso Principe praestitum de uxoris integritate et dissensu in concubitum, et demum judicium duarum obstetricum, quae inspectis partibus, quibus femina est, integram esse atque incorruptam retulerunt. His igitur omnibus coactis postulat nunc Theresia S. Congregationis auctoritate nullum irritumque pronunciari connubium, quod vi metuque adacta contraxit cum Principe Radzivilio ex naturali illo jure, quod Pontifex edixit in cap. 2. de his, quae vi etc., quo Jure et sponsalia et matrimonia vi metuque contracta irrita redduntur (can. si verum 31. qu. 2, cap. 15 et 16 de sponsalib.); nam si naturae leges jubent, ut liberae sint hominum actiones, quo firma sit obligatio, qua obstringuntur ad aliquid dandum faciendumque, quanto amplius hac libertate opus erit ad nuptias contrahendas, quae

perpetuam vitae societatem atque individuam corporum consuetudinem continent? Atque haec ita demum vera sunt, si vis metusque gravis in causa sit, qui constantem virum et feminam percellere possit. De verecundiae metu diversum juris tabulis traditum est; hic enim non ita movet, ut fortes constantesque viros et feminas concutiat graviter et proposito suo dimoveat; at si verbera accedant et minae atroces, quae exequi possunt ab eo, qui potestatem habet exequendi, vel si quid aliud malorum his simile est, evanescit verecundiae et reverentiae timor, manifestaque metamorphosi in atrocem et illicitum transit et vitiat inficitque matrimonium et sponsalia contracta, ut est in cap. 2. de despons. impub.

Eo itaque omnis isthaec disputatio est deducenda, ut inquiramus, an ex facto vis metusque illata probentur, defueritque ex his consensus Theresiae ad has nuptias et libertas obsequendi suae voluntati; pertinet haec disquisitio ad religionem animi atque intimam Amplissimorum Patrum jurisprudentiam, qui probe perpensis iis, quae a testibus dicta sunt, a quibus excepimus, quae supra narravimus, cognoscere poterunt, an vis illa gravisque metus probetur, qui potest contractum matrimonium nullum efficere. Judicium Posnaniensis Episcopi secundum Theresiam est, aliorum etiam Episcoporum testificationes proponuntur, quibus constat, civilia bella inter has potentissimas familias metuenda esse; a Principe Radzivilio post haec jam scripta libellus jurium suorum nobis datus fuit et cum ipse justum legitimumque connubium esse defendat, alterum quoque dubium voluit adjungi.

Quaeritur itaque: 1) an constet de nullitate matrimonii in casu etc.? et quatenus negative, 2) an Comitissa sit cogenda ad praestanda obsequia matrimonialia in casu etc.? S. C. C. resp. Coadjuventur probationes juxta instructionem.

Impleta fuerunt mandata Sacri Tribunalis et perpensis novis Juribus Partium, S. C. C. die 17. Julii 1745 resp. Ad 1) affirmative, ad 2) satis provisum in primo. Pugnam iterum instaurarunt Princeps Radzivilius et Comitissa Theresia; unde quaeritur: An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. die 28. Augusti 1745. resp. In decisis et amplius.

15) Causa Neapolitana nullitatis matrimonii, die 12. Augusti 1747. Duobus amata viris, Josepho Tramontana Neopolitano et Marco Perovich seu Palaestrino Veneto, puella Rosa Scarano nuptias contraxit anno 1716 cum Marco, qui matrimonio vix contracto et post unius noctis concubitum Rosam et Neapolim reliquit mercaturae et navigationi intentus. Discessu mariti Rosa filium ex Joseph suscepit, qui sacro Fonte renatus legitur in libro parochi uti filius Marci, quod tamen ad honestatem suam in opinione hominum servandam factum fuisse ait Rosa. Obiit infans absente adhuc viro; cum Joseph Rosam deperiret, haec iterum concepit, et certior facta advenisse virum, Neapolim eum advocavit, et in thalamum recepit nocte una, qua vir Neapoli moram traxit, numquam postea ad eam rediens. Filiam Rosa enixa est, quae baptismatis libro scripta fuit uti a Rosa et Marco conjugibus orta. Post haec Joseph Tramontana in una sese domo recepit cum sua Rosa et plures ex ea liberos sustulit, qui baptisati fuerunt ut filii Josephi Tramontanae et Ro-

sae Scarano conjugum, neve dolus et fraus ficti hujus matrimonii detegeretur, saepius parochias mutarunt. Re autem detecta vetita iis fuit cohabitatio, vetitus accessus; sed Joseph amore perditus duos testes supposuit Curiae Archiepiscopali, qui testificationem fecerunt de morte Marci. Horum testium fide matrimonium contraxit cum Rosa anno 1732, quae tamen negat fraudis hujus a Josepho compositae participem fuisse. Diu res non latuit; nam anno 1733 Vicarius generalis epistolam accepit ab eodem Marco, qui audiverat uxorem suam alteri nupsisse, et Tribunal S. Inquisitionis, commisso civitatis Niciensis, ubi Marcus degebat, Provicario ejusdem Marci examine, sententiam tulit, qua nullitas secundi matrimonii declarata fuit.

Tandem anno 1741. Rosa preces obtulit Sac. Congregationi, petiitque nullum et irritum declarari primum matrimonium contractum cum Marco, idemque petiit ejusdem Marci procurator ab eo constitutus. Auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus, qui epistolae suae adjunxit plurium testium examen, quo probatur matrimonium illud ab invita Rosa vi metuque contractum fuisse. Data etiam fuit a Sac. Congregatione facultas Episcopo Niciensi, Marcum formiter examinandi, prout factum fuit. Hujus dicta male cohaerent iis, quae a Rosa proponuntur; ait enim, ante contractas nuptias fuisse pluries in domo Rosae, eam in actu contrahendi matrimonium nullum monstrasse dissensum, fuisse eam sui juris et potuisse libere voluntatem suam aperire; epulas simul sumpsisse post contractas nuptias, post epulas concubuisse nullo dissensu, nullave repugnantia; duos filios primos masculum et feminam suos fuisse a Rosa susceptos; mandatum dedisse obtinendi nullitatem matrimonii, non quia putaret, nullum esse defectu consensus, sed quia ex crimine et culpa uxoris integrum sibi esse censebat, ut novas nuptias contrahere possent. Negat contra libertatem voluntatis suae Rosa, vi illata ab avunculo, qui rei familiaris rationes reddere nolens maluit eam alienigenae exteroque homini jungi; invisum sibi semper fuisse ait Marcum, nec domum cum eo rediisse post contractas nuptias, nec epulas sumpsisse, nec cubitum ivisse, sed compressam fuisse ab eo, cum dormiret, actu et fraude materterae, quae Marcum supposuit; negatque demum, duos primos, quos genuit liberos ab eo genitos fuisse, suaque dicta testibus comprobat. A Marco et defensore matrimonii nondum libellum jurium habuimus. Dubium est: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 2. Septemb. 1747 resp. Negative et amplius.

16) Causa Triventina, die 14. Maji 1746. Inhonesta Anna Jonnantuono, antequam de nuptiis cogitaret cum Liberio Japaulo, corporis sui potestatem fecit Carolo Fonte, e quo etiam utero gessit; quam infamiam ut tegeret, calumniam machinata est contra Liberium illati sibi violenti stupri; hujus enim criminis reum eumdem detulit ad Baronem Ferrae Casalium Cyprani Triventinae dioecesis, qui officiis circumventus uxoris suae, cui familiaris erat Annae soror, jussit Liberium in carceres detrudi, eumdemque tribus mensibus detinuit in squalore jacentem, donec oblatam sibi conditionem ducendi stupratam in uxorem Liberius accepit, satius hoc reputans, quam inedia et miseriis intra carceres absumi. Eductus itaque manicis et catenis vinctus, recta in Baronale

Praetorium trahitur et in aula coram parocho, testibus et consanguineis, superstantibus Barone et uxore, consensus ab eo exquiritur, an extorquetur incertum, quem miser ille tremula voce et vultu contorto praestitit. Post has nuptias illico ad judicem defertur, et cautio a Liberio praestatur de bene tractando sponsam uxoremque, probe prospiciente Barone justam Liberii contra illam futuram ultionem et maximo cum discrimine vitae permansuram cum viro.

Vix evaserat in libertatem maritus, coepit amicos testari et rogare, ut sibi praesto essent, et testimonium referrent illatae vis et metus incussi, suaeque huic matrimonio omnino repugnantis voluntatis, quam ne mutatam fuisse censerent, aut dubium aliquod de ea ingereret cohabitatio et vitae ac lecti societas, cavit, ne cum uxore esset, eamque alibi depositam rarissime adibat, nec blande cum ea agebat, sed dure ac rigide percutiens illam, verberans et male habens; invenit enim eam actu conjugii foedus violantem cum Carolo amico suo, qui sibi plaudebat absque ullo pudore et reverentia violati thori. Haec patienter tulit infelix maritus, dum inter vivos fuerunt auctores et patroni hujus connubii Baro ejusque uxor, quibus defunctis, et cessato metu recta perrexit ad Curiam Episcopalem petiitque nullum declarari matrimonium vi metuque initum, testesque plures numero et dignitate spectandos edidit, quibus supra narrata probabat. At cum in dies differret judicium Vicarius Triventinus, nec finem faceret ullum, appellavit Liberius ad S. Congregationem. Quaeritur: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 14. Maji 1746 resp. Affirmative et amplius. Quia vero implenda esset Constitutio (»Dei miseratione«), causa isthaec iterum proponitur et quaeritur: An sit standum vel recedendum a decisis in causa etc.? S. C. C. die 27. Augusti 1746 resp.: Dilata et ad mentem.

17) Causa Gnesnen. nullitatis matrimonii, die 15. Januarii 1791. Catholica puella Marianna Macinska, ex oppido Keynensi Archidioecesis Gnesnae, nupsit die 17. Novemb. 1782 acatholico Michaeli Splittgerber loci Paterek coram Patre Xaverio a S. Paulo Carmelita ex Conventu Keynen. et Capellano alienae Samoklescensis parochiae, qui juxta parochialem Codicem matrimonio adfuisse dixit »in fundamento indulti ex Rmo. Consistorio Camenensi (contrahentium sc. Ordinario) in personam adm. Rev. Josephi Kasprovicz Canonici et Judicis subrogati Camenen., Decani Keynensis, parochi Samoklescensis emanati et de consensu illius.« Quarto deinde inchoato conjugalis consuetudinis mense, divertit a viro, ac post dissolutam bienii vitam cum quodam Cutter binosque cum eo procreatos filios resipuit. Quum vir interea alteram duxisset uxorem, judicium coram Generali Camenensi Vicario instituit super nullitate matrimonii per eam contracti, veluti ad illud coacta et coram alieno parocho absque licentia Consistorii. Confecto per Vicarium processu ad formam Constit. Benedictinae juxta instructionem S. Congreg. a ferenda abstinuit sententia, causamque ad S. Sedem Apostolicam remisit. Contradicente igitur matrimonii defensore, infrascriptum proponitur dubium.

Primum oratrix constituit nullitatis caput in coactione et metu. Alter enim e duobus testibus in Camenensi Curia examinatis deponit, adeo illam ante contractum matrimonium exterritam fuisse, ut »iram matris evitando aufugerit semel ad me, et dum post nuptias ultima vice aufugit a marito, pater assumpsit in

eam securim, quam ego eidem e manibus eripui.« Utrique vero de nimia post initum matrimonium testantur ipsius aversione a marito, iterata fuga ac projectione in flumen. Ita primus: »Scio, quia post nuptias aufugit, et in fluvium insilire voluit et sub rotis molaribus desolatis sese occultavit, pedesque sibi laesit . . . quod multoties post nuptias aufugere voluit per sylvam Keynam, de hoc audivi ab ea et aliis; sed semper a marito capta et domum reducta.« Et ita secundus: »Audivi, quod non libenter ad thalamum perrexit et posthac multoties sese occultabat . . . Id etiam audivi, quod saepe a marito post nuptias aufugiebat, sed saepe maritus fugam praepedivit, usquedum frater meus tertio discessit, eamque Keynam reduxit.« Licet sane ad irritandum matrimonium gravis requiratur metus, in constantem cadens virum (cap. 28 de sponsal.), facile tamen ob imbecillitatem sexus eum concipit puella (cap. 14 ibid.), ac facilius admittunt judices, a quorum arbitrio pendet, de illo decernere (cap. cum dilectus et cap. perlatum, de his, quae vi etc.). Talis autem videri posset metus oratrici incussus a matre, quum ad vitandam ejus iram, qua ob denegatum consensum in matrimonium aestuabat, paterna aufugit domo. Sunt enim, qui gravem etiam reputant metum, nedum a matre, sed a tertio etiam incussum, ubi graves praecesserint minae. Concomitantes accedunt et subsequentes oratricis actus, dum aegre in manum convenit viri, pluries ab eo divertit, in fluvium insilire voluit, nec aliter rediit, quam a marito capta. Ex his porro ad praecedentem fortasse inferri valet coactionem et metum, qui liberum excludunt consensum et matrimonium irritant (S. Congreg. in Triventina 1746, in Capuan. seu Calven. 1757). Metum in constantem virum cadentem inficiatur defensor matrimonii ob ignorata a judicialibus testibus verbera, quibus oratricem plectebat irata mater, et auctoritate Sacrae Rotae, quae incuti posse negat talem metum a femina. Valdeque potissimum trimestrem cohabitationem et conjugalem urget consuetudinem, per quam matrimonium metu contractum convalescit (cap. 21. de sponsal.). Notandum vero, quod saepe oratrix post nuptias aufugit, cum periculo vitae in fluvium insilire voluit et semper a marito capta et domum reducta. Quandoquidem per copulam aut cohabitationem, utut diuturnam, si sponte et libere non fiat, nullatenus restauratur matrimonium metu initum. Quam parum enim verba ex metu prolata efficiunt consensum matrimonialem, tam parum eumdem faciunt facta ex metu (Pichler. Fagnan).

Ad secundum quod attinet nullitatis caput, in aliena certe Samoklescensi parochia initum fuit matrimonium, quum esset Macinska parochiae Keynensis et Splittgerber parochiae Naldensis. Quum autem iis in locis SS. Concilium Tridentinum receptum sit et in effectu vigeat, ut Generalis refert Camenensis Vicarius, aliud matrimonium illud sustineri non potest, quam si initum demonstretur de licentia alterius ex parochis contrahentium vel Ordinarii. Parochus autem viri testatur, »quod nullam de commemorato matrimonio contrahendo habueramus notitiam, et exinde nec poteramus dare neque dedimus testimonium in alteram parochiam pro celebrando matrimonio.« Idemque testimonium perhibet parochus mulieris, quod nempe« tum nulla facta est in Ecclesia parochiali Keynensi proclamatio, quum ad benedicendum matrimonium alicui alteri pres-

bytero data est facultas.« Camenensis vero Ordinarius haec habet: »Nos expedita revisione actorum Officii nostri Consistorialis Generalis Camenensis non adinvenimus in eisdem ullam adnotationem indulti pro persona pie defuncti parochi Samoklescensis ad assistendum matrimonio inter Michaelem Splittgerber parochiae Naldensis et Mariannam Macinska parochiae Keynensis.« Adnotatum quidem est in parochiali Samoklescensis Ecclesiae codice, ut ex processu resultat, adfuisse illius Capellanum matrimonio« in fundamento indulti ex Rmo. Consistorio Camenensi emanati in personam parochi Samoklescensis et de consensu illius,» idque satis ad validitatem matrimonii censet ejus defensor. Advertere tamen dignentur EE. PP., nullum de asserto indulto vestigium neque in Consistoriali Camenensi Officio, ut paulo ante notatum est, nullum apud parochialem ipsam Samoklesci Ecclesiam, in qua tamen similia servantur indulta, ut hodiernus testatur illius parochus, suaque prudentia judicent, num parochialis libri adnotatio indultum, ad quod se refert, probet sine relato. Attendi non debere contendit matrimonii defensor attestationes Vicarii generalis Camenensis et parochorum Samoklesci, Naldi et Keyn, eo quod sint extra processum. Notari tamen valet, quod judicialibus cohaerent testibus, quorum alter deponit, »quod ibidem in aliena« parochia Samoklescensi a Carmelita Capellano matrimonialiter copulati fuerunt sine assistentia proprii parochii et absque indulto, et alter, »quod prius copulati sunt in aliena parochia, antequam indultum Consistoriale advenerit.« Tuetur denique ex Constitutione Benedicti XIV. super matrim. in Hollandia et Belgio diei 4. Novemb. 1741, neque ad validitatem matrimonii inter catholicam et haereticum praesentia parochi opus fuisse. Num vero particularis illa Constitutio, pro Hollandia duntaxat ac Belgio edita, pro universali habendo sit lege et ad Gnesnensem trahi Borussae Poloniae dioecesim, ad EE. VV. pertinet decernere. Negativam sententiam tenet Rota in nuperr. decis. 217 et in Melevitana 2. Maji 1749. Praeter ea, quae favore pauperis Macinskae ex officio notata sunt, exponit ipsa in supplici libello periculum animae, nisi per dissolutionem primi matrimonii secundo nubat. Jam alteram Splittgerber duxit uxorem, neque spes est revocandi acatholicum ad officia. Oratrix contra post resipiscentiam ab inhonesta vita cum amasio Cutter de assiduis admodum timet concupiscentiae stimulis, Vestramque implorat clementiam, ne ad pravam consuetudinem redeat. Potissime enim in causis matrimonialibus spiritualis attenditur petentium utilitas, et ad eam prae caeteris respexit S. Congregatio in Melevitana dispensat. 7. Februar. 1789. Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Ex hactenus deductis non constare de nullitate matrimonii.

18) Causa Melivetana nullitatis matrimonii, die 24. Martii 1821. Joachima Cutajar, quae primum vidit diem in civitate Melitae anno 1798 die 31. Januarii, matrimonium, omnibus observatis solemniis a SS. Tridentino Concilio praescriptis, cum Francisco Erba celebravit die 18. Novembris 1811. Triennalis fuit inter conjuges cohabitatio non quidem mutuo amore transacta, sed ex mutua animorum exasperatione irreconciliabilis discordiae plena. Uno et altero anno identidem data est opera matrimonii consummationi, quam mulier secu-

tam dicit »sempre fortatamente.« In tertio vero anno communis quidem habitatio, non tamen commune fuit thorum; donec in illius exitu Joachima e viri domo aufugiens Melitensem Insulam reliquit et Londinum petiit. Inde Neapolim reversa anno 1817 statim per suum procuratorem matrimonium tamquam ex vi et metu initum de nullitate accusavit, quae instantia a S. Congregatione dimissa fuit rescripto diei 17. Maji 1817: »Utatur jure suo coram Ordinario in prima instantia ad formam Constitutionis s. m. Benedicti XIV. »Dei miseratione.« Nihil tamen inde profecit mulier, quia cum ipsa Neapoli moraretur, cumque ignotum esset viri domicilium, Episcopus illius instantiae rescribendum censuit: »Attenta absentia conjugum ab hac Insula recurrat ad S. Sedem.« Ne igitur transacto jam inutiliter biennio ulterius causa protraheretur, eam instaurandam et absolvendam esse ab hac S. Congregatione obtinuit Joachima per rescriptum R. P. D. Auditoris Sanctissimi diei 21. Novembris 1819. Tunc tandem locum habuit formalis litis contestatio per libellum a muliere jam in Urbe morante subscriptum, in quo praetensae coactionis circumstantiae narrabantur, unde confectis a defensore matrimonii interrogatoriis actum est coram me formale mulieris examen, quo absoluto datae sunt litterae Melivetano Episcopo, ut juxta praescriptum in Benedictina Constitutione testes inductos et inducendos sub formali examine audiret, praesertim virum Franciscum Erba, eidemque praefigeret terminum ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione per citationem ad confinia, quatenus ab Insula abesset, atque ignotum esset illius domicilium.

Injuncto muneri in omnibus satisfecit Episcopus, qui processum rite confectum remisit. In eo, quotquot audiri poterant testes, adstante matrimonii defensore, rogati sunt; excepto tamen viro, cujus adhuc ignoratur domicilium, exceptisque iis, quos dira pestis immaturo fato sustulit e vivis. Causa igitur peroratur distributis allegationibus pro nullitate a Joachima Cutajar, contra quam ex officio animadvertit matrimonii defensor.

Priusquam de intrinsecis causae momentis agam, praemonendum censeo, defensorem matrimonii animadvertere, Episcopum defecisse injuncto muneri citandi ad confinia Franciscum Erba, quia illius citatio cum injunctione termini duorum mensium ad deducendum jura sua affixa fuit ad valvas Ecclesiarum cathedralis et parochialis et ad fores Palatii Episcopalis. Addit instante Joachima, Sac. Congregationem sub die 29. Novembris 1820 in mandatis dedisse tribus Archiepiscopis proximae Insulae Siciliae Panormitano, Messanensi et Cataniensi, ut hanc citationem renovarent contra Franciscum Erba, et nullo ab ipsis accepto responso nimium propera festinatione causam proponi.

At vero Episcopus in citatione ab ipso subscripta et Processui alligata ita loquitur: »Cum per testium fide dignorum examen comperierimus, eumdem Franciscum Erba ab hac Insula pluribus abhinc annis discessisse et ignorari actuale ejus domicilium et permanentiam, idcirco auctoritate Nobis commissa per hoc praesens publicum Edictum in valvis Ecclesiae Nostrae Cathedralis et paroeciae ejusdem Erba et Palatii Nostrae residentiae hujus civitatis tamquam locis convenientibus affigendum, tenore praesentium praedictum Franciscum Erba ad ad confinia citans.«

Videant EE. PP., utrum hisce edictalibus citationibus, de quarum affixione coram testibus refert Cancellarius Episcopalis in civitate Valletta, quae in extrema Melitensis Insulae parte sedet, satis injuncto muneri fecerit Episcopus, cui S. Congregatio commiserat »citationem ad confinia, quatenus vir ab Insula absit, et ignotum sit actuale ejus domicilium.« Quo vero ad instantiam pro nova affixione citationum in Insula Siciliae, eam mulieris defensor factam dicit, non ex necessitate, sed ad praecurrendas difficultates forsitan objiciendas, unde removeretur causae definitio, ut colligitur ex ipso supplici libello. Quapropter ex hac exuberanti diligentia nequit argumentari contra citationem jam legitime executam ex notissima regula, »quod utile non debet per inutile vitiari.« reg. jur. 37 in 6.

His praenotatis propius ad causam accedam, summatim referens, quae hinc et inde deducantur. Joachimae defensor tria probanda sibi proponit; a) ex metu reverentiali junctis saevitiis et minis consensum tolli et irritum fieri matrimonium; b) ex metu a matre saevitiis et minis incusso extortum fuisse Joachimae consensum in matrimonium; c) ex subsecuta cohabitatione et copula non sequi matrimonii ratihabitionem; eamdem sequitur methodum in suis animadversionibus matrimonii defensor.

1) Ad matrimonium valide contrahendum requiritur mutuus ac omnino liber consensus, quae quidem libertas tollitur sive ex vi exteriori physica sive ex morali, quae ex metu gravi procedit. Metus enim ille, ex quo aliquid tamquam minus malum eligitur, quod alias quis in vera libertate positus non elegisset, removet liberum consensum ab actu, irritumque reddit matrimonium ex defectu consensus. Ita post cap. cum locum, de sponsalib. DD. Ex his gradum faciens mulieris defensor sustinet, metum reverentialem erga parentes, qui non ex sola verecundia oritur, sed junctus sit saevitiis ac minis ad extorquendum consensum in matrimonium, gravem metum esse cadentem in constantem virum, unde irritatur conjugium. Hujus autem metus reverentialis probationem, utpote haud facilis demonstrationis tum ex parte inferentis, tum ex parte vim passi satis erui posse contendit ex conjecturis et adminiculis, ac etiam ex singulari, sed adminiculata testium depositione, si haec simul juncta tanti sint, quae moralem certitudinem constituunt.

At matrimonii defensor animadvertit, quod in praesenti casu mulieris, quae expressis verbis consensum coram parocho et testibus praestitit, quae non statim a viro discessit, sed cum eo per biennium et ultra commune habuit thorum ac maritales excepit amplexus, rigidissimae exquirendae sint probationes, ex quibus certo constet de metu gravi cadente in constantem virum vel feminam et conjunctum cum atrocioribus factis, ut decrevit Honorius III. in cap. consultationibus, de sponsal. Nec umquam dici potest metus gravis ad irritandas nuptias, nisi malum, quod timetur, sit grave in se, certo immineat, et vitari nullo modo possit, quae si deficiant extrema, metus levis tantum judicandus erit et non cadens in constantem virum (S. Congregatio in Romana nullit. matrim. 1817).

2) Hisce ex utraque parte in jure constitutis, quaestio secundo loco ad

factum transit, utrum sc. ex metu a matre saevitiis ac minis incusso extortus fuerit consensus. Hic mulieris defensor plures ex toto processu testes inducit, sive conjunctos sive familiares, ut probet matrem asperrimi ingenii, clanculum et pro suo tantum arbitratu, ipso etiam inscio patre, matrimonium conciliasse cum Francisco Erba, ac filiam, adhuc puellam, quae nondum 14. annum attigerat, coëgisse ad obsequendum ejus voluntati adhibitis »infiniti mali trattamenti, minaccie, e sevizie.« Eo demum progressa est matris ira, ut, »dopo varie percosse, e maltrattamenti tirandola dalli capelli la condusse nell' ultima camera dal piano superiore, chiudendola a chiave con averle detto, che non mutando risoluzione di là la condurrebbe in Conservatorio per tutta la di lei vita,« de quo atroci facto ejusque circumstantiis referunt una et altera ancilla, quae Joachimam in eo quasi carcere invenerunt, »con diverse lividure, segni di recenti percosse, in specie una morsicatura al braccio,« quaeque ita nolentem adhuc ac repugnantem ad obsequendum matris voluntati induxerunt. Injuste vero coactam fuisse Joachimam ad consentiendum ex eo deducit, quod non agebatur de impediendis indignis nuptiis, aut de avertendo damno filiae obventuro ex inconsiderato amoris aestu, sed de cogenda per vim et metum filiam nolentem ad consentiendum matrimonio cum determinata persona, quam elegerat mater, oderat filia. Quod quidem contrarium est naturali libertati, quam sartam inviolatamque servavit ipsa Sacramenti dignitas, quae a parentum voluntate minime pendet, ut docet S. Thomas lib. 2. qu. 104. art. 5. Cum igitur Joachima, quae ita a Francisco Erba abhorrebat, ut »odendolo, parmi vedere lo stesso diavolo,« ipsi matrimonio sociari nollet (»io assolutamente non lo voglio«), attamen vi, metu, saevitiis a matre naturalis amoris oblita coacta injuste fuit ad consentiendum, non quia mutaverit voluntatem, sed ne majora perpeti cogeretur; sequitur, ut irritum sit et numquam ligatum vinculum matrimonii, in quo deficit voluntarius ac liber mulieris assensus.

Has tamen testium depositiones animadvertit matrimonii defensor tanti non esse, ut valeant probare, eum gravem intercessisse metum, qui a SS. Ecclesiae Canonibus requiritur ad irritandas nuptias. Ac primum falsam dicit, aut saltem inverisimilem totam de saevitiis historiam. Etenim Joachima a prima infantia usque ad propediem matrimonii penes aviam educationis gratia versata est, unde nequibat mater eam continuo verberibus, timoribus aliisque saevitiis insectari. Joachimae pater, frater et tres avunculi testantur prorsus ignorare assertas saevitias, quas certe non ignorassent, si revera intercessissent. Id ipsum dicunt duo alii testes. Hinc concludit evanescere prorsus saevitiarum probationem eductam ex tribus tantum testibus, quibus quinque ex consanguineis et duo extranei opponuntur.

Levis vero metus, non quidem gravis oriri poterat a comminata reclusione in Conservatorium. Siquidem ex cap. cum dilectus, de his, quae vi ille dicitur metus gravis et cadens in constantem virum, qui timorem mortis aut cruciatum corporis continet. Imo Joachimae reclusio in Conservatorium faciliorem ipsi parabat viam, procul a matris unguibus, apud ecclesiasticos Superiores vel patrem vel consanguineos praesidium et tutelam inveniendi. Porro

metus hujusmodi adeo levis nequit contractum matrimonium irritare (S. Congreg. in Frising. 1718). Eo vel magis exceptionem ex metu saevitiarum petitam inutilem dicit, quod non probatur, metum perdurasse ad actum usque et in ipso actu celebritatis matrimonii; poterat enim voluntas mulieris, quae prius a propositis nuptiis abhorrebat, postea in verum consensum converti. Imo in ipso celebritatis actu excluditur perduratio metus, cum Joachima libera ad Ecclesiam accesserit, nullum dederit signum interni dissensus, et interroganti sacerdoti (ut ipsa refert) »gli risposi di si.« Quod si haec responsio data fuit post tertio iteratam interrogationem, id verecundiae potius et inveterato apud virgines Melitenses usui, quam interno dissensui est tribuendum. Praesertim cum posteriora facta tum nuptialis convivii, tum chorearum, tum fere triennalis cum viro cohabitationis consensum confirment.

3) Probandum aggreditur Joachimae defensor, ex cohabitatione et copula non sequi ratihabitionem matrimonii. Ut haec ratihabitio valeat, irritum ab initio matrimonium reddere validum, duae conditiones, ut ipse ait, concurrere debent, altera, ut mulier, quae vim et metum passa est, sciat matrimonium esse nullum; altera, ut cohabitatio et copula sit spontanea et conjugali affectu executa. At enim Joachima, quae minis ac saevitiis coacta est, externum praebere consensum inviso matrimonio, invita etiam in cohabitatione perduravit, et obsequia matrimonialia vivente adhuc matre, a qua processerant vis ac metus. Non igitur ex cohabitatione et copula oriri poterat praesumtio ratihabitionis in ea femina, cujus voluntas numquam, durante metu, libera fuit. Nec nudae tantum praesumtioni, quod durante causa perduraret effectus, insistit mulieris defensor, sed rursus in suae clientelae praesidium ad testes appellat, qui deponunt, quod ab initio matrimonii et toto subsequentis cohabitationis tempore numquam pax et conjugalis affectus inter virum et uxorem fuerint, sed continuata et numquam interrupta discordiarum series.

Sed utramque conditionem pro ratihabitione rejicit matrimonii defensor tum ex jure tum ex facto. Etenim Honorius III. in cap. consultat. de sponsal. et Clemens III. in cap. ad id, de sponsal. nullam adducunt limitationem sive de scientia nullitatis sive de voluntaria cohabitatione et de copula maritali affectu habita. Imo ex ipsa longa cohabitatione et habita in prima nocte ac saepius repetita copula argumentum ducit consensus libere praestiti ab ipso matrimonii initio. In facto etiam animadvertit, matrem actricis ad patres concessisse die 3. Decembris 1813 et post ejus obitum ex confessione Joachimae 3. aut 4. menses perdurasse cohabitationem cum viro. Cum igitur sublata matre evanuerit quaelibet metus causa, spontanea saltem tunc fuit cohabitatio, quae magis magisque consensum confirmavit.

Nec ullo in pretio habendos esse putat testes, qui de jurgiis et dissidiis inter conjuges deponunt, quia de epoca posteriori celebritatis matrimonii loquuntur. Tandem ad vindicandam matrimonii validitatem et respuendam exceptionem coactionis ex vi et metu unam alteramque adducit definitionem S. hujus Congregationis in Luceorien. nullit. mat. 1749 et in Augustana null. mat. 1759. Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Negative·

Die 22. Decemb. 1821. Impetrato novae audientiae beneficio Joachimae defensor contendit, quod sua clientula in infirma ac imbecilli aetate 13 annorum et sub matris quasi ferrea educatione constituta nequiret ullo pacto ipsius matris imperium declinare, ac tali corriperetur metu, quo omnis ei liberae voluntatis usus impediebatur. Addit insuper, non esse hic locum dissolutioni vinculi matrimonialis jam rite recteque initi, quo in casu rigidissimae requiruntur probationes, sed quaerendum, an, nec ne, rite fuerit contractum, nimirum utrum tot concurrant probationes, quae irritum reddiderint ex defectu consensus contractum ac proinde nec Sacramenti gratia superaccesserit. Hinc concludit, perperam ab ipso exquiri eas probationes, quae omnem in contrarium possibilitatem excludant, cum satis superque sit moralis certitudo ex pluribus conjecturis et adminiculis simul junctis promanans, quaeque licet ultimum evidentiae gradum non attingant, certum tamen reddunt judicem in ferenda sententia. Has conjecturas, haec adminicula deducit ex aspera et violenta matris natura, ex infirma aetate et imbecillitate Joachimae, ex atrocibus saevitiis et ex perpetua illius repugnantia erga Franciscum Erba. Nec succensendum putat, quod metus reverentialis incussus fuerit a matre, quia, ut filia etiam erga matrem habetur, ut subdita, eamque revereri tenetur: ita ex ejus aspera natura junctis minis ac saevitiis oritur metus ille reverentialis, qui liberum consensum impedire valet (S. Cong. in Ipren. dispensat. 1719). Postea refellere conatur, quae in praeterita actione defensor matrimonii animadvertebat, ut probaret Joachimam, licet ab initio invita consenserit nuptiis ineundis cum Francisco Erba, postea mutasse voluntatem argumento ducto a) ab exploratione parochi, b) ab expleta connubii solennitate sine querela et lachrymis, c) a diuturna cohabitatione et copula. Parochi enim ex ore in formali examine ne verbum quidem positivum excidit. Testibus vero negativis, qui asserunt non vidisse in Joachima aut molestiae aut laetitiae signum in actu celebrationis matrimonii, praevalent alii testes affirmativi, qui de illius moerore deponunt, quique affirmant, nonnisi post tertiam interrogationem ante aram respondisse parocho, »alle insinuazioni della madre, e dell' Ava, quali le erano al lato,« cohabitationem demum etiam secuta commixtione corporum satis non esse pro convalidatione matrimonii, si antea metus non fuerit purgatus, sustinet ex Sac. Congregationis judicio.

E contra, matrimonii defensor ex officio animadvertit, matrimonium rite ac valide contractum fuisse, directis probationibus evinci a) ex parochiali codice, b) ex depositione testium, qui benedictioni nuptiali adstiterunt, c) ex ipsius parochi et proximorum examine. Contra directam vero probationem nihil asserit valere praesumptiones et conjecturas, quae indirectam tantum probationem constituere valerent. Nec solum leves, quae pro Joachima afferuntur ac despiciendas dicit probationes, sed imo contendit, aut numquam intercessisse metum, ex quo irritaretur matrimonium, aut certe, si quando fuit incussus, postea evanuit aut saltem contractus ratihabitione convaluit. Non intercessisse metum ex eo contendit, quod de minis ac saevitiis deponant tres feminae, quae inverisimilia referunt, et inter se ac etiam cum ipsa Joachima minime conve-

niunt. Praeterea a pluribus numero, qualitate ac sexu praestantioribus superantur, qui vel negant saevitias vel ignorasse deponunt, cum ob sanguinis conjunctionem et familiares eorum accessus ad domum sponsae ignorare non possent. Detrusio vero filiae in Conservatorium tanti haud habenda est sive ex parte matris, sive etiam filiae, ut eam invitam ad consentiendum induceret. Non enim constat potuisse matrem, quod minabatur, exequi, nec adeo timidae erat naturae Joachima aut expers consilii, ut levi metu concuteretur aut ignoraret, quot et qualia media ipsi praesto essent, ut sese a matris unquibus eriperet. Evanuit vero omnis metus, cum non unus alterque dies, sed mensis effluxerit a comminata poena Conservatorii ad matrimonii solennitatem. Porro ad irritandum matrimonium non valet metus, qui illud praecessit, nisi probetur metum ipsum usque ad matrimonii actum perdurasse. Tandem ratihabitionem inducit ex 7 annorum silentio super nullitate matrimonii, ex biennali cum viro habitatione et ex debito eidem pluries reddito. S. C. C. stetit in decisis (et amplius).

19) Causa Lunen. Sarzanen. nullitatis matrimonii, die 22. Junii 1833. Laudivius Bianchius Vezzanensis in dioecesi Sarzanen. anno 1819 haeredem sibi usufructuariam scripserat Dominicam Ambrosiam conjugem, filiolam vero Theresiam haeredem ex asse proprietariam. De optima ingenuaque ipsius institutione sollicitus id muneris impenisissime commendavit Alexandro Bonellio presbytero affini, quo familiarissime utebatur In eam curam sedulus ipse incubuit, atque erepto e vivis Laudivio contubernalis apud viduam Bianchiam commoratus est, puellam decennem erudiens de elementaribus litteris. Eidem porro Dominica vidua omnia sua ita credidit, ut ille pro domino se gereret, remque etiam familiarem curaret. Frater erat Bonellio Aloysius annorum 25, honesto quidem patrimonio instructus, quod tamen minus amplum erat, quam patrimonium Bianchiorum. Florente itaque Theresia et naturae et fortunae bonis, de matrimonio cum fratre cogitare coepit Alexander; ac licet matrem et filiam annos 13 tunc natam ab ipsis nuptiis abhorrentes persensisset »sia per sproporzione dell'età, si a per difetti organici, e visibili dello sposo,« animo tamen haud cecidit, et blanditiis primum, gravibus deinde sermonibus, metuque de testamenti infirmitate illato, auctor fuit matri, ut juberet filiae, »che prendesse per marito Luigi Bonelli, minaccandola altrimenti di privarla della sua dote e di non darle marito«, quod et ipse confirmabat Bonellius. Theresia vero plane renuebat. Interea vero temporis re secreto pertractata, insciaque prorsus Theresia, Apostolicae litterae quaesitae fuerunt pro affinitatis impedimento relaxando, qua conjungebantur in 3. et 4. gradu, »col pretesto dell'angustia del luogo, e sulla non vera rappresentanza, che non seguendo il matrimonio tra loro mancava cogni speranza e probabilità, che l'esponente trovar posse altro partito di sua condizione.« Quod ubi primum novit Theresia, matrem poposcit, »che rimborsasse al Prete Alessandro li denari, che aveva speso, ed anche di più se abbisognasse . . . ed essendosi avveduta, che si cercava candurla fuori di Paese per celebrare il matrimonio ricusò sempre di andarci ora sotto uno, ora sotto altro pretesto.« Attamen impetrata a Vicario generali dispensatione a

denunciationibus, Bonellius sacerdos »andò dall'Arciprete, e si fece deputare a tale matrimonio, e poi soggiunse, che siccome detta Teresa faceva difficoltà di andare in chiesa, pregava di farlo in casa, e che sarebbero andati a prendere la benedizione in chiesa.« Haec omnia penitus ignorabat Theresia, cum nec sponsalia praecessissent, necque ullum umquam verbum de ineundo hujusmodi connubio cum ipso Aloysio factum esset. Ast »la sera del 25 Luglio 1822 sulle ore tre della notte trovandosi sola con la madre in casa propria, vidde improvisamente arrivare quatro persone, cioè li due Preti, Alessandro e Domenico fratelli Bonelli, Luigi Bonelli, ed un forestiere da lei non conosciuto, e che ha poi sentito chiamarsi Matteo Ferrari del Largo d'Isole (un loro contadino mezzajolo): all'apparire delle quali persone la madre si ritirò in altra stanza, lasciando sola la figlia, essendo stata condotta in altra Camera, e chiusa la porta anche di questa, il sudetto Prete Alessandro . . . passò ad interrogarla del suo assenso, la quale tacque la prima volte, e ripetua la interrogazione, forse le di lei labbra pronunciarono meccanicamente un sì: ma la sua volontà, benche compressa, ed intimorita in quel momento rimase sempre decisa per il No!» Jurata siquidem professa est, se affirmativum dedisse Bonellio interroganti responsum, »perchè aveva paura, che la percuotesse, tanto più, che la madre l'aveva lasciata sola coi fratelli Bonelli; non credeva però, che rispondendo allora di sì, il matrimonio restasse fatto: imperrochè era persuasa allora, che non si potesse maritare, se non che in chiesa, che non in una stanza, e di notte, com' essa si trovava.«

Cumque jam antea matrem inter et Alexandrum et Aloysium Bonelli conventum fuerit, matrimonii consummationem ad triennium differri ob aetatem Theresiae nondum viripotentis, quae »quando sposò, era talmente ragazza, che giocolava con li ragazzi, e non sapeva niente, nè conoscava cosa fosse matrimonio«: statim post eum actum, cui nulla accesserat celebritas, sponsus in suas aedes reversus est, quin puella paternos lares deseruerit; »immersa quippe nel suo dolore, ha sempre ricusato di unirsi coll sudetto Luigi Bonelli, e di riconoscerlo per di lei marito; non ha mai inteso parlare del suo asserto matrimonio senza piangere amaramente, e si è sempre guardata d'intervenire in luoghi, dove potesse in contrarsi coll sudetto Luigi Bonelli.« Properante vero triennii tempore et aetate magis adulta timens, ne per vim in domum viri traduceretur, a matre secessit et penes avunculum se contulit, indeque Albianum apud Rossattos affines suos convolavit. Verum paulo post Episcopalem Curiam adivit die 27. Februarii 1826, ibique querimonias detulit, nullum et irritum inclamans conjugium, a quo liber ac legitimus consensus abfuerat et curatorem sibi decerni efflagitavit.

Magna interim animorum contentione actum est; hinc delati articuli, hinc interrogationes, hinc jurata responsa; res demum ex praestituta per Benedictum XIV. norma apprime pertractata est. Verum die 28. Maji 1827 praeter omnium exspectationem Aloysius declarationem emisit, »che intende proseguire oltre nella medesima causa; e recede in quanto possa far di bisogno, da quanto è stato già per di lui parte dedotto, e consente, per quanto da lui dipende, che venga pronunciata o riconosciuta l'invalidità del matrimonio.« De-

fensor autem matrimonii ex officio diligentius procedendum esse in quaestione pro sua religione edixit, omniaque accuratissime absolvenda, peracta etiam corporis Theresiae inspectione, ut in re tanti momenti quaelibet vel minima negligentiae vitiique suspicio propelleretur. Quare universa rei ratione perpensa die 10. Februarii 1851 Curia illa Episcopalis pronunciavit, »matrimonium ex defectu consensus ex parte Theresiae fuisse et esse declarandum nullum et irritum, ita ut liceat dictae Theresiae Bianchi, ac Aloysio Bonelli, servatis aliis servandis ac signanter Apostolica Constitutione Bened. XIV. ad alias nuptias convolare.« Appellatione ab hac sententia per defensorem matrimonii interposita ad hanc S. Congregationem causa translata est.

Episcopus de more rogatus, ut acta transmitteret, partibusque, ac praesertim Bonellio sponso ediceret, ut stato certo quodam tempore jura in S. Congregationem deferrent, refert, omnibus rite absolutis, neminem Curiam petiisse »ad aliquid deducendum vel referendum quoad matrimonium, de quo agitur; ipsumque Aloysium sponsum in actis expresse declarasse, sese nullimode opponere, quominus matrimonium ab ipso initum cum Theresia Bianchi irritum nullumque definitive pronuncietur«, cum constet (inquit) revera, matrimonium illud absque consensu oratricis peractum fuisse.

Exploratum esse, probat Theresiae defensor, irritum esse matrimonium, in quo liber et legitimus desideretur contrahentium consensus (cap. cum locum, de spons.), atque ideo ad decernendum de causa hujusmodi religiose discutiendum esse, quid vere factum sit; inde enim petenda illius definitio est. Communis autem DD. tum S. Rotae sententia est, in re matrimoniali *deficientiam consensus, quae materiam exhibet tantummodo conjecturalem*, omnino ab iis factis et circumstantiis pendere, quae et processerunt et comitatae sunt ac subsecutae matrimonium. Jam vero, ita argumentatur Theresiae patronus, vix dum de hisce nuptiis cogitavit Bonellius sacerdos, donec voti compos factus fuit, manifestissime apparet, qua dexteritate sibi demulcire connisus sit puellam annorum 13 »talmente ragazza etc. cosa fosse matrimonio«, quo licet inito« andava a giuvocare ad uso de'Bambini« : hinc ab aliorum consuetudine sejunctam illam legimus, quo facilius circumveniri atque urgeri posset: hinc mater, dubiis de testamenti vi callide immissis illecta ad filiae in nuptias consensum aucupandum; hinc arcana solertique mollitione conquisitae dispensationes de affinitatis impedimento et de conjugii publicationibus, tum facultates impetratae, ut pro parocho adstaret matrimonio ipse Bonellius sacerdos; hinc domi, noctu, ex inopinato, properatae nuptiae in eam, ut suspicari fas est, causam, ne puerula de periculo, in quo versabatur, ab amicis commoneretur, tum ne parochus dignosceret, utrum ipsa libenti animo in sacra Bonelliorum descenderet. Verum ex altera parte constans perpetuusque Theresiae dissensus ab hisce nuptiis contrahendis satis manifesto evincitur ex Theresiae sermonibus actibusque. Vix enim obtentam cognovit de affinitate dispensationem, tenax propositi de connubio propulsando matrem est comprecata, ut statim »rimborsasse al Prete Alessandro li denari, che aveva speso, ed anche più se abbisognasse.» Ubi vero certius novit suscepta de nuptiis consilia, omni plane con-

tentione adnisa est, ne extra domum traduceretur, atque, cum primum sibi licuit, alio apud amicos commigravit, ne vi ad illas compelleretur.

Caeterum si, quae matrimonium praeivere, luculenter portendunt, puellam ab ipso pugnaciter abhorruisse, id non minus evidenter deprehendit Theresiae patronus in ipsa matrimonii celebratione. Inopinatus complurium virorum in Theresiae cubiculum ingressus hora noctis intempesta, matris discessus, puellae solitudo, fores clausae, hinc perturbatio mentis, metus animi, rerum ex ipsa aetatis imperitia ignoratio haec quidem insimul coalescentia manifeste demonstrant, nec desiisse fraudes, nec cessasse aversionem Theresiae; in matrimonio autem haud sufficit simplex consensus, sed requiritur tutus, liber ac tranquillus contrahentium status (cap. cum locum, de sponsal). Nemo itaque mirabitur, pergit Theresiae patronus, quod nuptiis in eum modum contractis numquam Theresia se uxorem censuerit Aloysii, ac nonnisi perdolenter illachrymans sineret, de illo fieri secum verba, aditumque imo et conspectum Aloysii assidue refugeret, domum et matrem deseruerit, tantaque illum aversione prosequeretur et in coenobium sese recipere vellet potius, quam «unirsi col detto Luigi Bonelli.»

Haec autem omnia clare evincunt, liberum defuisse consensum, remque vi metuque absolutam. Ad inducendum siquidem metum non semper minis ac vi opus est, cum matris et tutricis suasiones, quando sint importunae, ob debitam reverentiam justum metum incutiunt, et vim coactionis habent in liberi consensus exclusionem (Rota), praesertim vero si minis, ut in themate, consocientur. Tunc vero distinguendum ait defensor inter minitantem et minas patientem. Quoad illum sola qualitas personae et simplex suspicio executionis minarum satis est ad inducendum timorem liberumque removendum consensum; quoad istum absimili jure censendum est de viro et de puella, quae ob sexus imbecillitatem minis etiam infimi gradus deterretur. Atque ex tanta illa sedulitate et industria, qua puellae cum aliis quibuslibet alloquium intercipiebatur, libertatem adimi, metumque conciliari, monet defensor. Neque ipsi negotium facessit, quod Ferrarius matrimonii testis asseruit, fuisse eo in actu »tutti allegri, contenti compresa la Signora Teresia«; non enim causam dicti protulit, quam ex Cardin. de Luca monitis in iis maxime afferri opus est, quando aliqua intellectus operatione, non mediis sensibus percipiuntur. Ad conciliandam vero testimoniis matris et filiae fidem praeter septimae manus commendationem animadvertit, de id genus factis, quae inter domesticos parietes semotisque arbitris et externis geruntur, eos admitti testes, qui alias propellerentur. Quod vero tamdiu Theresia siluerit, aetatis imperitiam, puellae moerorem aliaque hujusmodi causatur defensor, ut arguat, eam tunc juribus suis usam fuisse, cum primum ad matrimonii, quod tantopere aversabatur, consummationem adigi se pertristis conspexit. Haec Theresiae patronus.

Maxime praeterea pensandum est de ipsius dispensationis vi, quam nec petitam nec acceptatam a muliere conspicimus. Profecto Apostolicis de ea re litteris oblata enunciatur petitio pro parte viri et mulieris oratorum, qui cum cupiant invicem matrimonialiter copulari, humiliter supplicari fecerunt pro

opportunae dispensationis gratia. At cupiisse id Theresiam, atque in eam causam supplicari humiliter fecisse, nemo certe asseret, qui ipsam et id ignorasse et obfirmato animo dispensationem rejecisse animadvertat. Si vero preces debent veritati inniti (inquit Marcus Leo) et praecipue in rebus substantialibus, quomodo preces veritati niterentur, si orator non esset vere orator, suppositius orator et dissentiens? Quocirca docet Reiffenstuel, impetrari posse rescripta a conjunctis, dummodo contraria voluntas non probetur. Cum itaque Theresia dissenserit, perperam decreta fuit executio Apostolicae gratiae, neque certe Pontifex precibus illis annuisset, si de Theresiae dissensu relatum eidem fuisset. At quando tacetur aliquid, quo expresso gratia non fuisset concessa, vel non ita facile, ipsam gratiam reddi vitiosam et invalidam, monet Marcus Leo. Non enim gratia concedi debet, ex qua oriatur scandalum; imo Episcopus ex officio debet impedire matrimonium contrahendum, si de scandalo graviter metuat, quamvis pro executione dispensationis omnia fuerint probata. Neque ex veritate augustiam loci causati fuisse videntur, cum vel ab ipso matrimonii defensore alii asserantur nuptiis Theresiae inhiasse, quod certe de dispensationis vi graviorem suspicionem injicere palam est.

Matrimonii defensor metum, si qui forte intercesserat, levem dicit, neque illius generis, ut consensus libertatem evertat propellatque; docent testes promptam fuisse Theresiam in affirmativo responso edendo, ubi sacerdos de consensu illam sciscitatus est; viri autem declaratio, qua liti renunciavit, conspirationis suspicionem habet, qua nuptiis cum Theresia disjunctis aliam possit ducere, quae animo in se propenso jucundum sibi et gratius connubium pollicetur. Id quidem ipsum machinari autumat, eadem connivente Theresia, quae fortassis ad alias contendit nuptias. Eas porro in matrimonii sanctitatem mollitiones subdulasque et plane improbandas collusiones summo studio omnique conatu proscindi jubet Benedictus XIV. Testium et ipsius sponsae et matris atque Aloysii dicta, quae haud inter se conveniunt, expendit, tum de hora matrimonii contracti, tum de sponsi aditu praepedito, tum de aliis rerum adjunctis, ipsorumque idcirco robur ac fidem oppugnat. De levitate inde minarum ac de pertenui metu pluribus disputat, illum non fuisse, qui caderet in constantem virum, sc. ut malum, quod timetur, sit per se grave, ut certo immineat, ut vitari nullo modo possit (S. C. C. in Romana 1817). Quod si alterutra harum conditionem deficiat, censebitur metus levis (Reiffenstuel).

Denegato prorsus metu, de consensu in nuptias contendit defensor, ipsum ex edito celeriter responso, quin vel cunctationis vel haesitationis vel anxietatis indicia prompserint, indubie constare; liberam inde portendi voluntatem, de qua eo in actu quaerendum est, quin difficultatis quidpiam injiciat, si ante id temporis sermones de connubio lachrymas moeroremque Theresiae excitabant. De hilaritate quidem ob celebratas nuptias referunt, quomodo mater »portando da bere« nacta sit, »tutti allegri, e contenti compresa la Signora Teresa.«

Licet vero mysterii artificiique aliquid credi fas sit ob eam agendi rationem, qua usi sunt Bonellii fratres et ipsa Theresiae mater in illis nuptiis con-

ciliandis curandisque, omnia tamen non ab fraudis turpiter conceptae insidiis, quibus dolo malo puellae consensum captandum curaverint, repetenda censet defensor, bene vero ad populares rumores tususque feriatorum praevertendos, quibus nuptias gibbosi viri cum puella elegantis formae irrisum iri suspicabantur, quod filiae pudorem, tristitiam, aversionem gignere agnoscebant.

Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Affirmative et ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro dispensatione saltem ad cautelam super matrimonio rato et non consummato.

Hieher gehören ferner die causa Romana vom J. 1817 (vergl. §. 233) dann die causa Melivetana vom J. 1839, welche bei der Lehre über die Delegation eines Priesters zur Trauung anzuführen kömmt.

Endlich glauben wir noch aus dem Cursus Theolog. moral. (Patavii 1844) nachstehende praktische Fälle zur Sprache bringen zu sollen: a) Lucullus vir usuris deditus minitatur Lucretiae, se patrem ipsius aere alieno maxime gravatum in judicium vocaturum et rebus omnibus spoliaturum ob pecuniam sibi debitam, nisi Pantaleoni, filio suo nubat; si vero nubat, promittit, se patrem ejus omni aere alieno liberaturum. Lucretia patris amantissima Pantaleoni nupsit. Num validum hoc connubium? Si quis grave aliquod malum non sibi, sed aliis, quos maxime diligit, v. g. parentibus, liberis, fratribus, sororibus praesentiat imminere et vehementer timeat; idem est, ac si malum illud sibimetipsi sentiat futurum ac timeat. Lucretia igitur statim ac intellexit, patrem suum, quem summopere amabat, posse a Lucullo in judicium vocari et bonis omnibus ob pecuniam debitam exspoliari, non immerito debuit hoc infortunium tamquam proprium respicere, praesertim cum patris calamitas in filiae etiam egestatem esset redundatura. Ne, quod timebat, eveniret, Luculli voto satisfecit et Pantaleoni nupsit. Num hoc connubium validum fuerit, expendamus. Omnium vel fere omnium bonorum jactura homini, qui honeste et commode vivere consueverit, malum gravissimum est. Ergo mali hujus formido gravis habeatur oportet. Hunc praeterea metum Lucretia a causa libera incussum, eoque directo fine injectum esse, ut ipsa ad ineundum cum Pantaleone matrimonium compelleretur, liquido apparet. Idem metus fuitne justus, quum Lucullus jure posset debitorem suum in judicium vocare, et si opus esset, judiciali sententia bonis omnibus exspoliare, ut, quod sibi debebatur, reciperet? Si non justitiae, charitatis certe legem is maxime violat, qui jus suum eo usque repetit, ut honestum patrem familias ad extremam miseriam redigere paratus sit. Tritum est sermone proverbium: Summum jus, summa injuria. Animadvertimus etiam, Lucullum esse hominem usuris deditum. Saepe accidit, ut nimis cupidi foeneratores pro pecunia mutuo tradita plus lucri paciscantur et exigant, quam justitiae ratio ferat et leges patiantur. Potuit ergo Lucretiae pater iniquo foenore ita a Lucullo gravari, ut progressu temporis impar solvendo factus sit. Hinc praesumi potest, injustam, si non omnino, aliqua saltem ex parte fuisse causam, quamobrem Lucullus coram Lucretia se patri ipsius tam grave malum illaturum comminatus est. Sed demus iniquum non esse, qui cum tanto debitoris damno, quod suum est, publica magistratu-

um auctoritate se vindicaturum profitetur: quis tamen neget, iniquum esse, qui jure suo abutitur ad filiam patris amantissimam terrificandam et ad consensum ejus in rem, quae prorsus libera esse debet, extorquendum? Si malum, quod huic adolescentulae Lucullus minatus est, non fuit injustum ex parte rei, certe ex parte modi ac finis injustissimum fuisse, nemo sanae mentis inficiabitur. Quare induci nullo modo possumus, ut Lucretiae consensum legitimum judicemus. Si legitimus non fuit consensus, nec matrimonium validum haberi potest (diese Enscheidung, welche einen metus injuste incussus aus den dargelegten Thatsachen herausdeutet, läßt sich nach den oben erläuterten Grundsätzen nicht rechtfertigen, da es nicht zu bestreiten ist, daß ein metus juste incussus vorliegt). b) Lucia ex metu gravi, quem pater incussit, matrimonium cum Laurentio contraxit. Prima nuptiarum nocte viro necem intentanti, nisi conjugale reddat officium, reddit invita. Postridie ad Confessarii pedes se projicit, eique suum miserrimum statum aperit. Confessarius eam docet, sine ulla culpa officium conjugale redditum esse, quum vir jure, quod acquisierat, non esset privandus, nec matrimonium posse amplius dissolvi, quum per copulam, quam ipsa praestitit, perfectum omnino fuerit. Verane haec doctrina? Si metus gravis matrimonium dirimit, ejusdem consummatio ex parte illius, qui vim passus est, validum minime facit, nisi intentionem ratifaciendi, quod nequidquam gestum est, conjunctam habeat et alter, qui libere ante consensit, consensum renovet, sed consummatio ipsa fornicationis peccatum prae se fert. Si vero consummatio cum intentione matrimonii confirmandi conjuncta sit, haec intentio seu voluntas legitima sit oportet, quippe quia consensus, qui legitimus sit, matrimonium efficit. Jam vero coacta voluntas legitima dici nequit. Quemadmodum ergo voluntatis consensus vi extortus secundum legum praescripta ad matrimonium faciendum nihil valet, ita ne ad confirmandum quidem valere potest; ideoque ex matrimonii jam irriti consummatione per vim extorta, utpote quae libera matrimonii firmandi intentione necessario caret, nihil roboris aut firmitatis ipsum conjugium adipiscitur, sed quod erat antea, idem permanet, quamvis alter novum consensum praebeat; et copula sic habita fornicatio verius dicenda est, quam matrimonii confirmatio. Quum res ita se habeat, non intelligimus, quibus rationibus Confessarius, ad cujus pedes Lucia sese projicit, affirmaverit, officium conjugale sine culpa redditum esse. Si haec mulier ex metu gravi, quem pater incussit, matrimonium cum Laurentio contraxit, nullum inde jus in ejus corpus vir potuit acquirere, nullum pariter jus acquisivit ex consensu mulieris in copulam, quum aut defuerit confirmandi matrimonii voluntas, aut haec voluntas ex metu gravi accesserit. Vir potius quadruplex et atrocissimum quidem scelus commisit; primum quia non ignorans, ut est verisimile, Luciam prorsus coactam ad nuptias accedere, ipse irritum matrimonium celebrare atque adeo Sacramento injuriam irrogare non dubitavit; alterum, quia fornicariam copulam exercuit; tertium, quia Luciae, intentata nece, maximam injuriam irrogavit; quartum denique, quia eamdem in gravissimum peccatum induxit. Si Lucia contractum matrimonium bona fide validum credidisset et vitae tuendae gratia illud consummasset, poterat quidem Confessarius eam peccati expertem judicare, mi-

nime vero debito officio perfunctam esse. Diximus nuper, matrimonium ex metu initum per copulam vi extortam ratum nequaquam fieri. Gratis igitur asseruit Confessarius, Luciae matrimonium post consummationem non posse amplius dissolvi. Non poterit id dissolvi, quod ligatum numquam fuit, quod solutum semper exstitit? Ne plura; hic sacerdos canonici et civilis juris se maxime imperitum ostendit.

c) Pacuvius homo ditissimus gravi supercilio saepius profitetur, se mortis tempore Joannae, unicae filiae suae, nisi cum Aloysio aeque divite matrimonium ineat, nihil de suis bonis relicturum, praeterquam quod jure civili cogetur relinquere; si vero Aloysio nubat, ipsam omnium bonorum suorum haeredem futuram jurejurando affirmavit. Joanna patri sic minitanti obtemperat, sed post ejus obitum animadvertens, virum alteri mulieri adhaerere, omnem movet lapidem, ut per juridicam sententiam matrimonium irritum declaretur ex eo, quod gravi metu compulsa illud celebravit. Num possunt judices Joannae causam aequi bonique facere? Paternae haereditatis amissionem unicae praesertim filiae, cujus pater ditissimus sit, molestissimam et maxime injucundam fore, atque adeo jacturae hujus metum in ipsius filiae animum magnam vim habere posse, unusquisque fatebitur. Quid enim gravius unicae filiae potest contingere, quam ut eam pater in testamento praetermissurus sit? Quid injucundius, quam ut ipsa patriam haereditatem ab extraneis sibi sentiat praeripiendam? Joannae Pacuvii filiae id accidit. Intellexit, se paternam haereditatem certo certius amissuram esse, nisi patris voluntati obtemperans Aloysio nuberet. Ne tantam faceret jacturam, cum eo matrimonium inivit. Defuncto autem patre apud publicos magistratus summopere instat, ut conjugium utpote ex metu gravi initum nullum declaretur. Antequam judices sententiam ferant, multa debent prae oculis habere. Ac primo quidem observandum est, num Pacuvius, qui saepius professus est, se filiae, nisi Aloysio nuberet, suae mortis tempore id duntaxat relicturum, quod leges juberent, in eam verbis aut factis umquam saevierit, ut ad matrimonium impelleret; num illi aut corporis cruciatum aut ejectionem e domo minatus sit, num asseruerit, se dum viveret, eam male habiturum. Si nihil horum commisit pater, quemadmodum ex facti narratione conjici potest, quamdam veluti optionem, quae filiam alliceret, fecisse, non veri nominis vim intulisse videtur. Huc accedit, quod etiamsi haec filia non omnem paternam haereditatem obtinuisset, tamen de paternis bonis, quae erant copiosissima, post patris mortem tantum ei superfuisset, quantum satis esse poterat, tum ut vitam commode traduceret, tum ut honeste in matrimonium collocaretur. Nostris certe legibus Joanna dimidium paternorum bonorum esset adepta. Hinc ad ineundum cum Aloysio matrimonium lucri cupiditate potius illecta, quam metu, qui in feminam constantem caderet, compulsa fuisse videtur. Neque illud inconsiderate praetereundum, parentes vere et proprie injustitiae nota non infici, si filiis suis id solummodo relinquant, quod leges praecipiunt, imo aliquando graves intercedere causas, ob quas ipsi rectius agant, si bona, de quibus per leges possunt ex testamento disponere, non filiis, sed aliis largiantur; ideoque metum, quem Pacuvius filiae incussit, omnino injustum dici non posse. Denique si Joanna

cum Aloysio diu pacifice habitavit, si cum eo uxorio more semper vixit, si de vi a patre sibi illata nullam umquam querelam movit, si solummodo, quum inspexit virum alteri mulieri adhaerere, matrimonium fuisse nullum contendit: nonne legitima oritur praesumptio, ipsam ab initio in matrimonium libere consensisse, aut illud tractu temporis legitimo modo ratum ac firmum fecisse? Quamobrem judices non possunt sine errandi periculo Joannae causam aequi bonique facere.

Vierter Abschnitt.

Die bedingte Einwilligung der Contrahenten in die Ehe.

§. 240. Allgemeine Bemerkungen darüber.

Es pflegt zu geschehen, daß in die Verträge Nebenbestimmungen aufgenommen werden, die zum Theile auf die Giltigkeit derselben Einfluß nehmen. Dahin gehören die Bedingungen, der Bewegungsgrund, die Zeit, der Ort und die Art der Erfüllung. Aliquid matrimonio adjici potest, schreibt Sanchez (lib 5. disp. 1.), quintupliciter: 1) tamquam tempus et dies, qua matrimonium contrahi debet (g. e. contraham tecum cras); 2) ut modus, quasi adjectio oneris, ad quod volumus obligare contrahentem, eine Verpflichtung oder Last, die der eine Contrahent dem andern mit Rücksicht auf den abzuschließenden Vertrag auferlegt (exprimitur communiter per conjunctionem ut; duco te, ut divitias aut honorem assequar, ut mihi in ancillam famuleris, ich heirate Dich, mache Dir aber zur heiligen Pflicht, daß Du meine alten Eltern gut pflegst); 3) per modum causae, si denotatur causa, ob quam contrahitur (exprimitur per conjunctionem quia; contraho tecum, quia dives et pulchra es); 4) per modum demonstrationis, quando significatur aliqua qualitas in contrahentibus (explicatur per relativum aut dictionem importantem aliquam qualitatem; duco te, quae libera es aut virgo); 5) per modum conditionis, cum aliquid adjicitur suspendens contractum, sub cujus existentia et non alias volumus contractum celebrari.

Die Nebenbestimmung der Zeit ist bloß bei den Sponsalien von Belang (vergl. 2. B. §. 89); hier führen wir nur die Bemerkung des Homo Apostolic. (tr. 18. u. 34) an: Si apponitur dies, v. g. »te ducam post decem dies,« probabilius et communius dicunt, quod intelligitur suspensus consensus usque ad terminum appositum (vergl. auch Dr. Uhrig, §. 95). Von den Bestimmungen der causa und demonstratio ist im 2. Bd. §. 85. und oben §. 231. die Rede gewesen. Sonach haben wir es hier noch mit den Nebenbestimmungen der Bedingung und des modus zu thun.

Ohne Zweifel entspricht, wie einer der trefflichsten Canonisten der Neuzeit

bemerkt, die bedingte Eingehung der Ehe der Würde des Sacramentes nicht und kann dieselbe dem schädlichsten Mißbrauche den Weg bahnen. Wenn die Kirchengesetze dennoch gestatten, die Ehe unter einer Bedingung zu schließen, so findet sich die Erklärung dessen in den Verhältnissen, auf welche jene Gestattung berechnet ist. Die Anordnungen, welche gegenwärtig über die Eheschließung bestehen, sind im Wesentlichen so alt, wie das Christenthum. Schon im Zeitalter der Verfolgungen forderte man, daß die Ehe vor der christlichen Gemeinde eingegangen werde; sie empfing die Einsegnung und wurde durch das h. Meßopfer besiegelt. Die Öffentlichkeit und die kirchliche Weihe der Vermählung wurde durch eine lange Reihe von zum Theile sehr strengen Verordnungen eingeschärft. Es war aber unmöglich, diese Verordnungen zu einem allgemeinen und unbedingt lautenden Kirchengesetze zu machen und genau genommen, ist es noch jetzt unmöglich. Auch jetzt gibt es noch Hunderttausende von Christen, die unter Nichtchristen zerstreut wohnen und bei dem besten Willen ihre Ehe nicht immer oder nur selten vor einem Priester schließen können und bevor das Christenthum in ganz Europa zur Herrschaft gelangte, waren solche Zustände dem Mittelpunkte des kirchlichen Lebens nahe gerückt. Deßwegen erfolgte bis zum 16. Jahrhunderte kein Kirchengesetz, durch welches die Giltigkeit der Ehe an eine bestimmte Form der Eheschließung geknüpft wurde. Da nun trotz aller Verbote Ehen, welche nicht einmal vor Zeugen geschlossen wurden, also heimliche Ehen im eigentlichen Sinne ziemlich häufig vorkamen, so hielt man sich an alles in die Öffentlichkeit Tretende, durch welches für das Vorhandensein der Ehe etwas bewiesen werden konnte, vor Allem aber an das Eheverlöbniß. Thaten nun zwei Verlobte, so wie nur Gatte und Gattin thun sollten, so galt es als eine unumstößliche jeden Gegenbeweis ausschließende Vermuthung, daß sie sich bereits verehelicht hätten; sogar der das Verlöbniß bezeichnende Ausdruck ward auf die Ehe ausgedehnt, die sponsalia de praesenti (Ehe) und de futuro (Verlöbniß) standen gleichsam als Arten derselben Gattung neben einander. Daß ein Eheverlöbniß bedingterweise eingegangen werde, läßt sich nicht verbieten (vergl. 2. Bd. §. 85) und muß manchmal sogar empfohlen werden. Wurde von dem Eheverlöbniße auf die Ehe der Schluß gemacht und war das Verlöbniß ein bedingtes, so hing von der Erfüllung der Bedingung, weil die Giltigkeit des Verlöbnißes, nothwendig auch die Giltigkeit der Ehe ab. Verbindungen, welche nicht nur ohne kirchliche Feierlichkeit, sondern sogar ohne Zeugen geschlossen waren, hatten natürlich, wenn man sie als Ehe wollte geltend machen, die Vermuthung gegen sich. Es kamen widerwärtige Verwicklungen vor. Zwei Personen waren öffentlich und mit allen ersinnlichen Feierlichkeiten getraut worden. Nun trat aber eine Frauensperson hervor und behauptete, der Neuvermählte sei ihr Gatte; an diesem Tage, an diesem Orte habe er sich mit ihr unter vier Augen verehlicht. Es war vielleicht wahr; aber natürlich wurde die Einwilligung, auf welche allein hier Alles ankam, strenge untersucht und man nahm sie keineswegs als die Ehe begründend an, wenn sie nach den allgemeinen Rechtsgrundsätzen nicht hinreichte, um eine Verbindlichkeit zu begründen, also auch nicht, wenn sie bedingt gegeben und die Bedingung nicht erfüllt worden war. Ueber Fälle bedingter Einwilligung kamen an den päbstlichen Stuhl Anfragen und wurden

beantwortet; das Corpus juris nahm mehrere solche Bescheide auf und die Lehre von der bedingten Ehe entwickelte sich. Das Concilium von Trient machte einen Abschnitt. Die Giltigkeit der Ehe war nun überall, wo das Concilium kund gemacht wurde, von einer bestimmten Form der Eheschließung abhängig, die Einwilligung mußte vor dem Pfarrer und zwei Zeugen erklärt werden, sonst hatte die Verbindung auf den Namen der Ehe keinen Anspruch. Jetzt war es möglich, den bedingten Ehen Einhalt zu thun und schon seit dem 16. Jahrhunderte wird in dieser Richtung gewirkt. Die bedingten Ehen kamen außer Uebung und gegenwärtig wird von denselben kaum irgendwo eine Spur gefunden. In den Darstellungen des katholischen Kirchenrechtes müssen sie aber ihren Platz behaupten, zumal auch die Instruction, die von dem heiligen Stuhle unter dem 30. April 1841 ad Primatem, Archiepiscopos et Episcopos in regno Hungariae in Sachen der gemischten Ehen erlassen wurde, derselben Erwähnung macht. Es heißt nämlich in dieser Instruction, daß gemischte Ehen, die ohne Beisein des katholischen Pfarrers eingegangen wurden, zwar höchst unerlaubt, aber doch für giltig zu halten seien, »nisi canonicum aliunde officiat impedimentum, seu in nuptiarum celebratione appositae fuerint conditiones substantiae matrimonii ex catholica doctrina repugnantes.« (vergl. §. 68. 1. B. S. 533). Nicollis antwortet auf die Frage, an hodie post Tridentinum matrimonio adjici possit conditio de futuro? folgendermaßen: Cum in Tridentino nihil de hoc innovetur, certum puto, etiam hodie matrimonia sub honesta conditione contrahi posse, quamvis id rarius fiat, et sine dubio, qui nolunt absolute contrahere, consultius facient contrahendo sponsalia de futuro; id enim sine solennitatibus Tridentini facere et tamen in effectu vere idem obtinere poterunt, ac si sub conditione contraherent. Deinde in foro externo non facile admitteretur hodie, ut quis conditionate contrahat, facile tamen fieri posse, ut quis conditionem in mente retineat et nonnisi conditionate consentire intendat, quo casu a parte rei et in foro conscientiae non minus animus in suspenso erit, nec minus omnes difficultates circa matrimonium conditionale resolvendae erunt, quam si expresse sub conditione contractum esset. Die auch in dem Homo Apost. vertheidigte Ansicht jener Canonisten, welche behaupten, es liege nach dem Rechte der Decretalen in der bedingt eingegangenen Ehe nur ein Verlöbniß vor, widerlegt Dr. Schulte (§. 21. seines Eherechtes).

Im Allgemeinen bemerkt Sanchez, quod matrimonium ipsum conditionem non recipit, bene tamen ejus consensus; id est, consensus praestitus ad matrimonium potest ex conditione pendere, at matrimonium ipsum minime, quia, quando conditio pendet, matrimonium non est. Deßhalb ist es auch undenkbar, daß die Giltigkeit der Ehe durch die von einem Dritten gesetzte Bedingung tangirt werde, weil die Suspension des zur Ehe einzig nothwendigen freien Consenses der zukünftigen Gatten durch einen Dritten unmöglich ist. Man versteht unter einer Bedingung eine Ereignung, wovon ein Recht abhängig gemacht wird (einen Umstand, von welchem die Giltigkeit einer Disposition abhängig ist). Die Bedingung ist bejahend oder verneinend, jenachdem sie sich auf den Erfolg oder Nichterfolg der Ereignung bezieht. Sie ist aufschiebend, wenn das zu-

zwar, nachdem der Vater und Oheim widersprochen, so mußte darum ein Aufgeben der Bedingung angenommen und die Ehe (per sponsalia de futuro subsecuta copula carnali geschlossen) für giltig angesehen werden. Denn das Gegentheil konnte deßhalb nicht angenommen werden, weil nicht bewiesen war, daß vor Setzung der copula überhaupt der Vater und Oheim widersprochen hatten. Hätten diese widersprochen, so wäre die Bedingung nicht eingetroffen und der spätere Beischlaf würde, weil nun keine Sponsalien mehr vorhanden gewesen wären, die Ehe nicht geschaffen haben. Es gilt demnach, was die alten Canonisten mit Beziehung auf cap. 3. de condit. appos. sagen: Frustra adjicitur conditio, cujus eventum praevertit carnalis commixtio.

In gleicher Richtung schreibt nach Barbosa Dr. Knopp: Die Ehe, der eine zuläßige conditio de futuro beigefügt ist, kann vor dem Eintritte dieser Bedingung durch ausdrücklichen, oder durch Pflegung der copula carnalis, stillschweigenden Verzicht auf dieselbe rechtsgiltig werden, wobei noch zu bemerken ist, daß die gesetzliche Präsumtion, es liege in dem im vorliegenden Falle stattgehabten Beischlafe stillschweigend ein Verzicht auf die der Ehe beigefügte conditio de futuro, eine praesumtio juris et de jure ist, und daß also die Contrahenten sogar mit der Einwendung, daß sie vor der copula carnalis ausdrücklich erklärt, daß sie derselben durchaus nicht diese Bedeutung beigelegt wissen wollten, in foro externo nicht zugelassen werden können. Und Dr. Pachmann: Treten Personen, die unter einer aufschiebenden Bedingung die Ehe geschlossen haben, in Geschlechtsgemeinschaft, so wird, in so weit dieß nicht etwa wegen eines Irrthums in der Person des Concumbenten unmöglich wäre, ohne weiters die freiwillige Aufhebung der Bedingung angenommen, was aber doch nur von eigentlichen Suspensiv-Bedingungen verstanden werden kann. Weil ein ungewisser zukünftiger Umstand über die Giltigkeit des Consenses und somit der Ehe entscheiden soll, in jedem Augenblicke also der Consens vollkommen werden, und weil er alle Erforderniße an sich trägt, aus einem virtuellen in einen aktuellen übergehen kann: so folgert Dr. Schulte, daß jeder dem Eintritte oder Nichteintritte der Bedingung in der Person der Contrahenten gleichkommende Umstand pendente conditione entweder den Consens sofort in einen absoluten verwandelt oder denselben aufhebt. Das ist besonders der Fall mit dem Beischlafe, der als ein Aufgeben der Bedingung angesehen werden muß. Ein Anderes ist undenkbar, so daß weder die Absicht der Contrahenten, trotz der copula carnalis bei der Bedingung verharren zu wollen, noch eine derartige vorher ausdrücklich gemachte Protestation die Wirkung haben können, die Bedingung bestehen zu lassen. Denn die Wirkungen, welche eine Handlung rechtlich hervorbringen muß, können nicht in die Willkühr der Partheien gesetzt werden (cap. 6. de condit. appos., cap. 4, qui matrim. accusare). Ebenso lehrt Scavini: Ante conditionis verificationem nefas est matrimonio uti, sive conditio illa sit de futuro, quia tunc matrimonium nondum existit, sive sit de praesenti vel praeterito, quia tunc illud est dubium. At si sponsi nihilominus ad illius usum procederent, matrimonium absolutum evaderet; sic enim censentur conjuges renuntiasse conditioni illi. Excipe, nisi positive aliud constiterit; sic refert Concina fuisse a S. Cong. Concilii declaratum.

Wenn die der Einwilligung in die Ehe beigefügte Bedingung nicht zutrifft, so ist die Ehe ipso facto nichtig und der erst nach diesem Zeitpunkte stattgehabte Beischlaf kann auf dieselbe keinen Einfluß mehr üben, da die Ehe ob defectum conditionis nicht mehr besteht. Hieraus geht hervor, daß der nach eingetretener Nichterfüllung der Bedingung stattfindende Beischlaf nicht die Wirkung hat, den Consens zu purificiren, mögen die Contrahenten die Nichterfüllung der Bedingung kennen oder nicht. Es gilt dieß, wie Dr. Schulte herausstellt, überall, mag das vortridentinische oder das tridentinische Recht über die Form der Eheschließung in Uebung sein. In Bezug auf jenes könnte man behaupten, es lägen Sponsalien vor, welche durch die nachfolgende copula zur Ehe geworden seien. Aber lagen wirklich solche vor, so sind dieselben durch den auch nur bedingten Consens absorbirt, weßhalb dieser allein in Betracht kömmt. Weil dieser unwirksam geworden ist, liegt keine Ehe vor; eine wegen mangelnden Consens nichtige Ehe bringt aber kein Verlöbniß hervor. Wollte demnach die copula carnalis die Ehe zur unbedingten machen, so müßte vorher, d. h. nach der Deficienz der Bedingung, aber vor der stattgefundenen copula mindestens der Abschluß von neuen Sponsalien erfolgt sein. Wo die Form des Tridentinums beobachtet werden muß, ist die Entscheidung noch leichter. Abgesehen auch davon, daß, weil der früher erklärte Consens fortgefallen, also der eheliche Wille nicht coram parocho et testibus erklärt ist, ein sine parocho et testibus erklärter Consens aber weder als Ehe noch als Verlöbniß gelten kann, so ist es unzweifelhaft, daß an solchen Orten Sponsalien niemals per copulam carnalem in eine Ehe übergehen können.

Durch die pendente conditione später von einem Contrahenten einer bedingnißweisen Ehe unbedingt eingegangene anderweitige Ehe oder durch eine zweite ebenfalls bedingte, aber durch den Eintritt der Bedingung oder durch nachträglichen freiwilligen Verzicht auf dieselbe purificirte Ehe wird die sub conditione geschlossene ipso facto aufgehoben und von zwei gleichzeitig unter einer conditio de futuro geschlossenen Ehen hat rechtlich die frühere den Vorzug, wogegen bei nicht zu hebendem Zweifel, welche derselben die Priorität für sich habe, beide rechtlich als nichtig betrachtet werden, weil Bigamie rechtlich unmöglich ist. Hiemit stimmt auch Scavini überein. Si duo sint celebrata matrimonia conditionata, illud valet, cujus conditio prius verificatur, licet sit posterius initum, quia prius absolutum evadit; quodsi eodem tempore utriusque matrimonii conditio verificetur, neutrum valet, quia est incertum utrumque et unum alterum impedit. Anderer Meinung ist Dr. Uhrig, weil, wer seinen consensus de praesenti obgleich bedingt gegeben, ohne eine Dispens des heiligen Stuhles super matrimonio rato non consummato unfähig ist, eine andere Ehe zu schließen. Ferner beruft sich Dr. Uhrig auf die gesetzlichen Bestimmungen des römischen Rechtes, zufolge deren eine Bedingung, deren Eintritt oder Wirksamkeit von dem durch sie Gebundenen zu vereiteln gesucht wird, als eingetreten und sonach das von ihr abhängige Rechtsgeschäft als erfüllt zu erachten ist. Hiernach wäre derjenige, der eine bedingt eingegangene Ehe durch eine andere unbedingte zu vereiteln sucht, Jenem gleich zu achten, der die Bedingung selbst in ihrer Wirksamkeit zu vereiteln sucht. Mit dem Momente, wo er solche Schritte thut, wäre sohin die Bedingung als eingetreten und

die davon abhängige Ehe als erfüllt anzusehen, sohin die intendirte andere Ehe unmöglich. Hierauf bezieht der genannte Canonist cap. 1. de condit. (siehe 2. B. §. 85).

Wollte die Giltigkeit einer Ehe wegen Nichterfüllung einer der Einwilligung in dieselbe beigesetzten Bedingung bestritten werden, so gilt hinsichtlich des Bestreitungsrechtes §. 117 der Anweisung f. d. g. G. Ö., wo es heißt: Sollte eine bedingte Eingehung der Ehe ausnahmsweise gestattet werden, so kann die Ehe wegen Nichterfüllung der beigesetzten Bedingung nur von jenem Gatten bestritten werden, welcher weder das Vorhandensein des Ausbedungenen fälschlich vorgegeben, oder dessen Nichtvorhandensein absichtlich verschwiegen, noch auch die Erfüllung der Bedingung durch sein Verschulden verhindert hat. Durch die Verzichtleistung auf die Bedingung entsagt er seinem Bestreitungsrechte. Sonach ist des Bestreitungsrechtes verlustig der Gatte, a) der bei der conditio de praeterito et praesenti fälschlich angegeben hat, daß das Ausbedungene vorhanden sei (wenn er z. B. zum Beweise des Vorhandenseins eine falsche Urkunde vorgezeigt, oder sonst durch Lügen, falsche Zeugen oder listige Kunstgriffe die Meinung entstehen gemacht hat, daß das Ausbedungene vorhanden sei; denn dadurch handelt er offenbar widerrechtlich gegen den andern Gatten); oder b) absichtlich verschwiegen hat, daß das Ausbedungene nicht vorhanden sei (da dieß ihm bekannt war, verschwiegen Jenen, denen es daran gelegen war, dieß zu kennen, oder sie gar darüber irre zu führen gesucht und dadurch sich einer widerrechtlichen Handlung schuldig gemacht hat. Ein solcher Interessent ist vorzüglich der andere Gatte, von dem man voraussetzen muß, daß er, wenn der erwähnte Umstand nicht verschwiegen worden wäre, sich besonnen haben würde, die Ehe zu schließen); dann c) der Gatte, der bei einer conditio de futuro Schuld daran trägt, daß die Bedingung nicht erfüllt wurde. Als schuldlos, mithin als berechtigt zur Bestreitung der Ehe erscheint demnach ein Gatte, wenn ihm das Vorhandensein, oder beziehungsweise das Nichtvorhandensein des Ausbedungenen unbekannt blieb und daher die Verschweigung von seiner Seite nicht denkbar war, kurz, wenn er sich in dieser Hinsicht in ignorantia facti befand; wenn er z. B. von einem Bevollmächtigten hintergangen wurde. Auch die ignorantia juris schadet der Schuldlosigkeit des Gatten in Beziehung auf das Bestreitungsrecht nicht und gilt überhaupt die allgemeine Regel, daß der in seinem Rechte gekränkte und zugleich schuldlose Gatte zur Bestreitung der Giltigkeit der Ehe berechtiget sei. Hinsichtlich der Führung des Beweises jener Umstände, von denen das dießfällige Bestreitungsrecht abhängt, ist §. 170 der Anweisung f. d. g. G. Ö. zu beachten. Will ein solcher Gatte die Giltigkeit der Ehe nicht bestreiten, so wird diese pro foro externo als zu Recht bestehend angesehen, was auch dann der Fall ist, wenn auf die Bedingung ausdrücklich oder stillschweigend per copulam spontaneo modo exercitam Verzicht geleistet worden ist. Von selbst versteht sich, was die Canonisten sagen: Conditiones contractibus adjectae non praesumuntur, sed probari debent. Ueber das, was in einem solchen Falle zu beweisen kömmt, vergl. oben §. 230; in Betreff der zuläßigen Beweismittel ist §. 171 der Anweisung f. d. g. G. Ö. wahrzunehmen.

§. 246. Praktische Fälle der bedingten Einwilligung in die Ehe.

1) Causa Sabinen., die 27. Januarii 1691. Dum Simon extrajudicialiter cum amicis suis ageret de contrahendo matrimonio cum Victoria Bononien., die 19. Octobris 1690 Archipresbyterum Cathedralis rogavit, ut ab eadem Victoria, tunc morante in regia Ecclesia Patrum de Mercede consensum reciperet pro denunciationibus faciendis; ad quam Ecclesiam perventus eamdem Victoriam invenit, et ab ea, nemine assistente, exquisivit, an vellet, ut fierent denunciationes matrimoniales pro contrahendis nuptiis cum dicto Simone et praecisum hoc responsum habuit: Ego, Dom. Archipresbyter, nescio quid facere, non libenter ineo hoc matrimonium sine consensu D. matris; quo habito responso idem Archipresbyter ab Ecclesia recessit, seque contulit in Sacrarium, ubi per dimidium quadrantem moratus est, et interim cum ipsa Victoria colloquium habebant idem Simon et quidam Pater Definitor ejusdem Ordinis de Mercede, a quibus denuo vocatus idem Archipresbyter accessit, et ipso ac Patre Definitore et alio teste praesentibus interrogata fuit dicta Victoria: an ipsum vellet in sponsum? et bis respondit: si contenta est D. mater; ad quod Simon infrenuit et ira motus dixit: dum ita est, nihil amplius volo scire de hac re; et simulavit ab ea discessum; tuncque dicta Victoria per binas vices dixit: ego volo te, ego volo te; et statim Pater Definitor et Simon matrimonium factum esse dixerunt. Victoria autem denunciationes fieri renuit, et Archipresbyter tam Definitori, quam uni alteri, Antonio dixit: Estote testes ad id, quod successit; quod factum constabat ex attestatione Archipresbyteri, ex quo etiam apparebat, eamdem Victoriam in die secuti discursus ipsum Archipresbyterum vocasse et verba praestiti consensus revocasse dicendo, se de asserto matrimonio nihil amplius facturam, quia fuerat decepta.

Ex his praetendens Simon matrimonium esse irrevocabiliter contractum per verba de praesenti, ex quo dictus P. Definitor attestabatur de praeparatoriis antecedentibus actibus per multos menses et ex reiteratis colloquiis cum ipsa Victoria habitis, nec non etiam alter testis cum dicto P. Definitore in testem ad dictum actum adhibitus, eo praesertim, quia constabat de consensu pro denunciationibus faciendis et praeordinatis a muliere privata licet informi scriptura praecedenter facta. E contra dicta Victoria matrimonium omnino negans et ab actibus dicti asserti consensus contra Simonem et P. Definitorem assidue reclamans, maxime attenta pingui ejus dote et conspicuitate natalium ac malis dicti Simonis statu ac moribus extrajudicialiter institit pro liberatione ab hujusmodi molestiis penes Ordinarium, qui nihil judicialiter peracto omnia ad S. Congregationem remisit et partibus certioratis remissioni sese subjecerunt, responsum exspectantes absque deductione jurium. Ideo supplicatum fuit responderi, an constet de asserto matrimonio per verba de praesenti, et illud ex his sit vere contractum? S. C. C. resp. negative.

Nicollis bemerkt zu dieser Entscheidung: Censeo, ex duplici capite negativam prodiisse resolutionem; a) quia Victoria interrogata a Simone, an ipsum vellet in sponsum, bis ita respondit: si est contenta D. mater; Simonque haec protulit: dum ita est, nolo quidquam aliud sire. Ex quo patet consensum utrimque non intervenisse; nam mulieris fuit consensus conditionatus et viri nullus fuit consensus explicitus per verba de praesenti, sed potius apparet ex ejus responsione, eum a consensu, quatenus ante intervenisset, recessisse, adeo ut dicendum sit, contractum deficere in substantialibus; requiritur mutuus conjugum consensus de praesenti (te accipio in meam, habeo te in uxorem, volo te in uxorem et similia); nostro autem in casu non constat, aliquod ex his verbis fuisse a Simone prolatum, sed solum interrogatam Victoriam ad effectum perscrutandi mentem et intentionem illius, nullo demonstrato per ipsum Simonem consensu et intentione contrahendi per verba de praesenti. b) Etsi intervenisset consensus viri per verba de praesenti, tamen deficiebat consensus mulieris, quia ille ab ipsa praestitus erat conditionalis (si est contenta mea mater); haec conditio suspendebat matrimonium usque ad illius eventum; in omnem casum opus fuisset inquirere, an mater Victoriae consentiret vel non, quia, si conditio de praesenti vel de praeterito adjecta matrimonio est vera, statim est validum matrimonium, si vero est falsa, statim est irritum. Nec obstat, quod Victoria post renuentiam a Simone obtentam statim dixerit: ego te volo; vel quia hic consensus superventus non sufficit, dum non constabat, antea intervenisse consensum viri per verba de praesenti, vel quia cum primus consensus Victoriae aut defuit aut fuit minus legitimus, utpote conditionalis, non sufficit illum fuisse libere postea praestitum, nisi denuo vir consensisset, de cujus consensu explicato per verba de praesenti non constabat, potius ex verbis: si ita est etc. patet revocatio prioris consensus, quidquid sit, an haec verba fuerint prolata simulative, quia judex attendit nudum factum, non scrutando intentiones occultas.

2) Causa Eystetten. die 21. Junii 1732. Dieses Rechtshandels ist bereits im 1. B. §. 65, S. 509 und §. 70, S. 512 Erwähnung geschehen. Hier kömmt derselbe wieder zur Sprache, weil die Ungiltigkeitserklärung der Ehe zwischen Johann Anton und Christina aus dem Grunde einer nicht erfüllten Bedingung in Anspruch genommen wurde. Es heißt in dem bei der S. C. C. super hac causa erstatteten Referate: Quod spectat ad alteram nullitatis causam, quam Joannes infert ex conditione matrimonio inserta, tres articuli, de quibus testes rogati fuere, his verbis concepti erant: »1) an et quomodo testis sciat, quod memoratus Antonius Bauer in suo primo coacto contractu matrimonii cum Christina Wermichin expresse et intelligibiliter adjunxerit, quod non aliter se ipsi despondeat, nisi cum conditione, ut ipsum realiter et cum effectu in patriam suam sequatur? 2) an et unde testis sciat, quod memoratus Bauer durante cohabitatione cum Christina semper constans permanserit in voluntate redeundi in patriam, et saepius urserit seu instantiam fecerit? 3) an non ipse testis notitiam habeat, quod memoratus Joannes Antonius Bauer suam conditionem, sc. ut illa cum ipso in patriam proficiscatur, aliquando revocaverit, aut

e contrario etiam post susceptas duas proles in prima illa conditione, ut illa secum in patriam proficiscatur, immutabilis permanserit?« A testibus responsum ita fuit. Ad 1) Testamur cum certa veritate, quod Christina Wermichin ipsi Antonio Bauer promiserit, se cum ipso in ejus patriam profecturam. Ad 2) Ita est et semper audivi ab Antonio Bauer, quod constans permanserit et semper intentionem habuerit cum ipsa in suam patriam proficisendi. Ad 3) Ita possumus testari secundum nostram conscientiam et obligationem, quod semper intentionem habuerit ipse Antonius, quia ipsa promiserat, se eum secuturam in patriam, sed his promissis non stetit.

Erit igitur perpendendum, an ex his satis constet de adjecta conditione, et an haec haberet potius naturam modi sive pacti, ut uxor comitari deberet virum in patriam reversurum; quae quidem pactio valide potuit apponi, sed ejus violatio locum dare nequit irritationi matrimonii (Rota in Asculana matrimonii). Praeterea si etiam ageretur de vera et propria conditione, quae, ubi sit de futuro contingente, matrimonii valorem suspendit, videndum esset, an consummato ante eventum conditionis matrimonio censeri debeat fuisse recessum a conditione et virum absolute in matrimonium consensisse (cap. 3. 5. 6. de condit. apposit.); potissimum vero in eo loco, in quo ob non factam S. Concilii Trident. promulgationem servanda non erat forma ab eo praescripta, sed solo contrahentium consensu poterat matrimonium iniri vel confirmari.

Mit Beziehung auf diese in der Sitzung der S. C. C. vom 17. November 1731 gepflogenen Erwägungen wurde in der Sitzung vom 9. Februar 1732 bemerkt: Tertia, quae proponitur, nullitatis ratio promanat a conditione, quam Joannes Antonius matrimonio adjecit, nimirum si Christina se comitem adjungeret marito in patriam catholicam reversuro et catholicam religionem amplecteretur. Quid documenti ad hujusmodi conditionem in facto probandam afferatur, supra relatum est. Quid vero momenti habere possit, perpendendum est. Certe si talis conditio censenda esset habere potius naturam modi sive pacti, ejus violatio locum dare non posset irritationi matrimonii, ut de pacto habitandi in certo loco tradunt Sanchez, Pontius et sequitur Rota in Asculana matrimonii 6. Maji 1715, 31. Januarii 1716 et 26. Februarii 1717 coram Rev. Crispo. Caeterum ubi etiam agatur de vera et propria conditione futurum eventum respiciente, adeoque suspensiva valoris matrimonii, illud obstat, quod consummato ante ejus adventum matrimonio recessum fuisse videtur ab ea conditione et absolute praestitus in matrimonium consensus censetur. Sed in casu proposito notandae sunt peculiares facti circumstantiae. Nuper enim a Curia Episcopali jussu S. Congregationis interrogatus Joannes Antonius juratus respondit, se non aliter cum Christina contraxisse, nec se habuisse intentionem aliter contrahendi, quam ut mulier ipsum rediturum in patriam catholicam comitaretur, ibique deposito errore matrimonium iterum contraheret catholico ritu. Praeterea conjugium cum Christina initum nec antea nec postea habuisse pro valido, usquedum ea conditionibus illis in ipso contrahendi actu expressis et ab ipsa acceptatis satisfecisset; nullo tempore se ab eo proposito recessisse; numquam consensum pure et absolute ac independenter a memorata conditione

nec exterius nec interius in matrimonium praestitisse. Quin etiam semper se existimasse illicitam consuetudinem cum Christina, veluti non legitima uxore; et filium ex ea susceptum post tales nuptias se censuisse illegitimum, sed tamen legitimandum per subsequens matrimonium, quod juxta praemissas conditiones sperabat more catholicorum rursus ineundum in patria. Hoc igitur posito, judicium videri posset faciendum, non secundum interpretationem, quam conditiones illae per se et in abstracto consideratae forsan postularent, sed juxta animum mentemque ipsius Joannis Antonii, praesumtionem scilicet legis vincente veritate et ex contrahentis sententia formam suscipiente contractu, cui vim dare debuit ejus voluntas. Sic enim, quamquam conditio impossibilis adjecta matrimonio non officiat ejus validitati, sed habeatur pro non adjecta (cap. fin. de condit appos.): nihilominus si contrahentes aut eorum alter conditionem illam putavit possibilem, vel hanc canonici Juris Constitutionem ignoraverit, vel conditionem utcumque impossibilem sciens et prudens serio adjecerit, matrimonium redditur irritum ex defectu consensus, qui tali conditioni fuerat affixus, ut fuse probant DD.

Aus den oben erwähnten Zeugen-Aussagen folgert der Referent: Si responsum hoc explicetur juxta sensum interrogationis, videtur inferri posse, Christinam acceptasse conditionem vel suspensivam vel resolutivam matrimonii in casu, quo noluisset comitari virum reversurum in patriam suam. Eventus ipse comprobavit, Christinam matrimonium contraxisse dissolubiliter; nam postquam Joannes Antonius ab ea divertit, rediitque in dioecesim Eystadiensem, Christina alteras nuptias reipsa iniit cum alio Saxone. Factum igitur subsequens pandit, qua mente quove proposito matrimonium antea initum fuerit. Haec quoad Christinam. Quantum autem attinet ad Joannem Antonium, certe, si pro vero habeatur, quidquid ille de seipso ac de Christina circa matrimonium hoc affirmavit, manifesta atque indubitata videtur nullitas ejusdem matrimonii, cum pronum inde sit intelligere, eum non voluisse contrahere matrimonium validum, perpetuum, insolubile et habens rationem Sacramenti. Inter caetera enim sic ille ad sextam interrogationem respondit: »Se non aliter cum Christina contraxisse aut intentionem aliter contrahendi habuisse, quam ut Christina ipsum in patriam suam catholicam comitaretur, ibidem fidem catholicam amplecteretur et more catholicorum consensum renovaret ac cum ipso copularetur. Contractum cum Christina initum nec antea nec post pro valido in tantum habuisse, usquedum Christina modo dictas conditiones sine exceptione adimplesset, quas conditiones tempore contractus expressis, ut ait, verbis Christinae in faciem insinuavit et ipsa acceptavit; et se numquam cum ipsa contracturum fuisse, si illum contractum pro indissolubili habuisset.«

Cardo itaque difficultatis vertitur in qualitate probationis; nam in foro externo fidem non esse adhibendam conjugibus impugnantibus valorem matrimonii jam contracti, rescripsit Coelestinus III. in cap. super eo, de eo, qui duxit. Verum occurrit animadvertendum, quod Pontifex non absolute et omnino confessionem conjugum rejicit, sed solam eorum confessionem; inquit enim: »Propter eorum confessionem tantum vel rumorem viciniae se-

parari non debent, cum et quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere.« Quamobrem ubi collusio in suspicionem non veniat et confessio aliis fulciatur argumentis, haec repellenda minime videtur. Sic enim, adstipulante publica fama, attendi confessionem conjugum de impedimento consanguinitatis matrimonium dirimente, probat textus in can. si duo, C. 35. qu. 6. et observat etiam glossa in cap. cit. super eo, verb. confessionem in fin. (vergl. §. 224). Circumstantiae autem, quae confessioni a Joanne Antonio editae favent, hae sunt: a) quod matrimonium cum Christina contraxit coactus a magistratu, ut jurati etiam affirmant tres testes Lutherani. Quamvis autem coactio fortasse injusta non fuerit, non parum tamen valet ad suadendum, quod ejus mens aliena fuerit a contrahendo matrimonio perpetuo ac insolubili; b) quod cum ipse Joannes Antonius asseverat, se in ipso actu contrahendi haec protulisse verba: »Christina, si me secuta fueris etc. (ut supra)«, asseverationi huic fidem conciliant memorati tres testes, qui, licet non tam disserte, in summa tamen probant, Joannem Antonium exigere voluisse a Christina promissionem commigrandi in ejus patriam catholicam, eumque ad id urgere ipsam Christinam numquam destitisse; c) quod confessio Joannis Antonii edita est in judicio et jurejurando confirmata juxta interrogationes, quas haec S. Congregatio ei proponendas praescripsit a Curia Episcopali; d) quod veritatem ejusdem confessionis confirmat etiam, ut diximus, factum ipsius Christinae, quae cum noluerit sequi Joannem Antonium, matrimonium habuit pro dissoluto et alterum cum alio viro contraxit; e) demum, quod Joannes Antonius nullo urgente, sed ultro et sponte, prius Curiae ecclesiasticae, deindeque etiam Sedis Apostolicae opem imploravit, ut saluti animae suae consuleret; non est itaque verisimile, quod exponendo falsum et falsum etiam jurando ac subreptitiam dispensationem deinde obtinendo ad contrahendum secundum matrimonium cum Anna consobrina velit se tot criminibus obstringere, cum (si adeo improbo comparatus animo esset) facile ei sit reverti in regionem haereticam, ad quam magnis invitatur promissis.

Um die noch nicht genug aufgehellten Particen dieses Rechtshandels zu beleuchten, wurde der Bischof in Anspruch genommen, 1) ut indagaretur, an et quomodo matrimonium illud descriptum fuerit a ministro catholico, coram quo fuit contractum; 2) ut rursus interrogarentur ii, qui jam ante de conditionibus ad hoc matrimonium spectantibus testimonium dixere, ut clariora, si posset, haberentur responsa; c) ut de iis, quae juratus affirmaverat memoratus Joannes Antonius Bauer, rite etiam audiretur Mathias Christophorus ejus pater; d) ut mitteretur exemplum decreti, quod instante Christina editum fuisse asserebatur a magistratu pro divortio vel conjugii dissolutione; e) denique, ut adhibita Missionariorum opera exquirerentur alia documenta, per quae robur posset accedere narrationi editae ab ipso Joanne Antonio Bauer, et exploratior fieri veritas circa conditiones et circumstantias, ab eo expositas, de quibus supra actum fuit. Respondit nuper Episcopus, omnem se adhibuisse diligentiam, ut a ministris acatholicis clarius redderetur instructus de modo ac de conditionibus initi matrimonii inter Joannem Antonium et Christinam; sed irritum fuisse laborem in id impensum.

Pervigilant enim (ut inquit) singulari studio, ne quid prodeat documenti, cujus ope nuptiae illae possint de medio tolli, cum ex interposito alteris nuptiis contrahendis impedimento sperent fore, ut Joannes Antonius cum omnibus liberis ad eorum partes pertrahatur.

Nihil igitur aliud efficere potuit Episcopus, quam ut examini subjiceretur Mathias Christophorus, pater memorati Joannis Antonii. Ea vero, de quibus interrogatus ille fuit, haec sunt: »1) an et quando notitiam acceperit a suo filio Antonio de contracto primo matrimonio cum Christina Wermichin; 2) utrum filius Antonius statim ab initio de conditione, quod Christinam non aliter duxerit, quam si cum ipso in patriam suam proficisci et ibi catholicam fidem amplecti velit, mentionem expressam fecerit; 3) utrum filius Antonius mentionem fecerit, quod in patria ritu catholico denuo velit copulari et utrum illa promissio oretenus vel scriptotenus fuerit facta; 4) an ipsemet Mathias Christophorus Bauer in Saxoniam profectus sit et quid ibi in hac causa perceperit; 5) utrum Christina appositam, ut praefertur, conditionem acceptaverit et confessa sit; 6) utrum constitutus cum praefata Christina ipsemet locutus fuerit et ratione adjectae conditionis illam interrogaverit; 7) quare Christina non adimpleverit isthanc conditionem; 8) utrum deponenti Mathiae Christophoro Bauer notum sit, quod Antonius filius, durante cum Christina cohabitatione, numquam cesserit a conditione superius memorata; 9) anne deponens haec omnia etiam a civibus Zeillenrodianis, utpote testibus in priori attestato Romam transmisso, audierit et perceperit.« Quae vero juratus respondit Mathias Christophorus, his verbis concepta sunt: »Ad 1) se nullam antea habuisse de illo notitiam, alias enim se opposuisset, vel saltem contra illud protestatus fuisset, prout filius Antonius pariter protestatus est; ad 2) postquam filius Antonius jam ad copulationem coactus fuit, tum demum a filio notitiam se habuisse, qua habita se absque induciis in Saxoniam contulisse, ubi Antonius filius aeque ac Christina Wermichin libere edixerunt, se sibi invicem promisisse, quod ambo velint in Pleinfeldam reverti et Christina inibi fidem catholicam amplecti; huic responso se tunc aquievisse, sed Christinam neutiquam promissis suis stetisse, imo potius conatam fuisse, ut filium suum Antonium ad Lutheranam sectam traduceret; hinc etiam impedivisse reditum in patriam catholicam. Ad 3) quod hoc ipsum tam filius Antonius, quam Christina Wermichin oretenus et stipulata manu promiserint, et nisi promisissent, quod non discessisset ex Saxonia, imo et filium suum in patriam secum reduxisset. Ad 4) ex professo in Saxoniam ad filium suum se contulisse et supra memoratam conditionem adjectam fuisse, ex ore filii et Christinae Wermichin comperisse. Ad 5) istam conditionem a Christina stipulata manu acceptatam et contestatam fuisse, prout ex superioribus responsis penitis patet. Ad 6) omnino se cum Christina de hac conditione collocutum fuisse, quae respondit, quod cum Antonio filio suo velit Pleinfeldam commigrare, ibidem domicilium figere et fidem catholicam amplecti. Ad 7) quia perverso et iniquo adversus Antonium filium portabatur affectu, non dubitans, quin secuta semel copulatione, ipsum pervertere posset, qua vellet, adlaborante praecipue praecone Lutherano. Ad 8) pastorem acatholicum in Zeillenroda

crebras ideo instantias fecisse, cumque in finem filio Antonio librum haereticum ad aedes misisse, quem vero ille quanto citius remisit cum addito, se in religione catholica permansurum sub spe servandorum a Christina promissorum. Ad 9) a praelibatis civibus Zeillenrodianis se non solum oretenus percepisse, quod conditio iterum facta fuerit expresse apposita, verum etiam se praesentem fuisse, quando nunc dicti cives Zeillenrodiani manum et sigillum apposuerunt.« Concludit tandem Episcopus, quod nisi beneficio Apostolicae dispensationis liceat Joanni Antonio nubere Annae consobrinae suae, ex qua jam quinque filios suscepit, proclamatum videri potest de septem animarum salute, cum vehementer timendum sit, ne familia tota a catholica religione desciscat.

Conjunctis igitur iis, quae supra fuerunt exposita, cum caeteris documentis, quae alias relata fuere, id potissimum videtur investigandum, an satis dici possit constare tum ex jurata confessione ipsius Joannis Antonii Bauer, tum ex priori trium Saxonum ac ex novissima Matthiae Christophori testificatione, tum denique ex caeteris argumentis et adminiculis, quod primum matrimonium contractum fuerit cum expressa conditione dissolubilitatis in eventum, quo Christina comitari noluisset virum in patriam suam catholicam reversurum, eamdemque orthodoxam religionem amplecti, ita quidem, ut conditioni huic affixus fuerit utriusque contrahentis vel saltem viri consensus, proindeque eadem conditio, utpote naturae matrimonii repugnans, illud omnino vitiaverit, irritumque effecerit. Die Entscheidung der S. C. C. in dem vorliegenden Rechtsfalle haben wir im 1. B. §. 65 S. 509 angeführt.

3) Causa Tridentina matrimonii, die 27. Junii 1646 (verhandelt bei der Rota coram Celso). In Capitulis matrimonialibus inter Jacobum Ferum et Evam Schaiteram initis conventum fuit, quod idem Fero teneretur habitare in Germania et praecipue Augustae sive Bulsani. Verum ob aëris intemperiem sibi penitus adversi et inimicitias capitales contractas non poterat ibi morari, nisi cum maximo vitae discrimine; ideo ad civitatem Bononiae ejus patriam una cum dicta uxore se conferre decrevit; sed recusante ipsa a Germania discedere et lite in partibus introducta plures emanarunt hinc inde sententiae. Prima nempe ad favorem Jacobi, secunda vero et tertia illius moderatoriae, a quarum ultima cum appellatio fuerit mihi commissa, proposui dubium: an Ferus teneretur servare pactum de non traducendo uxorem extra loca conventa? Et Domini ipso tantum informante fuerunt negativam amplexi. Nam licet satis controversa sit quaestio, an pacta hujusmodi inter conjuges de non recedendo a certo loco veniant de jure servanda, certum est tamen, quod quando justa et legitima supervenit causa, ob quam maritus in loco convento inhabitare non valet, tunc uxor tenetur eum sequi, etiam non obstante pacto. Quae opinio procedit, etiamsi hujusmodi pactum fuerit juramento vallatum. In proposito autem casu satis docet Ferus de supervenientia justae causae, dum probat necessitatem recedendi a locis conventis et revertendi ad patriam ad effectum se liberandi ab infirmitatibus jam incursis, ut constat ex depositionibus testium, et praecipue medicorum, quibus tamquam in arte peritis standum

est; quae quidem causa infirmitatis ad effectum, de quo agitur, justa et sufficiens reputatur, quod in specie valet de infirmitate contracta vel periculo illam contrahendi ob coeli intemperiem et aëris insalubritatem. Concurrit etiam causa inimicitiae contractae in dictis locis, ut deponunt testes, quam pariter esse legitimam et sufficientem probant DD., et quod Jacobus omnia sua bona habet Bononiae et nihil penitus possidet in locis praedictis, nec in tota Germania, ita ut male et cum maxima jactura suae substantiae ibi domicilium perpetuum retinere possit. Et hanc sententiam eo libentius DD. fuerunt amplexi, quia causa recedendi ab hujusmodi pactis remittitur ut plurimum arbitrio judicis, qui perpensis omnibus circumstantiis potest ex facti contingentia omnia suo arbitrio moderari. Et in dubio, cum arbitrium reguletur a jure, eam judex debet capere resolutionem, quod uxor virum sequi teneatur (can. magnaeque, C. 13. qu. 2), praesertim quia alias daretur occasio incontinentiae.

Allein unter dem 15. März 1652 entschied dieselbe Rota (coram Roxas), non esse procedendum ad ulteriorem sententiae praefatae executionem, quia certa est conclusio, quod hujusmodi pacta, ut vir cum uxore in certo loco commorari teneatur, ut licita servanda sunt. Et quamvis haec conclusio non procedat, quando ex probabili causa, non autem malitiose et culpa sua conjux a determinato loco se absentare cogatur, quo casu praedicta pacta non ligant, sed uxor tenetur eum sequi pacto non obstante: nihilominus in praesenti, licet ad hunc effectum pro causa discessus adductum fuit, quod solum germanicum sit minus salubre, et quod sub eo vir contraxit inimicitias capitales, quod satis est, ut spreto pacto ipse aliunde migrare possit: praedictae tamen causae non fuerunt per Ferum concludenter probatae, prout fieri debuerat. Siquidem quoad inimicitias, praetermissa nullitate examinis testium, non comprobatur illas esse capitales, prout requiritur ac in omnibus Germaniae partibus, quas omnes pactum comprehendit, quin imo testes deponunt, quod ipsae uti leves juxta regionis morem possunt facile componi. Quo vero ad aëris insalubritatem, illa pariter non remanet comprobata respectu totius Germaniae, ad quam pactum legitur generice restrictum, dum testes deponunt solummodo quoad locum Bulsani, quod etiam admissum non relevat, cum pro observantia pacti satis sit, insalubritatem aëris non comprehendere totam Germaniam, ad quam commoratio restricta fuit. Itaque cum istae causae adductae pro discessu non videantur satis justificatae, sustinendum est uti licitum pactum praedictum de commorando in Germania et consequenter sententia Rotalis condemnans Evam ad sequendum et cohabitandum cum viro extra dictam regionem ex defectu concludentis probationis remanet injusta, sicque non est locus ejus executioni.

4) In quaestionibus canonicis et moralibus bespricht Benedict XIV. sub qu. 148 und 368 einen zu Lyssabon vorgekommenen bei der S. Congregatio Concilii verhandelten Fall einer bedingten Eheschließung (causa Ulixbonen. occidental. nullitatis matrimonii). Es handelte sich um eine dem Wesen der Ehe widerstreitende Bedingung. Joanna Agnes de Almada Cardine, ut propriae consuleret existimationi, quam labefactam esse sciebat vel ex defloratione, quam passa fuerat a Ludovico Quifel Barberino, ut ipsa exposuit in precibus exhibitis

huic S. Congregationi, vel ex nimio tantum ad domum suam accessu, qui per aliquod temporis intervallum ab eodem Ludovico est habitus, ut ipsa Joanna Agnes est confessa in apoca mox memoranda, apocam proprio charactere subscripsit die 6. Maji 1718 sequentibus verbis conceptam: »quantunque il Signor Lodovico Quifel Barberini non deve cosa alcuna al mio onore ec. con tutto ciò come l'opinione di questo è persa per la facilità e continuazione, colla quale i miei Genitori lo conducevano alla mia casa, dimandando al detto risarcisse questo mio discredito, ricevendomi per sua moglie li prometto dal giorno, in che ciò succeda, di eleggere dentro quindici giorni un Convento, e professare immediatamente nel fine dell' anno lo stato di Religiosa o in questo Convento della Rosa, o in altro, e di non usare mai del matrimonio, nè consumarlo, per il che al presente per allora rinunzio ad ogni Jus, che posso io avere nella persona del detto Signore, il che faccio di molta mia libera volontà, senza alcuna violenza, e mancando io ad alcuna di queste condizioni, non ho dubbio, che il detto matrimonio sia, e si giudichi, come se non fosse mai statto fatto, per il che al presente per allora do il mio libero e constante consentimento;« et cum hac mutua intelligentia, quae fuit testibus matrimonialibus notificata contractum fuit matrimonium inter Joannam Agnetem et Ludovicum, illudque numquam fuisse dicitur consummatum.

Quod pariter haec eadem mutua contrahentium intelligentia (daß die Braut 14 Tage nach geschehener Trauung sich in ein Kloster zurückziehen, und nach Einjährigem Noviciate das feierliche Ordensgelübde ablegen müsse, daß sie ferner sich jedes ehelichen Zusammenlebens enthalten und die Ehe nicht consummiren würden, zu welchem Zwecke die Braut auf jedes Recht verzichtete, was ihr aus der Eheschließung auf die Person des Senators Barberinus zustehen könnte mit der formellen Erklärung, daß, wenn eine dieser Bedingungen nicht erfüllt würde, die Ehe sofort betrachtet werden solle, als wäre sie nie geschlossen worden) fuerit notificata parocho (Priori parochialis Ecclesiae S. Laurentii a Patriarcha substituto et electo, ut praevia dispensatione super denunciationibus matrimonio interesset) et testibus, qui matrimonio interfuerunt, desumitur ex depositione eorumdem testium, qui unanimiter referunt, sibi fuisse perlectam apocham, antequam matrimonium contraheretur, ejusque tenorem et causas fuisse sibi oretenus a Ludovico expositas, parochumque dixisse: »questo matrimonio si fa nella forma riferita, perchè questa Signora è briosa, vuol vivere nello stato di Religiosa con credito ed onore,« et Nicolaus Ferrandez alter ex testibus sacramentalibus subdit, praedicta omnia fuisse a Ludovico repetita in ipso fere actu matrimonii et immediate post. Quod denique paulo post apochae confectionem ejusque notificationem parocho et testibus factam celebratum fuerit matrimonium, dignoscitur ex serie temporis; cum apocha fuerit confecta die 6. Maji 1718, nocte ejusdem diei fuerit perlecta parocho et testibus, ejusque tenor omnibus praedictis manifestatus et die immediate sequenti, 7. scilicet Maji, hora decima contractum fuerit matrimonium.

Der Senator willigte also nur in diese Trauung ein zu dem Zwecke, der Johanna von Almada dadurch eine Art von Genugthuung zu leisten, weil deren

Ruf durch die häufigen Besuche derselben in der Stadt sehr gelitten hatte, keineswegs aber war es ihm um eine ernstliche eheliche Verbindung mit derselben zu thun, wie dieß aus der mit ihr getroffenen Uebereinkunft hervorgeht. Kaum waren aber acht Tage nach der Trauung vorüber, so führte Johanna von Almada Klage bei dem General-Vicariate des Patriarchates von Lissabon gegen Barberinus auf Vollziehung der Ehe und durch Urtheil vom 18. Juli 1718 entschied dieses auf den Grund hin, daß, da die Bedingungen in dem Momente der Eheschließung (in ipso actu matrimonii) nicht wiederholt worden seien, rechtlich, wenigstens für das forum externum, angenommen werden müsse, daß man dieselben aufgegeben habe und das matrimonium (quod voluntarie et sine ulla coactione fuerat contractum) giltig sei.

Appellatione ad Nuntiaturam interposita Auditor praecedentem sententiam revocavit, et die 14. Octobris 1718 pronunciavit, bene fuisse appellatum ea potissimum allata ratione, quod appellans non poterat cogi ad obsequia matrimonialia erga appellatam, nisi plene constito in judicio ordinario de validitate matrimonii, de qua maximopere dubitandum erat propter multos et gravissimos Doctores, qui ejus nullitatem propugnabant, delataque subinde causa ad duos judices delegatos, fuit ab his pronunciatum pro validitate matrimonii, revocata intermedia sententia Auditoris Nuntiaturae et confirmata alia praecedenti Vicarii Patriarchalis, uti desumitur ex tenore sententiae edita die 11. Augusti 1719, cujus momentum constitutum fuit in eo, quod in ipso actu matrimonii non fuerint repetitae conditiones praecedenter expressae inter contrahentes; ibi: »Item testes assistentes matrimonio illud sine aliqua conditione contractum autumant et licet ante contractionem conditiones protestarentur, necesse tamen est, quod proveniret protestatio in ipsa contractione, dum de praesenti loquitur: contraho tecum; nam si postea pure contrahit, ab illa prima voluntate recessisse videtur.«

Habito adversus hanc sententiam recursu a Ludovico ad Sedem Apostolicam exhibitoque huic Sac. Congregationi supplici libello, scriptum fuit Nuntio Apostolico pro informatione, eademque ad Urbem transmissa, ipsoque tantum informante, proposita causa in Congregatione habita die 16. Martii 1720, nulla fuit resolutio capta, sed ad propositum dubium: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« S. Congregatio respondit: »Dilata et examinentur formiter parochus, uterque conjux et testes matrimonii, quatenus non fuerint examinati formiter;« ommissisque protestationibus et aliis actibus judicialibus tum ex parte viri tum ex parte mulieris, eo tandem res devenit, ut habitis a Ludovico causae actis iter erga Urbem arripuerit, superventaque eidem in itinere periculosa infirmitate, ita ut in civitate Matritensi suum condiderit testamentum, in quo de nullitate matrimonii a se contracti novam emisit declarationem, Romam tandem sanitate recuperata advenerit, instantiam in hac S. Congregatione promovit pro executione rescripti alias editi die 16. Martii 1720 juxta ea, quae in superioribus dicta sunt, et die 31. Julii 1723 responsum fuit pro executione decretorum, et quod praefigeretur terminus mulieri ad sua jura deducenda in hac S. Congregatione.

Cohaerentur ad haec transmissa fuit ad civitatem Ulixbonen. consueta epistola hujus S. Congregationis et Ludovicus hic in Urbe citata parte se examini subjecit, impetrataque subinde a s. m. Innocentio XIII. commissione huic S. Congregationi directa pro causa hac matrimoniali, in eadem fortius radicanda, pluraque impedimenta, quae in Scriptura et Summario fuse legi possunt, interposita fuerunt, ne illa in hac Sac. Congregatione pertractaretur, ita ut procurator mulieris, qui juxta solitum apposuerat nihil transeat in Secretaria, ad me accesserit et ingenue insinuaverit, se amplius in hac causa comparere non posse, ex quo sibi fuerat a Joanna revocatum mandatum ad comparendum, cumque facta horum omnium relatione in hac Sacra Congregatione ab ea fuerit die 20. Novembris anni praeteriti rescriptum, quod causa proponeretur in Congregatione ab Emmo Praefecto destinanda, disputandum in praesenti proponitur dubium: »An matrimonium sit nullum in casu etc.?« Sacra Congregatio respondit: »Ex hactenus deductis matrimonium esse nullum;« die 18. Julii 1724.

Haud urget, so bemerkt der Secretär der S. Congregatio Concilii, quod conditiones saepe memoratae non fuerunt in actu matrimonii appositae, sed quod consensus fuit liber et absolutus, ita ut a praecedentibus conditionibus videatur recessum, in quo rerum themate standum est pro validitate matrimonii juxta celebrem glossam in cap. Tua nos, verb. mulierem, de sponsalib. (vergl. §. 224). Praetermisso quippe, quod hoc assertum glossae sibi vindicat locum, quando protestatio emissa fuit ab altero ex contrahentibus, vel conditio ab altero ex contrahentibus apposita fuit, altero ignorante, quum in hac hypothesi verificetur dolus; secus autem, quando tenor protestationis vel conditionis devenit ad notitiam alterius ex contrahentibus, uti cumulatis concordantibus probat Sanchez: vis major (ein größeres Moment für die Entscheidung, als in dem Vorgetragenen) constituitur in singularibus facti circumstantiis; si enim apocha, in qua conditiones continentur, fuit instante muliere ab advocato composita, si ipsa scripsit, sibi sufficere proprii honoris incolumitatem, qua concurrente professionem emittere volebat religiosam, si die 6. Maji apocham conditionibus repletam subscripsit, si a viro quoque consulti fuerunt Theologi super apochae validitate, si proprius contrahentium parochus credidit, se non posse huic matrimonio, utpote conditionato assistere, ita ut hac de causa praevia Patriarchae licentia Prior S. Laurentii matrimonio interfuerit, si paulo ante matrimonium vir et parocho et testibus aperuit, se matrimonium contrahere ad apocham et juxta tenorem ipsius: omnia haec simul juncta ostendunt, imperceptibile esse, quod in actu matrimonii ab hisce conditionibus recedere voluerit et eo fortius, quum nocte diei 6. Maji apochae manifestatio facta sit parocho et testibus et die sequenti hora decima contractum sit matrimonium absque eo, quod ullum fuerit datum a muliere signum recedendi ab apocha, quam ipsa procuraverat et die immediate praecedente subscripserat, et deficiente verisimilitudine recessus non videtur dubitandum de nullitate matrimonii, ut in his praecisis terminis firmant Lacroix, Pignatell.

Ein anderer Grund, auf welchen hin in causa Ulixbonen. die Giltigkeit

der Ehe aufrecht erhalten werden wollte, wird in der hierüber bei der S. Congreg. Concilii gepflogenen Verhandlung also erörtert: Minus refragatur, quod vir habuisse dicitur copulam cum muliere, hinc inferendo ad recessum a protestationibus et a conditionibus, uti probat textus in cap. per tuas, de condit. appos. et in cap. Insuper, qui matrim. accus. Copula siquidem haec debet subsequi matrimonium, ut per eam dici valeat recessum fuisse a conditionibus, et hujus subsequentis copulae nulla fit mentio in duabus sententiis de partibus, in quibus momenta rationum afferuntur pro supposita matrimonii validitate. Constanter ulterius haec copula a Ludovico negatur, et quatenus eadem intercessisset, non suffragaretur ad effectum, de quo agitur, quum recessus a protestatione per copulam subsecutam procederet de Jure canonum, secus autem de Jure conciliari, uti bene ponderat Sanchez. Addunt scribentes, modo supra exposito contractum matrimonium esse habendum pro matrimonio ficto ex honesta tamen causa reparandi honorem mulieris, in quo rerum themate de ejus nullitate non est dubitandum juxta textum in cap. Tua nos, de sponsal.

Die hier in Rede stehende Ehe wurde demnach ungiltig erklärt, weil die Bedingungen, welche die Contrahenten ihrer Einwilligung zu Grunde legten, der Wesenheit, dem wesentlich inneren Gehalte der Ehe widerstreiten, und nach den vorliegenden Umständen als gewiß und bewiesen anzunehmen war, daß die Ehegatten auch im Momente der Eheschließung von den erwähnten Bedingungen nicht abgegangen seien. Die Beweisfrage war: Ist die Bedingung für beigefügt zu erachten? War diese zu bejahen, so verstand sich die Richtigkeit von selbst, weil die Bedingung contra substantiam matrimonii ging. Die Richter der beiden ersten Instanzen waren der Ansicht, die ausdrückliche Zufügung der Bedingung im Momente der Eheschließung sei zur Giltigkeit der Ehe nothwendig, und wegen des Mangels dieser Beifügung hielten sie die Ehe für unbedingt geschlossen. Die S. C. C. aber glaubte, daß aus den Umständen das Setzen der Bedingung erwiesen und zwar so erbracht sei, daß man daraus schließen müsse, es sei auch die Bedingung coram parocho et testibus nicht aufgegeben, der Consens also bedingt erklärt; deßhalb erklärten sie die erwiesenermassen mit einer contra substantiam matrimonii gehenden Bedingung geschlossene Ehe für nichtig. Wie gerade diese Umstände normgebend waren, beweist, daß die Entscheidung lautet: Ex hactenus deductis matrimonium esse nullum. Da ferner auch in dem vorliegenden Falle eine Mittheilung der Bedingung an den Pfarrer und an die Zeugen stattgefunden hatte, so ergibt sich die Unrichtigkeit der im §. 244 erwähnten Ansicht, zufolge deren die Unterlassung einer solchen Mittheilung der Giltigkeit der Ehe nicht abträglich sein soll.

5) Causa Barchinonen., die 27. Maji 1734. Contractis mense Julio 1731 sponsalibus de futuro inter Josephum Bosons, Notarium civitatis Barchinoniae, et Eulaliam Gelambi, filiam Ignatii, Notarii civitatis Tarraconae, celebratum deinde inter illos fuit die 14. sequentis Octobris coram parocho et testibus matrimonium per verba de praesenti, interveniente pro Josepho, qui asseruit infirmitatis causa ad Ecclesiam accedere non posse, ejus legitimo procuratore,

Mauritio Corrons. Matrimonio illo contracto Eulalia rediit ad aedes, in quibus cum suis genitoribus morabatur. At vero quum quadam nocte deberet ex condicto traduci ad domum sponsi, renuit ad illam migrare, declarans, numquam se progressuram ad cohabitandum cum Josepho, nisi prius ipse aliam conduceret domum, in qua seorsim ab ejus avia et materteris cum solo sponso conviveret. Noluit Joseph moram gerere Eulaliae sese ab avia et materteris sejungendo, quumque dissidium istud componi nequiverit, res tandem eo devenit, ut Eulalia in patriam, nimirum in civitatem Tarraconensem una cum ejus genitoribus regressa statim promoverit in Curia Archiepiscopali judicium pro obtinenda facultate continuandi cohabitationem cum propriis parentibus, quumque decretum suae petitioni conforme obtinuerit, postmodum Joseph consentanee ad instantiam ab Eulalia promotam comparuit coram Ordinario Barchinonensi, petens declarari nullum praedictum matrimonium, ut aliud libere contrahere posset. Hoc ita instructo judicio, dum opportunae probationes hinc inde conficiebantur, nomine Eulaliae porrectus fuit Sanctissimo Domino Nostro supplex libellus, in quo, expositis plerisque circumstantiis praemissis, et ea potissime, quod ipsa non aliter matrimonium contrahere voluerit, quam sub expressa conditione, quod Joseph non deberet amplius cohabitare cum ejus avia et materteris, humillime petitur, ut Sanctitas Sua ad decidenda dissidia, quae ob prosecutionem causae per tricas judiciarias in dies augerentur, declarare dignetur, matrimonium praedictum nullum esse (tum quia a muliere ante matrimonium adjecta fuerit conditio, quod nimirum memoratus Joseph seorsim ab avia et materteris deinceps commoraretur, tum etiam quia Mauritius Corrons ad stipulanda capitula matrimonialia sub conventione dotis in summa librorum 1400 et deinde ad contrahendum matrimonium ab eodem Josepho constitutus mandati fines excesserit, subscribendo capitula matrimonialia, in quibus dicta dos in libris 1120 costituta fuit), vel quatenus validum censeatur, benigne dispenset tamquam super matrimonio rato et non consummato.

Hujusmodi precibus S. huic Congregationi remissis, datae fuerunt consuetae litterae ad Ordinarium Barchinonensem, qui, transmisso cum examine testium integro processu in ejus Curia constructo, rescribit factum in supplici Eulaliae libello narratum veritate niti, conditionem tamen, de qua agitur, ab Eulalia, ut asseritur, volitam non fuisse expresse appositam in actu celebrationis ipsius matrimonii, neque immediate antea, uti patet praecipue ex depositione duorum testium. Censet vero, quod, ubi matrimonium validum declaretur, quam plurima jurgia, ac perpetuum divortium inter ipsas partes, nec non alia scandala, quae verisimiliter oriri possunt, facile cessarent, si Sanctitas Sua super matrimonio rato et non consummato dispensare dignaretur.

Jam vero ab utroque conjuge modo contenditur, vel matrimonium validum non fuisse, vel urgentes adeo concurrere circumstantias, ob quas praestandum sit consilium Sanctissimo pro ejus dispensatione. Asserit nimirum Eulalia, non aliter matrimonium se voluisse contrahere, nisi sub expressa conditione, quod Joseph Bosons seorsim ab avia et materteris in separata domo deinceps commoraretur; ob hanc vero conditionem, utpote tunc temporis ignotam Josepho,

putat matrimonium invalidum fuisse, quum mutuus contrahentium consensus in ejus celebratione non intercesserit, dum Joseph meditans absolute cum Eulalia contrahere, si scivisset conditionatam mulieris voluntatem, consensum minime praestitisset. Quodsi matrimonium dicendum esset ab initio fuisse in statu implicitae validitatis, utpote contractum sub conditione, quae poterat successive adimpleri, adhuc propugnat fuisse resolutum statim, ac conditio praedicta numquam fuit adimpleta; subditque nihil officere, quod conditio non fuerit apposita sive repetita in actu celebrationis matrimonii, quia satis est, quod multis audientibus eam paulo ante luculenter expressit; brevi enim temporis intervallo voluntas mutata non praesumitur. Idem quoque ex alia ratione contendit Joseph, quia nimirum ejus procurator ad stipulanda capitula matrimonialia et deinde ad matrimonium celebrandum constitutus mandati fines excesserit, subscribendo capitula matrimonialia diversis sub pactis ab illis, quae constituens mandaverat cum clausula »non aliter, alias, nec alio modo,« proinde ab hoc procuratoris excessu matrimonii nullitatem derivari.

Plura ad hujus rei decisionem videntur expendi debere; a) an ex depositionibus testium circumferendis plene doceatur, Eulaliam nonnisi, quam sub praemissa conditione voluisse matrimonium contrahere? b) an conditio hujusmodi tunc ignota Josepho, quatenus probaretur volita ab Eulalia in actu ipso celebrationis, nullum illud reddere potuerit? c) an praesumendus sit recessisse ab asserta conditione ob eam in actu celebrationis coram parocho et testibus non expressam? d) an praefata conditio sit e numero earum, quae habendae sunt pro non adjectis? e) an attenta indole conditionis, quae potest adhuc adimpleri, praetendi valeat matrimonii dissolutio ob ejus implementum nondum secutum? f) denique cujus momenti sit excessus mandati, de quo suum procuratorem accusat Josephus, qui caeteroquin post matrimonium celebratum paratus erat, Eulaliam uti uxorem in propria domo recipere? Es wurden sodann alle Momente erwogen, welche die Nothwendigkeit der ausdrücklichen Angabe der Bedingung in ipso matrimonii celebrationis actu betreffen und bei der Lösung des Bandes eines matrimonii rati et non consummati in Betracht kommen (pro obtinenda petita dispensatione ob oculos ponuntur utriusque conjugis consensus, tum plurima jurgia, perpetuum divortium atque scandala, quae, nisi illa obtineatur, facillime sunt oritura. Caeterum non agitur de nobilibus et potentibus familiis, non concurrit disparitas conjugum, nec ullus timor, ne discordiarum semina in publicae tranquillitatis interversionem erumpant) und zugleich bemerkt, quod appositae conditionis implementum non sit suapte natura impossibile, neque desperandus ab ea aliquando recessus.

His igitur etc. dignabuntur EE. VV. decernere: 1) an matrimonium sit validum? et quatenus affirmative 2) an sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc.? Sac. Congregatio Concilii respondit: »Dilata et proponatur dato defensore matrimonii.«

Quum autem illius examen modo redintegretur, juribus, quae pro validitate matrimonii proponuntur, praestat adjicere duas resolutiones S. hujus Con-

gregationis in causa Romana, die 23. Januarii 1666 et 17. Novemb. 1708 (vergl. §. 233 sub 1 et 2). Verumtamen non satis liquet, num S. Congregatio ad ita definiendum adducta fuerit, ex quo forsan arbitraretur, in iis facti circumstantiis non constare de asserta conditione seu protestatione. Sac. Congregatio die 21. Augusti 1734 rescripsit: »Dilata et scribatur stricte super mandato procurae.« De hoc vero in relatione postea facta haec habentur. Praestat in facto addere, quod memoratus Joseph post constitutum Mauritium Corrons procuratorem ad contrahendum matrimonium sub conditionibus stipulatis in apocha capitulorum matrimonialium subscripta die 11. Julii 1731 alterum constituit procuratorem, Franciscum Tramulles die 14. Octobris ejusdem anni per haec verba: »Ego Josephus Bosons etc. sciens et attendens, nostro connubio pertractando inter me et D. Eulaliam Gelambi etc. inter alia fuisse in nostris nuptialibus pactis hodierna luce scriptura publica per dictum D. Ignatium Gelambi et nos firmandis expresse pactatum, ut pro dote dictae D. Eulaliae, illorum filiae, darentur mille et quatuor centum librae Barchinonenses una cum duabus archis cameratis . . . a praemissis deviare velle . . . solvendae scilicet 1120 librae seu ducentum duplae et dictae archae cameratae numerando realiter et de facto die firmatorum dictorum capitulorum matrimonialium per veram et realem solutionem et respective extraditionem; residuae vero 280 librae tribus aequalibus solutionibus in dictis pactis et capitulis exarandis, quae omnia modo praedicto a dicta D. Eulalia Gelambi domicella in dotem, pro dote et nomine dotis suae erant mihi afferenda. Intellecto tamen, quod praenarratis non obstantibus dos duntaxat erat mihi solvenda ad rationem dictarum 1120 librarum Barchinonen. seu 200 duplarum et dictarum duarum archarum cameratarum modo supra expresso solvendarum et tradendarum . . . propterea gratis etc. constituo et ordino procuratorem meum certum vos Rev. Franciscum Tramulles presbyterum etc. ad videlicet pro me et nomine meo remissis omnibus firmare, consentire, tradere, approbare, declarare et recognoscere cum illis videlicet pactis, pactionibus, stipulationibus, bonorum meorum obligationibus, juramento et aliis clausulis necessariis et opportunis, vobisque dicto Rev. D. procuratori meo conatituto benevisis faciendum et firmandum actum.« EE. VV colligere poterunt, quae fuerit voluntas Josephi Bosons et num hoc novissimum procurae mandatum accipi debeat veluti recognitio bonae fidei, sive declaratio ipsiusmet contractus mem. die 11. Julii inter partes initi? Quaeritur itaque, ut supra? S. C. C. die 23. Aprilis 1725 resp. ad 1) affirmative; ad 2) negative (weil hier die behauptete Bedingung weder beigefügt war expresse in actu ipsius celebrationis matrimonii, neque immediate antea, wie die beiden Zeugen bekundeten, so erklärte die S. C. C. die Ehe trotz der Deficienz der angeblichen Bedingung mit Recht für giltig).

6) Causa Augustana matrimonii, die 24. Novemb. 1742. Marcus Christophorus Burk, Augustanae dioeceseos, in precibus SS. Domino Nostro exhibitis irritum postulavit declarari matrimonium, quod plures abhinc annos in civitate Ulmae contractum fuisse asseruit inter se et Annam Mariam Meyhin ex Lutheranis parentibus ortam, eorumque sectae addictam cum ea turpi et im-

proba conditione, ut proles inde nascitura deberet in religione matris educari, quemadmodum reipsa ejusmodi conditioni morem gerens, ut ipse fatetur, duas postea filias ex eo matrimonio susceptas Lutheranam haeresim passus est sequi, donec male factum serio cogitans, neque uxorem a sui proposito valens dimovere eam deseruit et una cum propriis filiabus in ditionem Electoratus bavarici concessit, ibique curavit, obtinuitque illos in gremium sanctae Matris Ecclesiae catholicae recipi ac enutriri. Preces hujusmodi ad hanc S. Congregationem fuerunt remissae; ab ista vero datae sunt litterae Praesidi Consistorii Augustani, ut is, audita muliere, tum de illarum veritate EE. PP. certiores faceret, tum etiam significaret, num Concilii Tridentini decreta fuerint in Ulmensi civitate promulgata, itidemque, num forma ineundi matrimonii a laudato Concilio praescripta consueverit ibidem aliquando servari. Hisce litteris obsecuturus Praeses Augustani Consistorii, quum neque sibi neque Consistorio Constantiensi liberum foret praedictam mulierem in civitate Ulmae commorantem super iis, quae in precibus viri exponebantur, ad juratum subeundum examen adigere, magistratu acatholico id vetante, provide sategit, ut eadem mulier privatim saltem de circumstantiis praecipuis matrimonium illud spectantibus a Praefecto monasterii Wengensis interrogaretur. Quid vero mulier ista ei dederit in responsis, Abbas ejusdem monasterii complexus est in litteris ad Consistorium Augustanum conscriptis, ex quibus colligitur, fuisse ab ea enarratum, quod viginti abhinc annis coram praecone Lutherano celebratum fuit controversum matrimonium, quodque Marcus Christophorus Burk non tam ipsi praeconi, quam Dominis Wernensibus ante contractas nuptias pollicitus fuerit, se libere permissurum, ut uxor in religione Lutherana permaneret, in eaque sobolem educaret. Quidquid autem ab hac muliere relatum est, facile veritati consentaneum esse comperitur, quia in iisdem litteris subjicit Abbas Wengensis, rem aliunde satis certam et notam esse, quod in eo matrimonio non catholici parochi, sed ministri Lutherani praesentia fuerit adhibita, pariterque admodum verosimile reddi pactum instituendae prolis in materna haeresi, quum hac tantum sub lege matrimonia inter catholicum virum et Lutheranam feminam consueverint Ulmae celebrari. Post aliquod vero tempus quum femina ista nundinarum causa perrexisset Augustam, coacta ibidem fuit in judicio se sistere coram Praeside Consistorii, a quo formiter interrogata nihil diversum aut amplius respondit, quam quod antea perhibuerat monasterii Wengensis Praefecto, id unum adjiciens, se paratam esse, maritum suum denuo recipere, si is Ulmam reverteretur, caeterum nolle se ullo pacto matrimonii sui jura coram hac. S. Congregatione tueri. Constat id omne ex documentis ad S. Congregationem transmissis a Praeside Augustani Consistorii, qui tamen nihil in sua relatione testatum faciens de promulgatione Tridentinae Synodi in civitate Ulmensi, commodius, inquit, hujus rei notionem haberi posse ab Episcopali Curia Constantiensi, cujus dioecesi ea civitas subest.

Ut igitur in causa morosius procederetur, datae quoque sunt litterae Emo Episcopo Constantiensi, qui ad singula capita, de quibus S. Congregationem instruere rogatus fuerat, accurate respondens, in haec verba se explicuit: »Ad

primum, exstare etiamnum Ulmae Ecclesiam catholicam a Canonicis regularibus S. Augustini inofficiatam, ad quam, aliis dictae civitatis Ecclesiis ab heterodoxis occupatis, cura animarum et jura parochialia translata sunt, et in hac decretum S. Concilii Tridentini fuit promulgatum et etiamnum conformiter statutis Synodalibus hujus dioecesis Constantiensis singulis annis promulgatur. Ad secundum, a catholicis, quorum aliquot familiae usque in praesentem diem Ulmae habitant, dictum decretum S. Concilii Tridentini inviolabiliter observatur. Ad tertium, adest et semper adfuit Ulmae parochus catholicus, qui Sacramenta administrat et a quovis catholico commode adiri potest.«

Jam vero urgente Marco Christophoro decisionem dubii: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc?« duo praecipua sunt, quae ipsius nomine pro adstruenda sui matrimonii nullitate exponuntur; primum sc., neglecta forma a Concilio Tridentina statuta ineundi conjugii coram proprio parocho aliove sacerdote, sive ab eodem parocho, sive ab Ordinario speciatim ad id delegato; alterum vero, pactum enunciatum, quod liberi ex matrimonio procreandi in haeresi Lutherana educentur. Porro quae matrimonia censenda sint irrita, si inter catholicos et haereticos celebrentur non servata forma a Tridentino praescripta, copiose tractatum est in celebri causa Iprensi visitationis sacrorum liminum, cujus disceptandae occasione collectae sunt plures Sacri hujus Senatus resolutiones, ex quibus patet, saepe pro hujusmodi matrimoniorum nullitate prodiisse responsum, si constitit, ea sic inita fuisse in locis, in quibus Tridentini decreta fuerint aliquando promulgata ac etiam usu recepta, sique ibidem parochus catholicus commode poterat adiri, unde nil ultra videatur in hypothesi spectandum esse, nisi quid reipsa de hisce circumstantiis compertum statis exploratumque dici queat. Quod vero attinet pactum eidem matrimonio adjectum, ut proles nascitura debeat haeresim profiteri, improbum certe ac irritum illud esse, catholicus nemo inficiatur, quum divino aeque ac naturali jure parentibus cura incumbat, liberos in vera fide bonisque moribus educandi, ut unanimes tradunt DD. At num ejusmodi pactum, quod veluti prorsus impium nulla potest ratione subsistere, neque servandum est, substantiae ipsius conjugii refragetur, ita ut irritum illud reddat, non secus ac aliae conditiones et pacta, quae vel bono fidei conjugalis vel naturali liberorum procreationi adversantur, haud una est Doctorum opinio. Siquidem Auctores multi, quamvis quaestionem hanc peculiariter non instituant, in eam facile conjiciuntur abire sententiam, quod pactum istud sit irritum, salvo tamen et integro manente jure connubii. Alii contrariam opinionem tuentur. Datus est matrimonii defensor, adeoque perpensis juribus tam ab illo, quam viri nomine latius explicandis, quaeritur ut supra? S. C. C. resp. Detur resolutio a Domino Secretario.

7) Causa Adjacen. matrimonii, die 26. Februarii 1752. Captus amore, sed longe magis dote Mariae Magdalenae Martinenghi puellae Adjacensis Dominicus Gesta Calvensis, cum anno 1744. Adjacii moram traheret, falsoque jactans, se unum esse ditissimi patrimonii haeredem et nonnisi unam domo sororem esse, nuptias cum Maria Magdalena initurum spopondit. Patrium igitur oppidum repetiit et mandatum dedit Francisco Antonio Astimae consanguineo

suo, ut matrimonium cum Magdalena contraheret, sed paulo post, nuptiis nondum contractis, epistolam dedit ad procuratorem illum suum, qua haec scripsit: »quantumque nel mandato di mia procura fatta a V. S. per celebrare a mio nome il matrimonio per verba de praesenti colla Sig. Maria Madalena Martinenghii di codesta città, per scordanza del Notaro non vi sia la condizione, che prima della celebrazione se gli faccia lo sborso del contante dotale pattuito tra me e la madre e parenti della sposa, avvertirà S. V. a non andare alla esecuzione della facoltà dotale, e non si lasci ingannare dalle belle parole, perchè il mio consenso non vi sarà mai, se non prima precede il reale pagamento del denaro pattuito in conto della dote alle sue mani, sopra di che le protesto non acconsentire diversamente, che le serva, senza farne ad altri notizia.« Epistolam hanc, quam opportune, ut diximus, et connubio nondum contracto, receperat, sprevit procurator, et matrimonium dote non accepta coram parocho et testibus contraxit.

Paulo post initum matrimonium rescivit Maria Magdalena, curtam esse Dominico Gaestae supellectilem, tenuesque opes dividendas esse inter alterum fratrem, duas sorores amitamque, qui domi erant, rescivit Dominicus, dotem solutam non fuisse. Certatum fuit epistolis, inde graves exortae sunt inimicitiae, quae, neque amicorum et consanguineorum officiis, neque Theologorum consiliis componi umquam potuerunt. Atque ita matrimonium consummatum non fuit; imo cum illud pars utraque irritum et nullum haberet, munuscula, annulos, caeteraque matrimonii causa donata alter alteri restituit pretiumve solvit. Septimus jam labitur annus a die hujus matrimonii, neque de Maria Magdalena cogitavit amplius Dominicus, neque umquam Adjacium venit. Cum alteri nubere velit Maria Magdalena, preces obtulit Sanctissimo D. N., quibus postulabat, ut nuptias illas nullas atque irritas declararet. Re delata ad Amplissimos Patres, auditus fuit, ut moris est, Episcopus; hic audivit Dominicum, qui pari consensu petiit nullum declarari matrimonium. Causa nunc proponitur et disputat Magdalena, nullum fuisse matrimonium defectu consensus Dominici ob non impletam conditionem suspensivam solutionis dotis ante matrimonium, et defectu pariter consensus Magdalenae, quae nonnisi sub ea conditione contrahere voluerit, ut Dominicus dives esset, unamque, ut asserebat, sororem haberet. Has qualitates, quae alias ineptae sunt ad irritandum matrimonium, spectandas esse, ubi, ut in casu, pro conditione sint. Addit matrimonium numquam ratihabitum fuisse neque ratihaberi potuisse, nisi renovato coram parocho et testibus consensu. Haec Maria Magdalena; a defensore matrimonii nihil habuimus.

Dubium est: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. respondit: Dilata et scribat defensor matrimonii. Hic suspectam habet epistolam Dominici Gestae, testes reprobat et pure contractum fuisse matrimonium demonstrat, ut nihil proponatur, cur validum censendum non sit. Unde S. C. C. die 6. Maji 1752 resp. Negative et amplius.

Hieher gehört auch die in §. 230 besprochene causa Novarien. vom Jahre 1720.

Fünfter Abschnitt.

Die Eheschließung per procuratorem.

§. 247. Die Erklärung der Einwilligung in die Ehe durch einen Dolmetsch oder Bevollmächtigten ist zulässig.

Nach der einstimmigen Lehre der Canonisten und stäten Uebung der Kirche kann die Einwilligung in die Ehe auch durch einen Dolmetsch (vergl. §. 222) oder durch einen Bevollmächtigten erklärt werden. Die Anweisung f. d. G. Ö. erklärt dieß §. 50 also: Die durch einen Bevollmächtigten erklärte Einwilligung ist giltig, wenn ihm hiezu eine besondere, die Person des künftigen Gatten hinreichend bestimmende Vollmacht ausgestellt worden und dieselbe zur Zeit, als die Ehe im Namen des Machtgebers eingegangen wird, nicht etwa schon widerrufen ist. Doch hat der Pfarrer in keinem Falle eine durch Bevollmächtigte zu schließende Ehe zuzulassen, ohne daß die ausdrückliche Genehmigung von Seite des Bischofs erfolgt ist. Auch die Provincial-Synode der Maroniten vom J. 1736 erwähnt der Eheschließung per procuratorem in Nachstehendem: Etsi absentes possunt matrimonium in facie Ecclesiae coram parocho et duobus saltem testibus cum certa persona contrahere per procuratores, quibus mandatum speciale ad contrahendum cum illa persona mandantis nomine concessum fuerit, nec revocatum, antequam res mandata geratur, et contractum hoc modo matrimonium validum est, nec amplius rescindi quoad vinculum potest: attamen stricte praecipimus, ut nullatenus celebrentur matrimonia per procuratores ab illis, qui in ea civitate vel loco aut dioecesi praesentes fuerint, nisi ex causa ab Ordinario cognoscenda et approbanda. Parochi contrafacientes poenam suspensionis ab administratione Sacramentorum ipso facto incurrant, aliasque corporales vel pecuniarias arbitrio ejusdem Ordinarii dabunt. In dem politischen Ehegesetze ist §. 20 folgende Verfügung enthalten: Die Erklärung der Einwilligung kann durch einen Bevollmächtigten gegeben werden, doch soll hiezu die Bewilligung der Landesstelle erwirkt und eine besondere Vollmacht ausgestellt werden, in welcher die Person, mit der die Verehlichung beabsichtiget wird, hinreichend bestimmt ist. Wird die Vollmacht vor Schließung der Ehe widerrufen, so ist sie dadurch zwar außer Kraft gesetzt, aber der Machtgeber bleibt für den durch seinen Widerruf verursachten Schaden verantwortlich.

Die Lehre der Canonisten über die Zuläßlichkeit einer derartigen Eingehung der Ehe gibt Ferraris (in prompt. biblioth.) in Folgendem: Matrimonium inter

absentes celebratum, sive fiat per procuratores sive per litteras sive per nuntios, validum est in ratione contractus, si certae serventur conditiones. An autem tale matrimonium inter absentes sic contractum habeat nunc post Tridentinum rationem Sacramenti, variant Doctores. Qui negativam sententiam tenent, dicunt: Cum collatio et receptio Sacramenti sit actio personalis, non potest matrimonium ut Sacramentum confici vel recipi, nisi minister et subjectum sint praesentes, tum quia Tridentinum vult virum et mulierem interrogari de mutuo consensu, adeoque vult esse praesentes. Affirmativam autem sententiam merito tuendam ab omnibus docent alii, qui dicunt, temeritatis esse damnandum, qui hoc tempore id negaret; accedit enim praxis ac sensus Ecclesiae, quae de facto permittit publice sic celebrari matrimonia, praesertim inter magnates, quod non permitteret, si matrimonium inter absentes celebratum non esset Sacramentum, cum ipsa velit semper suscipi Sacramentum, quando initur matrimonium; tum quia ratio Sacramenti inter fideles est essentialiter imbibita in ratione contractus, nec una potest separari ab alia, cum ipsemet contractus matrimonii sit ipsummet Sacramentum. Unde si ex communi Doctorum matrimonium celebratum inter absentes est validum in ratione contractus, debet esse legitimum et validum etiam in ratione Sacramenti, si, ut dictum fuit, serventur certae conditiones. Bei Sanchez findet sich hierüber (lib. 2. disp. 11) Folgendes: Matrimonium contractum per procuratorem validum fuit ante Concilium Tridentinum (cap. fin. de procurat in 6.; vergl. 2. B. §. 87. S. 133. et can. honoratur, C. 32 qu. 2). Nam Christus elevans matrimonium ad esse Sacramenti, non immutavit contractus naturam, quae ea est, ut possit per procuratorem inter absentes celebrari. Si, postquam quis procuratorem misit, nec consentit nec dissentit, sed in aliis occupatur, valet matrimonium, quia durat prior consensus virtute, cum non sit obex contrariae voluntatis, ut qui prius baptisari voluit, si dormiens baptisetur, verum recipit baptisma. Hinc si procuratore misso dans mandatum in amentiam incidat et talis perseveret, dum procurator nomine suo contrahit, valet matrimonium; manet enim virtute prior consensus, cum revocatus non sit, sicut baptismus furiae tempore receptus, petitus ante furiam, validus, sicuti, si tunc temporis esset dormiens, valeret matrimonium. Objiciunt, quod si sacerdos audita confessione amens fieret et sic absolveret, nulla esset absolutio, quia ministri actus debet esse humanus; sed contrahentes per procuratorem sunt ministri matrimonii et non procurator; ergo si tempore, quo consensum praebet procurator, qui mandatum dedit, rationis usu destitutus sit, erit irritum matrimonium. Verum hoc argumentum concludit per se ipsum, contrahentem necessario debere esse sui compotem, dum contrahit, unde nihil ageret, si dormiens vel insanus tunc esset; at dum contrahit per procuratorem, satis est, ut, dum mandatum dedit, sui compos esset, nec revocarit et procurator, dum ejus praestat consensum, sit sui compos, ut in caeteris contractibus contingit, quia tunc contrahens non ministrat per se ipsum, sed medio instrumento. Tenendum porro est, matrimonium contractum per procuratorem coram parocho et testibus etiam post Concilium Tridentinum valere, nec correctum esse cap. fin. de procurat in 6. Probatur

ex praxi totius Ecclesiae; passim enim post Tridentinum celebrantur matrimonia per procuratores, esselque intolerabilis error in Ecclesia, tot matrimonia irrita censere. Finis Concilii Tridentini irritantis matrimonia clandestina est, ut notum sit Ecclesiae matrimonium, probarique possit, ne aliud publice, aliud vero occulte celebretur; sed quando celebrantur per procuratorem coram parocho et testibus, satisfit huic fini, jam constat Ecclesiae et probari potest, sicut quilibet alius contractus gestus per procuratorem sufficienter probatur, ita ut contrahens cogatur in foro externo illi stare. Alia ratio dicti decreti est, ne celebretur matrimonium ab aliquo, quam a proprio parocho, cui satisfit, quia matrimonium per procuratorem celebratur coram proprio contrahentium parocho. Matrimonium contractum per procuratorem est Sacramentum, quia est verum matrimonium ratum et indissolubile; ergo est Sacramentum (cap. quanto, de divort. can. fin. c. 28. qu. 1). Concilium Florentinum et Tridentinum absolute definiunt, matrimonium fidelium in Lege nova esse Sacramentum. Christus elevans matrimonium ad esse Sacramenti non mutavit rationem contractus naturalis; ergo in Lege evangelica matrimonium per procuratorem est legitimum in ratione contractus naturalis, ergo modo matrimonium per procuratorem est Sacramentum, quia Concilia clamant, matrimonium, quod ante Legem evangelicam erat merus contractus naturalis, esse modo Sacramentum, elevatum a Deo ad repraesentandam unionem Christi cum Ecclesia.

Papst Benedict XIV. ist in dem Buche de Synod. dioeces. (lib. 13. cap. 23.) bemüht, die Einwendung zu entkräften, die gegen die Giltigkeit der mittelst eines Dolmetsches oder durch einen Bevollmächtigten eingegangenen Ehe deßhalb ankämpft, weil in beiden Fällen der Pfarrer eine oder beide Brautpersonen entweder gar nicht zu Gesicht bekömmt, oder die wechselseitige Erklärung der Einwilligung in die Ehe nicht versteht, weil die Brautpersonen eine ihm unverständliche Sprache reden. Der genannte Papst spricht sich also aus: Quod pertinet ad ea matrimonia, quae per procuratorem aut per interpretem fiunt, cum nullum nobis onus incumbat expendendi, utrum, quae per interpretem contrahuntur, valida et firma sint, et solum innuere sufficiat, nequaquam deesse, qui eorum validitatem impugnant (in der That lehrt der Homo Apostolic. (tr. 18. n. 37): recte ait Pontius contra Sanch. (qui dicit credendum esse in hoc casu dicto solius interpretis, quia non est testis, sed declarare electus communi contrahentium consensu), quod si parochus non bene intelligeret consensum sponsorum, qui forte alterius sunt idiomatis, non sufficit unus interpres, qui affirmet): idcirco sermonem redigentes ad ea matrimonia, quae per procuratorem fiunt, hoc primum asseremus, reperiri in Veteri Testamento matrimonium Isaac cum Rebecca per procuratorem Elieser initum (Genes. cap. 24); insuper statutas esse in Jure canonico conditiones ad validitatem matrimonii per procuratorem celebrandi necessario servandas (cap. procurator, de procurat. in 6.). Praeterea communem esse hanc opinionem, matrimonia, quae per procuratorem fiunt, etiam post Tridentinum Concilium valida esse, eademque nostris etiam temporibus celebrari et antehac celebrata fuisse, praesertim inter Principes. Theologos quidem prudenter consulere, ut qui matrimonio per procuratorem

conjuncti sunt, vel iterum ipsimet coram parocho et testibus matrimonio jungantur, vel saltem, quod ipsis absentibus actum est, praesentes ipsi coram Ecclesia ratum habere declarent. At hoc minime necessarium reputari, sed majoris duntaxat cautelae gratia faciendum suaderi. Verum id satis non est, ut asseramus, ad validitatem matrimonii, quod ab ipsis conjugibus praesentibus coram parocho et testibus celebratur, nullam esse necessitatem, ut parochus ipsos contrahentes oculis videat, suisque auribus eorum verba percipiat. Cum enim Concilium ea matrimonia, quae per procuratorem fiunt, de medio tollere noluerit, necesse fuit, ut liberum antiquo systemati cursum relinqueret, ideoque permitteret, ut, qui per alium facit, per seipsum facere videatur et ut possit quis per alium, quod potest facere per seipsum. Sed tamen ex eo, quod Concilium ratum esse voluerit matrimonium per procuratorem celebratum, in quo parochus neque conjuges ipsos oculis suis conspicit, neque ex eorum ore mutuum percipit auribus suis assensum, inferri potest, definitum aut permissum ab eo fuisse, ut ubi vir et femina coram parocho per se ipsos matrimonio conjungi volunt, quaelibet ejusdem parochi praesentia sufficiat ad matrimonii validitatem, etiam non visis ab eo contrahentibus et eorum non percepto consensu.

Giraldi bemerkt zu dem cap. 9. de procurat. in 6.: Statuit hic Pontifex, validum esse matrimonium contractum per procuratorem cum speciali mandato ad hoc constitutum; cui sanctioni non defuerunt auctores, qui senserint, derogatum fuisse a Concilio Tridentino praecipiente, ut contrahatur coram parocho et testibus; cumque hi, quando contrahitur per procuratorem, neque oculis suis conspiciant contrahentes neque auribus suis ex eorum ore percipiant consensum, inde inferunt, non esse validum. Verum cum Concilium addiderit tantum praesentiam parochi et testium, non voluit de medio tollere bujus antiqui juris dispositionem, dummodo procurator coram iisdem contrahentium consensum exprimat juxta tritas regulas in cap. p o t e s t q u i s, e t i n c a p. q u i f a c i t, d e r e g. j u r. i n 6.: »Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.« Et haec nedum est communis opinio et in praxi ubique recepta, sed etiam Apostolica auctoritate firmata ex Rituali romano, in welchem es heißt: Debet esse amborum contrahentium consensus expressus aliquo signo sensibili sive fiat per se sive per procuratorem.

Von den neueren Theologen führen wir Scavini an, der also schreibt: Matrimonia, quae per procuratorem fiunt, etiam post Tridentinum Concilium valida sunt, non tantum ratione contractus, sed etiam ratione Sacramenti, ut c o m m u n e est; nam si contractus, ergo et Sacramentum inter christianos. Sane Ecclesia id non permitteret, si aliter res se haberet. Neque obstat, quod postea a partibus renovetur consensus, i d e n i m t a n t u m m o d o a d m a j o r e m c a u t e l a m s u a d e t u r. Neque repugnat, virum non cogitantem vel dormientem vel ambulantem Sacramenti matrimonii gratiam suscipere; id enim etiam in baptismo evenit. Dann Dr. Schulte, welcher den aus der Vorschrift des Tridentinum »eorum mutuo consensu intellecto etc.« hergeholten Einwurf widerlegt, daß bei der Eheschließung p e r i n t e r p r e t e m v e l p r o c u r a t o r e m

der Pfarrer den mutuus consensus conjugum nicht vernimmt. Es wird, indem von Seite des oder der Mandanten der bestimmte Wille vorliegt, die Ehe mit der bezeichneten Person eingehen zu wollen, durch eine rechtliche Fiction unter Zugrundelegung des Satzes, ein gemäß dem Mandate ausgeführtes Geschäft sei vom dominus mandans geschlossen, angenommen, die Contrahenten hätten im Augenblicke des Abschlusses den Consens selbst erklärt. Der Pfarrer muß auch hier den Consens des Mandatars verstehen und nimmt somit rechtlich den Mandanten wahr. Auch bei der Ehe durch einen Dolmetsch, diese als giltig vorausgesetzt, kömmt es auf die moralische Gewißheit an, daß die Worte von dem Dolmetsch richtig übersetzt sind. Ist diese vorhanden, so hat er den Consens offenbar selbst verstanden. Zudem wird er auch aus den Handlungen, Mienen, Zeichen, dem ganzen Auftreten der Contrahenten sich deren Absicht erklären können.

Somit beruht also die Zulässigkeit der Eheschließung per procuratorem auf dem Grundsatze, daß die Verrichtung eines Aktes durch einen Stellvertreter rechtlich als vom dominus mandans selbst vorgenommen betrachtet wird; sie ist im gemeinen vortridentinischen Rechte gegründet und durch das Tridentinum nicht aufgehoben worden. Derselben geschieht auch Erwähnung in den Facultäten, die der Cardinal Caprara im J. 1803 dem französischen Episkopate mittheilte. Es heißt dort (Instruct. p. 2. n. 10 und 11): Si renuentia (convalidandi matrimonium invalide contractum) oriatur ex ignorantia vel aliquo errore contra leges aut doctrinam Ecclesiae circa impedimenta matrimonium irritantia, renuens debita cum prudentia et in charitate instruatur. Et quatenus adhuc renuat matrimonium suum in facie Ecclesiae convalidare, tunc satagendum est, ut specialem procuratorem constituat, qui ejus nomine matrimonium contrahat de more aut saltem expresso consensu de praesenti per epistolam directam proprio parocho vel alteri sacerdoti Ordinarii aut parochi licentiam habenti matrimonium renovetur.

§. 248. Erfordernisse zur giltigen und erlaubten Eheschließung durch einen Bevollmächtigten.

Von Seite des Vollmachtgebers erheischt die Eheschließung per procuratorem, daß er zur Abschließung der bestimmten Ehe fähig sei, in dieselbe zur Zeit der Ausstellung des Mandates wirklich einwillige, und diese Einwilligung vor der Abschließung per procuratorem nicht widerrufe. Nur macht Scavini die Bemerkung, utrum valeat matrimonium, etiamsi mandans (nach der Ausstellung des Mandates) in perpetuam amentiam inciderit, nonnulli negant, quia amens habetur, ut mortuus, nec censetur tunc altera pars consentire; alii affirmant, quia, donec revocetur, prior consensus perseverat in virtute. Es zeigt sich hier eine Abweichung von dem bürgerlichen Gesetze, wo es (§. 1024 d. A. B G. B.) heißt: „Verfällt der Machtgeber in Concurs, so sind alle Handlungen, die der Gewalthaber nach Kundmachung des Concurses im Namen des Concurs-Schuldners unternommen hat, ohne Rechtskraft. Ebenso erklärt die Verhängung des Con-

curses über das Vermögen des Machthabers schon an und für sich die ertheilte Vollmacht für aufgehoben." Wenn demnach der Vollmachtgeber Cridar geworden, so hebt das Gesetz die von ihm früher ausgestellte Vollmacht auf; man wendete dieß bei dem Bestande des früheren bürgerlichen Ehegesetzes auch auf die Eheschließung per procuratorem an und fand darin eine Vorsorge für den anderen Theil, dem es in der Regel gewiß nicht gleichgiltig ist, mit einem in seinem Vermögen so Herabgekommenen in eine so enge Verbindung zu treten, die er jedoch, wenn dieß ihm wirklich gleichgiltig ist, noch immer frei hat. Allein diese Verfügung des bürgerlichen Gesetzes hat auf die Giltigkeit der durch einen Bevollmächtigten abgeschlossenen Ehe keinen Einfluß, weil die Giltigkeit der Ehe nur nach dem Gebote Gottes und der Kirche zu beurtheilen kömmt. Dasselbe gilt von der den in Concurs verfallenen Mandatar betreffenden Anordnung des Gesetzes; nur kann in diesem Falle der mandans vielleicht auf Grund des §. 1024 des A. B. G. B. von dem in Concurs verfallenen Mandatar eine Entschädigung ansprechen, wenn dieser, auch nachdem er in Concurs verfallen war, sich als Mandatar gerirte und dem mandans wegen ungeschickter Ausführung dessen, was accessorisch den Ehevertrag berührt, einen Schaden zugefügt hat.

Ferner bemerken wir mit Sanchez: Si quis, dum mandatum dedit, consensum finxit, tempore tamen, quo procurator ejus nomine contrahit, habet verum consensum, valet matrimonium, quia, quo tempore conficitur, tunc desideratur consensus, etsi tempore intermedio dissensus adsit. Quaeritur hic, so schreibt der heil. Alphons, an si quis dederit mandatum sine animo contrahendi, sed ante celebrationem matrimonii mandatum ratificarit, tunc valide matrimonium contrahatur? Negant multi, quia mandatum illud deficiente animo contrahendi fuit nullum et ideo non potuit solo consensu reconvalidari, sed oportet, ut denuo consensu expresso constituatur. Sed affirmant alii, quia procurator ideo valide contrahit, in quantum suis verbis significat voluntatem non jam praeteritam, sed praesentem mandantis, sufficit igitur, ut tempore, quo contrahit, adsit voluntas mandantis, ut valeat actus. Quid, so frägt auch Scavini, si mandans ficte mandatum dederit? Si interius consentiat ante mandati executionem, probabilius videtur validum matrimonium; mandatum enim per se validum est, nec aliud requiritur, quam ut interius convalidetur. Secus si ficte exterius mandatum dederit, licet intus serio consenserit; nam cum nullum fuit ab initio mandatum exterius, nequit solo interno consensu validari. Daß ferner die Ausstellung des Mandats von einem in seinem freien Willen durch Furcht und Zwang nicht beirrten Mandanten ausgehen müsse, versteht sich von selbst (vergl. §. 220 den Fall sub. 3, dann §. 237).

In Betreff des Mandatars fragt Sanchez (lib. 3, disp 41), an requirantur in procuratore qualitates in Jure requisitae ad id, ut ad alia negotia constituatur, an potius satis sit, ut habeat qualitatem jure naturae requisitam, nempe rationis usum, ut de testibus matrimonii dicetur? Die Antwort lautet: Multo certius est, nullam desiderari aetatem, nec qualitatem aliam in procuratore ad matrimonium constituto praeter eam, quam jus naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum rationis usum. Nam

in procuratore ad negotia non constat, certam aetatem desiderari; solummodo in procuratore ad judicia aetas 25. annorum desideratur; quia judicium est inter contradicentes, contractus autem inter consentientes, quare quaelibet aetas in procuratore ad illos constituto est idonea, dummodo sit capax consensus. Ad cap. qui generaliter, §. licet, de procurat. in 6, quod objiciunt, animadvertendum est, quod ibi sermo sit de procuratore ad judicia (qui ante 17 aetatis annum non valide, ante 24 aetatis annum, non licite, decenter ac honeste intervenire potest). Porro esto ad alia negotia desideretur in procuratore certa aetas, tamen secus esset dicendum in procuratore ad matrimonium, quia nulla prorsus ejus industria desideratur, cum tantum explicet consensum absentis. So wäre auch die mittelst eines minderjährigen Dolmetsches geschlossene Ehe giltig, quia ad matrimonium satis est mutuus consensus quibuscumque nutibus expressus. Kann ja doch nach canonischem Gesetze eine Mannsperson nach zurückgelegten vierzehnten Lebensjahre eine giltige Ehe schließen; somit wird wohl eine solche Person auch ein Bevollmächtigter zur Eheschließung sein können. In gleicher Richtung lehren andere Canonisten: Procurator potest esse diversi sexus ab illo, cujus nomine contrahit (nam sexus diversitas requiritur solummodo in illis, qui matrimonio junguntur); unde potest femina contrahere pro viro et vir pro femina; agit enim non suo, sed alterius nomine. Nec requiritur, ut procurator sit certae aetatis; sufficit enim; quod sit in aetate sufficienti ad manifestandum sui principalis consensum, quamvis necdum esset pubes. Wie sehr ferner darauf gesehen wurde, daß der Mandatar zur Eheschließung ein Katholik sei, zeigt sich bei der Eheschließung des Königs von Großbrittanien, Carl I., der obgleich Protestant, sich durch einen Katholiken vertreten ließ (vergl. die Lehre über die Schließung der gemischten Ehen).

Die Erforderniße, welche Behufs der Eheschließung durch einen Bevollmächtigten erfüllt werden müssen, faßt Dr. Schulte kurz also zusammen: Der Mandatar bedarf eines Specialmandates mit dem bestimmten Auftrage, die Ehe im Namen des Mandanten mit einer individuell bestimmten, im Mandate genannten Person abzuschließen, weil der Consens nothwendig auf eine bestimmte Person gerichtet sein muß. Die Ehe kömmt zu Stande durch den Seitens des Mandatars nomine mandantis erklärten Willen, die Ehe gegenwärtig mit dem anderen Theile zu wollen und den gleichergestalt erklärten Willen des andern Theiles. Wo das Tridentinum gilt, muß natürlich dessen Form beobachtet werden.

Insbesondere kömmt nach der Lehre der Canonisten zu beachten: 1) Procurator habeat a suo principali mandatum speciale ad contrahendum matrimonium, non sufficit generale mandatum ad omnia negotia, expressis aliquibus exigentibus speciale mandatum; sed debet esse nominatim ad matrimonium. Caeterum sufficit etiam oretenus datum, si de eo constet. Sanchez sagt: Potest talis procurator constitui absque scriptura. Determinetur porro specifice in mandato et commissione, cum qua persona sit contrahendum, quia non sufficit clausula contrahendi cum quacumque. Hinsichtlich dieses Special-Mandates bemerken wir noch aus Rigantius (in regul. 45. Cancell.): S. Congregatio Concilii die 7. Maji 1701. validum declaravit matrimonium contractum per Joan.

Bapt. Piccino cum Anna Rollo mediante mandato procurae specialiter exarato ad matrimonium contrahendum cum ipsa Anna, sed relicto nomine procuratoris in albo, quod postea a patre ipsius Annae fuerat repletum; et in fortioribus terminis alterius matrimonii contracti cum mandato procurae extenso in folio albo, cui solum vir subscripserat sub illis verbis, »constituo ut supra,« quod valide vigore dicti mandati postea repleti fuerit contractum, respondit Rota in Neapolitana matrimonii 18. Junii 1703. coram Ansaldo. Et quamvis in utraque causa opponeretur consideratio, quod sc., si admitterentur hujusmodi procurationes in albo, non posset postmodum rovocari mandatum, cum sciri nequeat, quis ibi sit describendus procurator: responsum nihilominus fuit, quod ratio praefata non adaptatur matrimonio, in quo speciale est, ut contra juris regulas subsistat revocatio mandati, etiamsi procuratori non sit intimata, ut per textum cap. fin. de procurat. in 6. docent communiter Canonistae. Et in omnem casum intimatio fieri poterit vel parocho vel personae certae, cum qua est contrahendum matrimonium vel coram Ordinario. Hierlandes muß die Vollmacht mit einem Stämpel pr. 15 kr. versehen, von dem Vollmachtgeber eigenhändig unterfertigt, und, ist sie im Auslande ausgestellt, gehörig legalisirt sein.

2) Procurator mandatum illud exequatur per se et non per substitutum, nisi expressa et specialis ad substituendum alium fuerit ei concessa facultas a suo Principali (cap. ult. de procuratorib. in 6.). Nam quamvis alias is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, non potest deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. In Betreff anderer Angelegenheiten verfügt das cap. 12. de offic. et potestate judic. deleg.: »Is cui ab Apostolicà Sede committitur certa personae provisio de beneficio in certa Ecclesia, dioecesi vel provincia facienda, potest alii committere licite vices suas. Sed si (non expressa certa persona) committatur eidem, ut alicui personae idoneae de certa Ecclesia vel beneficio debeat providere: (quia circa eligendam personam ejus industria tunc videtur electa), provisionem sibi commissam alteri demandare non potest, nisi forma commissionis habeat, ut per se vel per alium id valeat expedire.« Hinsichtlich der bürgerlichen Rechtssachen heißt es im §. 1010 des A. B. G. B.: „Trägt der Gewalthaber das Geschäft ohne Noth einem Dritten auf, so haftet er ganz allein für den Erfolg, wird ihm aber die Bestellung eines Stellvertreters in der Vollmacht ausdrücklich gestattet oder durch die Umstände unvermeidlich, so verantwortet er nur ein bei Auswahl der Person begangenes Verschulden."

3) Eo tempore, quo procurator contrahit, ejus potestas non sit revocata a suo Principali (quamvis adsit juramentum de procuratore non revocando, revocans in tali casu erit perjurii reus, tenebit tamen revocatio), ne quidem quoad forum conscientiae tacite (i. e. per factum contrarium) seu interne; alias nullum erit matrimonium, licet procurator ipse aut ea, cum qua contraxerit, talem revocationem penitus ignorarent, quia quacumque revocatione cessat consensus et sine consensu nullum est matrimonium (procurator contrahendo non exprimit voluntatem praeteritam mandantis, sed praesentem ad tempus contractus.

Hom. Apost. tr. 18. n. 32). Quoad forum vero externum mandans mandati revocationem testibus probare debet. Mandatum, so lehrt der h. Alphons, non sit revocatum, nec etiam mentaliter, a mandante, antequam matrimonium celebretur. Et hoc currit, etiamsi revocatio fiat tacite, e. g. si quis mandatum dederit contrahendi cum una et postea celebret sponsalia cum alia. Matrimonium contractum a procuratore post revocationem mandati procurae, quamvis fuerit ignorata talis revocatio, aut mentalis solummodo, est nullum et invalidum; tunc enim mandatarius non mandantis nomine, sed proprio agit. Licet regula juris sit, so heißt es in der Verhandlung der S. Congregatio in causa Eugubina (cf. §. 249), actum valere, qui per procuratorem legitimum adimpletur, licet hic tempore actus gesti fuisset a suo Principali revocatus, dummodo revocatio ad ejus notitiam non devenisset (c a p. e x p a r t e, 33. d e r e s c r i p t. e t C l e m. u n. d e r e n u n c i a t.): fallit tamen haec regula in procuratore constituto ad contrahendum matrimonium; cum enim de ejus essentia sit consensus utriusque contrahentis, si alter ex his mandatum revocavit, matrimonium est nullum, licet revocatio non fuerit delata ad notitiam procuratoris vel alterius contrahentis juxta Decretalem Bonifacii VIII. (cap. fin. de procurat. in 6). Und da man mit einem Todten keine Ehe schließen kann, so versteht es sich von selbst, daß die von dem Mandatar eingegangene Ehe nichtig ist, wenn zur Zeit der Eheschließung der Vollmachtgeber bereits gestorben wäre (vergl. auch die Lehre über die Delegation eines Priesters zur Trauung). Aus der Natur des Consenses folgt, wie Dr. Schulte bemerkt, daß der Wille des Auftraggebers im Momente der Consenserklärung vorhanden sein muß, weil in diesem Zeitpunkte die Ehe existent wird. Abweichend von den Grundsätzen über die Stellvertretung bei gewöhnlichen Rechtsgeschäften ist also anzunehmen, daß die Ehe wirkungslos ist, wenn in jenem Momente das Mandat bereits widerrufen war, weil alsdann der Consens abgehe, selbst wenn der Widerruf dem Mandatar oder dem anderen Theile oder beiden unbekannt gewesen ist. Civile Entschädigungsansprüche können natürlich, wie es das bürgerliche Ehegesetz ausdrücklich andeutet, dadurch begründet werden, zumal wenn ein Verlöbniß vorliegt. Wird das Mandat erst nach der Abschließung widerrufen, so gilt die Ehe zu Recht beständig. Denn wenn der Consens im Momente des Abschlußes vorhanden ist, bleibt die Ehe giltig; eine Willensänderung ist rechtlich unmöglich und wegen Unauflöslichkeit der Ehe ohne alle Folgen. Der Widerruf braucht w e d e r s c h r i f t l i c h, n o c h a n d e n M a n d a t a r zu geschehen, sondern nur b e w i e s e n zu werden.

4) Procurator seu mandatarius non excedat substantialiter suum mandatum seu limites mandantis; est enim ejus potestas limitata; in eo ergo, quod quis excedit, potestate caret, et est quidam privatus. In dieser Hinsicht bemerkt Sanchez: Si in commissione dicatur: »do tibi facultatem contrahendi matrimonium servata forma Tridentina,« et ommissis denuntiationibus contrahat procurator, valet matrimonium. Hoc non est dubium, si ex Ordinarii dispensatione ommittantur; quia forma Tridentina est, contrahere praemissis denuntiationibus, nisi Ordinarius dispensaverit; verum idem quoque dicendum, si ommittantur absque dispensatione, licet in mandato expresse dicatur: »do tibi facultatem

contrahendi praemissis denuntiationibus;« quia quoties exprimitur in commissione forma juris communis eo modo, quo juri communi inest, non est intentio inducendi novam formam et conditionem, sed est admonitio, ut servetur forma juris communis, quare ea praetermissa non irritatur actus, qui alias validus esset, nisi in commissione ea forma exprimeretur. Und Scavini: Si conditio sit requisita a mandante, v. g. ut contrahatur tali dote, tali tempore, si non servetur, matrimonium erit nullum. Si vero conditio jam sit requisita a jure, v. g. ut contrahatur praemissis denunciationibus, obtenta licentia Episcopi, tunc validum erit conjugium etiam sine ipsis initum, ut communiter docent, quia hae secundae conditiones censentur appositae juxta mentem juris, quod quidem respicit tantum licitum; talis enim forma, so fügt der h. Alphons hinzu, apponitur ad rite faciendum actum, sed non ut conditio, sine qua mandatum sit invalidum (vergl. die Lehre über die Delegation eines Priesters zur Trauung und insbesondere daselbst die causa Catanien. vom J. 1798).

5) Post publicationem Concilii Tridentini procuratores personarum principalium contractum ineant coram parocho et duobus testibus. In ipsis procuratoribus interrogantur et respondent principales, quod etiam faciunt per nuntios et litteras, adeoque non requiritur personalis praesentia, cum id specialiter conveniat Sacramento matrimonii, quod sequitur rationem contractus, qui potest aeque bene celebrari inter absentes. Hieraus folgt, was der h. Alphons bemerkt: quod procurator ostendere debeat mandatum parocho et testibus et coram eis contrahat matrimonium juxta formam Tridentini. Non requiritur autem, ut coram eisdem tradatur mandatum procuratoris ex parte mandantis.

Aus dem Gesagten ergibt sich, daß bei derlei Eheschließungen eine außergewöhnliche Umsicht unerläßlich sei; deßhalb begreift sich die in §. 50 der Anweisung zum Gesetze erhobene Erinnerung Scavinis: Caeterum parochus, quando talia sibi occurrunt matrimonia, perpendat attente litteras mandati; imo prius rem deferat ad Episcopum. Quamquam hic agendi modus nonnisi inter Principes est in usu. Das bürgerliche Ehegesetz verpflichtet überdieß zur Einholung der Bewilligung der Landesstelle. Das Münchner Rituale erklärt: Non sufficit consensus unius, sed debet esse amborum, et quidem de praesenti, expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se sive per procuratorem, qui tamen passim sine urgente causa et Nostra licentia extra Principum et Illustrium nuptias admitti non debet. Doch macht die Unterlassung der Einholung der Genehmigung des Bischofs oder der Bewilligung der Landesstelle die Ehe nicht ungiltig. Daß beide Brautleute ihre Einwilligung durch Bevollmächtigte abgeben, ist nirgends geradezu verboten, hat aber die gemeine Meinung gegen sich.

Was die Form der Eheschließung durch einen Bevollmächtigten anbelangt, so heißt es hierüber in dem Homo Apostolic. (tr. 18. n. 32): In hujusmodi nuptiis parochus interrogare debet procuratorem: »Vis in uxorem Titiam nomine N. N.?« Et postea ad mulierem: »Vis in maritum. N. N. mediante praesenti suo procuratore?« Es muß demnach bei der Stellung der gewöhnlichen Fragen an die Brautpersonen darauf Rücksicht genommen werden, daß der Bevollmächtigte als Stellvertreter des Vollmachtgebers in dessen Namen und Auftrage und für den-

selben die Ehe schließt. Nach den beantworteten Fragen heißt es in dem dießfalls üblichen Trauungsformulare: Postea dant sibi manus et sacerdos dicit simpliciter ad eos: »Ita vos conjungo in matrimonium in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.« Hoc facto sacerdos eis dat annulos, quos illi inter se commutant, ita ut sponsa annulum sponsi et procurator annulum sponsae accipiat. Sed quem procurator accipit, ad mandantem mittit, quem vero sponsa, hunc secum fert, ut quando convenerint, eos sibi invicem in digitos immittere possint. Hiernach unterbleibt die Umwicklung der Hände mit der Stola. Dabei bemerken die Theologen: Principales contrahentes, cum sint ipsi, qui ministrant et recipiunt Sacramentum, debent esse in statu gratiae, non quidem necessario eo tempore, quo procuratores constituunt seu nuntios vel litteras mittunt, sed eo, quo probabiliter credunt, posse procuratores eorum nomine contrahere vel nuntios suam voluntatem significare, seu litteras suas legi coram parocho et testibus. Matrimonia enim per procuratores contracta sunt veri contractus, ergo et vera Sacramenta. Procuratores autem seu nuntii non peccant, si eo tempore sint in peccato mortali, quia nec recipiunt in se Sacramentum, nec nomine suo ministrant.

Endlich frägt Giraldi, an qui matrimonium per procuratorem contraxerunt, illud iterum ipsimet coram parocho et testibus contrahere vel saltem ratum habere debeant? Die Theologen erinnern, contrahentes per procuratores seu per nuntios vel litteras optime facturos, si deinde per se ipsos privatim inter se repetant mutuum consensum, ut certius sit Sacramentum, si forte illegitimum quid intervenerit. Giraldi antwortet auf die erwähnte Frage: Quidquid pro affirmativa parte nonnulli senserint, communis tamen sententia est, alterutrum prudenter consuli, non autem necessarium esse, ut probat Benedictus XIV. (vergl. §. 247). In der That besteht ein Ritus celebrandi matrimonium in forma ratificatoria (ad scrupulos tollendos). Es wird nemlich bei diesem Akte an den Bräutigam und an die Braut die Frage gestellt, ob sie die Ehe, welche von dem Stellvertreter im Namen und Auftrage des Vollmachtgebers geschlossen wurde, bestättigen. Si uterque affirmat, dicit sacerdos ulterius ad eos: „Zur größeren Bekräftigung des heiligen Werkes geben sie einander die Trauringe und die Hände." Deinde dicit: »Annulo suo subarrhavit me Dominus et quasi sponsam decoravit me corona.« Tum amborum manus stola sua circumvolvat, atque ita dicat: »Et ego approbationem et ratificationem matrimonii inter vos contracti recipio et nuptias benedico. In nomine Patris etc. Amen.

Anlangend das Recht, eine wegen des Mangels einer gehörigen Vollmacht oder wegen des Widerrufes derselben ungiltige Ehe zu bestreiten, so unterliegt es wohl, wenn auch die Anweisung für d. g. G. Ö. dessen nicht erwähnt, keinem Zweifel, daß nur die Scheingatten oder einer derselben berechtiget seien, die Ungiltigerklärung der Ehe zu begehren und in dieser Sache von Amtswegen nicht vorgegangen werden könne. Wir entnehmen über das dießfällige Bestreitungsrecht der Gatten aus Dolliner's Erklärung des ehedem bestandenen bürgerlichen Ehegesetzes Folgendes: Rührt das Ehehinderniß von dem Widerrufe der Vollmacht her, die nur der Mann auszustellen pflegt, so können nach Umständen

beide Ehegatten die Giltigkeit der Ehe bestreiten. Der Mann, der die gegebene Vollmacht bei Zeiten widerrufen hat, wußte nicht, daß die Ehe doch, also mit einem aus Abgang der Vollmacht entstehendem Hindernisse geschlossen wurde; er bediente sich bei der Widerrufung der Vollmacht nur seines Rechtes, und beging keine widerrechtliche Handlung, er ist also schuldlos. Zugleich ist er in dem Rechte der freien Wahl einer Gattin gekränkt, wenn ihn der Bevollmächtigte, es mag diesem die Widerrufung der Vollmacht bereits bekannt geworden sein oder nicht, in eine eheliche Verbindung gebracht hat, die er nicht mehr haben wollte. Sein Bestreitungsrecht ist also vollkommen begründet. Aber auch die Frau erscheint als ganz schuldlos, wenn sie, ohne von dem Widerrufe der Vollmacht etwas erfahren zu haben, sich dem Bevollmächtigten antrauen ließ. Es erfährt ihr auch eine Kränkung in ihren Rechten, theils weil ihr ohne ihr Wissen ein Mann aufgedrungen wurde, der sie nicht mehr haben wollte, theils weil die ihr nach vollzogenem feierlichen Trauungsakte zukommende Nachricht von der Widerrufung der Vollmacht einem Repudium ähnlich sieht und sie in den Augen der Welt herabsetzt, theils weil sie durch den auf die Vermählung unnütz gemachten Aufwand an ihrem Vermögen Schaden leidet, dessen Ersatz sie durch eine Klage suchen muß. Sie hat also ebenfalls Grund, von der eingegangenen Verbindung zurückzutreten. Der Wankelmuth des Mannes verdient keine ausschließende Begünstigung.

Es kann jedoch sowohl auf Seite der Frau, als des Mannes ein Umstand eintreten, der ihnen das Bestreitungsrecht entzieht. Auf Seite der Frau, wenn sie nach bereits erfahrener Widerrufung der Vollmacht sich doch noch dem Bevollmächtigten antrauen läßt, weil sie dann nicht mehr als schuldlos und gekränkt angesehen werden kann. Auf Seite des Mannes, wenn er, um die ihm verhaßt gewordene Braut zu necken und dem Gespötte Preis zu geben, seine Vollmacht zwar noch vor dem Vermählungstage, aber geflissentlich doch so spät widerruft, daß die Vermählung in der Person des Bevollmächtigten bereits vollzogen sein muß, bevor die Nachricht von dem Widerrufe der Vollmacht eintrifft. Denn auch ein solcher Mann ist weder schuldlos, noch gekränkt in seinen Rechten, also nicht berechtigt, die Ungiltigerklärung der Ehe zu begehren. In beiden Fällen, wird jedoch durch ein solches Verschulden des einen oder des andern Theiles keineswegs zur Strafe die Giltigkeit der Ehe selbst bewirkt. Dieselbe kann noch immer von dem anderen Theile angefochten werden, nur nicht von dem Theile, der sich durch sein Verschulden des Bestreitungsrechtes unwürdig gemacht hat.

Besteht das obwaltende Hinderniß darin, daß die Ehe in Folge einer blos im Allgemeinen auf Schließung der Ehe, ohne Bestimmung der Person, mit welcher sie einzugehen wäre, lautenden oder mit alternativer Benennung zweier oder mehrerer Personen ausgestellten Vollmacht geschlossen worden, so könnte es bei dem ersten Anblicke scheinen, daß kein Theil die Ungiltigerklärung einer solchen Ehe zu begehren befugt sei, weil weder der Mann, der eine solche unzuläßige Vollmacht mit Wissen und Willen ausstellte, noch die Frau, die sich auf Vorzeigung derselben freiwillig trauen ließ, außer Schuld und in ihren Rechten gekränkt zu betrachten sind. Allein es kann ja der eine oder der andere Theil oder beide nicht gewußt haben, daß eine Vollmacht erwähnter Art gesetzwidrig sei und die Rechtsunwissenheit schadet

dem Bestreitungsrechte nicht; denn es ist möglich, daß der Mann getäuscht oder übereilt worden sei, um eine ihm vorgelegte generell oder alternativ lautende Vollmacht zu unterschreiben, oder daß eine Weibsperson auf eine solche bloß von ihrem Vater, Vormund oder einem Rathgeber eingesehene Vollmacht getraut worden sei. In solchen Fällen tritt allerdings Schuldlosigkeit dieses oder jenes Ehegatten ein. Dann muß sich der Mann gekränkt fühlen, wenn er in dem engsten lebenslänglichen Verhältnisse mit einer Person bleiben soll, in welche er bestimmt und deutlich doch nie eingewilliget hat und die Frau, daß sie keine Sicherheit hat, mit einem Manne verbunden zu sein, der wirklich seine Einwilligung zu dieser Verbindung gegeben hat.

Hinsichtlich der Convalidation einer per procuratorem ob defectum mandati ungiltig geschlossenen Ehe siehe §. 344. Die Canonisten citiren folgende Entscheidung der Rota (coram Ubald. decis. 310. n. 8): Cum matrimonium fuerit jam nulliter contractum ex defectu mandati, non potuit ratificari, sed debuit iterum contrahi cum debitis solennitatibus in facie Ecclesiae.

§. 249. Praktische Fälle von Eheschließungen durch einen Bevollmächtigten.

1) Causa Ferentina matrimonii, die 21. Junii 1721. Joannes Antonius Cardonus contendit matrimonium a se contractum cum Clarice Pisona die 14. Junii 1709 nullitate laborare, tum quia contractum fuisse dicit per vim et metum sibi a patre et fratribus Claricis incussum, tum quia contractum fuit per procuratorem, revocato ante matrimonium tacite et expresse mandato procurae, quod satis est ad matrimonii nullitatem, etiamsi notitia revocationis mandati ad procuratorem non devenerit (cap. fin. de procurat. in 6.), et tandem quia in mandato procurae dictum fuerat, quod matrimonium contrahi deberet juxta ritum S. Romanae Ecclesiae, quo minime obstante contractum fuit sine consuetis denunciationibus a S. Concilio Tridentino praescriptis. Excipit e contra Clarix Prisona, matrimonium esse validum ac rite et recte fuisse contractum, non solum quia in relatione Vicarii Apostolici Ferentini enunciatur epistola ab eodem Cardono scripta paulo post matrimonium contractum, in qua Claricem agnoscit in suam legitimam uxorem, sed etiam quia ex relatione moderni Episcopi dictae civitatis habetur, quod Cardonus Claricem ad copulam induxit et praegnantem reddidit, et deinde se transtulit ad civitatem Satinam, ubi a consanguineis mulieris inventus, inductus fuit ad faciendum mandatum procurae. Absque eo, quod mandato procurae objici valeat, vel quod factum fuerit per vim et metum, vel quod fuerit revocatum, cum haec omnia innitantur testimonio nonnullorum et signanter cujusdam sacerdotis Armidori, qui tamquam falsarius fuit ad triremes damnatus. Spreta pariter inobservantia mandati procurae circa ommissionem denunciationum, quia etsi in mandato procurae fuisset expresse et litteraliter dictum, quod matrimonium contraheretur praemissis denunciationibus, matrimonium nihilominus est validum, si contrahatur

iisdem ommissis, quia quando exprimitur in commissione forma juris communis eo modo, quo Juri communi inest, non inducitur nova forma, sed tantum expressa censetur admonitio, ut Jus commune servetur (Sanchez lib. 2. disp. 11). His stantibus quaeritur: An matrimonium sit nullum in casu etc.? Sacra Congregatio Concilii die 12. Julii 1721 respondit: »Non constare de nullitate matrimonii.«

Cum autem subinde Joannes Antonius petierit iterum audiri, pollicitus novis argumentis evincere controversum procurae mandatum et sibi violenter extortum, et matrimonio nondum inito revocatum, ejus precibus annuens S. Congregatio sub diem 2. Augusti 1721 rescripsit: »Audiatur et coadjuventur probationes juxta instructionem, subministratis interim alimentis et sumptibus litis Clarici arbitrio Emmi Praefecti.« In hujus itaque decreti sequelam, examinatis jam dudum quatuor testibus, eorum depositiones modo exhibentur ab ipsa Clarice, quae declarari postulat: »An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.?« Sac. Congreg. Concilii die 20. Augusti 1735 resp. »In decisis et amplius.»

2) Causa Eugubina seu Perusina matrimonii, die 25. Januarii 1727. Contendit Elisabeth de Ghirardis, matrimonium a se per procuratorem contractum cum Hieronymo de Raphaelibus nullitate laborare, ex quo videlicet, antequam illud contractum fuisset, mandatum a se fuerat revocatum, licet id tunc non fuisset deductum ad notitiam procuratoris. Addit aliam nullitatem consistentem in hoc, quod fuit contractum coram parocho Cathedralis Ecclesiae, quando ipsa utpote degens in monasterio S. Benedicti educationis gratia erat de parochia S. Secundi, intra cujus fines praedictum monasterium situm est, et quando Hieronymus de Raphaelibus degebat in parochia S. Petri ejusdem civitatis. Certum etenim est, matrimonium non contractum coram parocho vel mulieris vel viri nullitate laborare (Conc. Trident. Sess. 24. de ref. matrim. cap. 1). Spreta responsione, quod Hieronymus erat Clericus, et quod in civitate Eugubina juxta consuetudinem et Constitutiones synodales Clerici, licet habitantes in aliis parochiis, subsunt Ecclesiae cathedrali, quandoquidem asserit id procedere posse ad alios effectus, sed non ad effectum matrimonii. E contra Hieronymus se opponit et probare conatur, mandatum revocationis contigisse post matrimonium contractum et revocationem non fuisse spontaneam, sed coactam et ulterius parochum Cathedralis Ecclesiae in civitate Eugubina esse parochum omnium Clericorum ad omnes effectus, et etiam ad effectum matrimonii.

Propositum igitur fuit in Congregatione habita die 25. Januarii 1727 sequens dubium: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« et rescriptum fuit: »Dilata et puella caute transportetur ad aliquod monasterium civitatis Castelli, in quo exploretur ejus voluntas a dictae civitatis Episcopo juxta instructionem.« Cohaerenter ad haec datae fuerunt litterae ad Ordinarium Perusinum, ut se intelligeret cum Episcopo civitatis Castelli super transportatione puellae, ut transportatio videlicet adimpleretur, recta via et comitante una matrona, de qua tamen nulla esset suspicio, quod esset subornatura puellam aut

pro aut contra matrimonium, aliisque adhibitis cautelis, quae revera fuerunt adhibitae a Vicario Generali Perusino sub directione Archiepiscopi, Episcopi Perusini in Urbe commorantis. Datae etiam fuerunt litterae ad Episcopum civitatis Castelli, in quibus secuto puellae adventu, demandatum est, ut eam collocaret in monasterio sibi beneviso, eam quoque custodiendam traderet probae Moniali cum prohibitione, ne aliquis cum puella colloqueretur vel ad eam epistolae deferrentur et cum additione, ut transacto termino viginti dierum, ipse sepositis arbitris eam interrogaret et de responsionibus Sac. Congregationem faceret certiorem.

Quia vero matrimonium per procuratorem fuerat contractum die 29. Martii 1724 hora duodecima et puella per actum publicum mandatum revocaverat eadem die, sed uti probabiliter credebatur, post contractum matrimonium, et praetendebatur, quod actus publicus revocationis mandati factus quidem appareret dicta die 29., sed quod consensus de matrimonio contrahendo fuisset ab ipsa revocatus die 28., uti ex nonnullis testibus habebatur, et Elisabeth examinata die 2. Maji 1724 deposuerat coram Vicario Generali Perusino, scriptum idcirco fuit Episcopo civitatis Castelli, u t d e l a t o j u r a m e n t o puellam interrogaret, primo, an revera consensum revocasset die 28. Martii, secundo, an revocatio fuerit spontanea vel per metum incussum a patruis de Donninis vel ex subornationibus aliorum, qui cum eis Eugubium accesserunt, et tertio, in qua nunc voluntate persistat, contrahendi videlicet vel non contrahendi matrimonium cum Hieronymo. Supervenerunt Acta transmissa ab Episcopo civitatis Castelli, ex quibus habetur, puellam interrogatam respondisse, 1) se suam voluntatem revocandi mandatum propalasse die 28. Martii summo mane Petro de Donninis patruo, Patri Gaspari de Giglis et Moniali Hieronymae de Bonassonis, eos rogando, ut ad monasterium accedere faciant Notarium, ut publicum suae revocationis fieret instrumentum; 2) se die 27. ejusdem mensis consimilem revocationem consensus et mandati procurae significasse Patri Gaspari de Giglis et post ejus discessum a monasterio Moniali Felici Sarzi, cui injunxit, ut suam voluntatem Hieronymo notificaret ad effectum, ut se a matrimonio abstineret; 3) se haec omnia fecisse sponte et libere, non autem per metum incussum a Petro de Donninis patruo, nec ex persuasione seu subornatione cujusvis alterius personae; 4) se nolle contrahere matrimonium et se in hac voluntate esse atque fuisse momento, quo consensum et mandatum procurae revocavit. His stantibus reproposita causa in Congregatione habita die 26. Aprilis currentis anni nulla capta fuit resolutio, sed dictum: »dilata et proponatur in ultima Junii et Partes informent;« cumque die 5. Julii 1727 causa pro tertia vice proponatur, quaeritur: «An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« S. C. C. resp. A f f i r m a t i v e.

3) C a u s a N e a p o l i t a n a, die 7. Julii 1736. Joannes Bapt. Bassano Burgundus et olim chirurgus cujusdam legionis Gallorum militum, Neapoli sub annum 1706 moram trahens ad evitandas violentias, quas ei Dux quidam in dies minabatur, ut Genovefam Aloysiam de Capellas in domo ejusdem Ducis commorantem, scenicamque artem in publicis theatris agentem sibi in uxorem

adjungeret, folium quoddam a se, ut asseritur, in albo subscriptum in manibus Ducis reliquit, indeque Taurinum profectus, postquam in ea civitate aliquo temporis spatio consedit, Viennam progressus est, ubi anno 1715 praemissis consuetis denunciationibus coram parocho et testibus matrimonium iniit cum Maria Catharina Benedettin et ex ea filiam, nomine Mariam Joannam suscepit, deindeque Maria Catharina defuncta anno 1724 in uxorem duxit Mariam Catharinam Waldener, cum qua adhuc vivere praefertur. Interea vero memoratus Dux post discessum Joannis Bapt. e civitate Neapolis curavit in nuntiato folio sibi tradito exarari mandatum procurae in personam Joannis Antonii Sottomajure sui familiaris ad contrahendum matrimonium nomine dicti Joannis Bapt. cum praefata Genofeva, quemadmodum reipsa sub diem 9. Maji 1709 coram parocho et testibus contractum fuit. His ita peractis, nonnisi circa finem superioris anni post obitum Genofevae in xenodochio S. Eligii ejusdem civitatis Neapolis die 20. Junii 1734 secutum, saepe dictus Joannes Bapt. Bassano Viennae adhuc degens, supplicem S. huic Congregationi libellum porrexit, quo postulavit nullum declarari matrimonium cum Genofeva suo nomine initum, legitimam vero prolem a se ex altero matrimonio susceptam. Quumque super ejus precibus auditi jam fuerint ambo Archiepiscopi Viennensis et Neapolitanus, contingit modo ad ipsius instantiam, bina infra scripta dubia supremo EE. VV. oraculo definienda proponere.

Porro ad evincendam matrimonii nullitatem totus in eo est Joannes Bapt., ut ostendat, enunciatum folium in albo subscriptum non alio prorsus cum consilio a se traditum fuisse praefato Duci, nisi ut assiduas gravium malorum minas, sibi ab eodem Duce intentatas evaderet, quum de caetero nullum umquam habuerit animum constituendi procuratorem, a quo matrimonium cum Genofeva suo nomine contraheretur. Id vero satis compertum fieri putat tam ex pluribus circumstantiis, quae in tota facti serie comprehenduntur, quam ex depositione ferme concordi quatuor testium, qui de metu edicebant et inter caetera haec habent: »Si avvanzò in tal maniera la gelosìa del detto Duca, che in ogni conto voleva, che il detto Giovanni avvesse sposata la detta Genofeva, altrimenti l'averebbe ammazzato, e nell' istesso tempo minacciava anco la suddetta Genovefa etc. e sò benissimo, che era capace di eseguirle, si per la prepotenza, si anche per esser egli uomo capricioso e vendicativo etc., onde vivevano con grandissimo timore della vita etc., ed un giono per isfuggire le violenze del detto Duca, ed alla richiesta della detta Genofeva sottoscrisse di proprio suo pugno un foglio in bianco per dar soddisfazione al detto Duca;« tum denique ex declaratione per ipsam Genofevam usque ab anno 1718 coram Notario et testibus subscriptam, in qua sic legitur: »Dichiaro io sottoscritta, come il matrimonio, che qui in Napoli nella chiesa parochiale di S. Matteo per procura tra me ed il Signor Giovanni Battista de Bassano fu contratto, non vi fu la sua libera volontà, ma una mera e pura forza e potenza del fu Duca etc., minacciandolo della vita, se tal' atto non faceva, che però conoscendo io essere detto matrimonio invalido e nullo, ne fo la presente dichiarazzione, affinchè il detto Bassano non resti per tal effetto in cosa veruna pregiudicato etc.

Praeterea cum idem Joannes Bapt. juxta dictorum testium depositionem, post subscriptum in albo memoratum folium, protestatus expresse fuerit coram amicis, hoc ita egisse ob vim et metum sibi incussos, absque animo ineundi matrimonium cum Genofeva, hinc promanare contendit, assertum procurae mandatum in personam Joannis Antonii Sottomajure subinde in dicto folio expositum sufficiens minime fuisse pro contrahendo valide matrimonio, vel quia dici nequeat legitime confectum, vel quia reputari debeat saltem tacite revocatum ex dicta subsecuta protestatione; certum quippe in jure est, mandatum procurae, ut satis sit ad matrimonium valide contrahendum, fieri debere certae et determinatae personae, atque ad effectum illud contrahendi cum certa et determinata persona, uti per textus expressos in cap. fin. de procurat. in 6. et in Clem. Non potest, eod. tit. tradunt DD., illudque absque scientia et consensu ejus, cui traditum est, tacite etiam revocari posse, juxta rescriptum Bonifacii VIII. in cit. cap. fin. de procurat. in 6. ibi: »Sane si procurator, antequam contraxerit, a domino fuerit revocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitus ignorarent) nullius momenti existit, cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequit.«

Caeterum, ubi etiam nullitas asserti matrimonii cum Genofeva satis in aperto posita non censeretur, adhuc juxta quaestionem in secundo dubio institutam, tuetur Joannes Bapt. prolem a se susceptam ex posteriori matrimonio sub annum 1715 contracto, utpote in facie Ecclesiae coram parocho et testibus ac bona fide saltem alterius ex conjugibus celebrato pro legitima ad omnes juris effectus habendam esse; proles enim redditur legitima etiam ex vi matrimonii, quod, licet vere non sit validum, tale nihilominus existimetur ob ignorationem vitii illud inficientis, dummodo apud alterutrum ex contrahentibus ea resideat opinio bona fide concepta, ut ad normam cap. cum inter, pervenit, ex tenore, qui filii sint legit. firmavit Rota et declaravit haec S. Congregatio in Tornacen. legitimit. 24. Maji 1681, in Mechlinien. et Tricariensi.

Emmus Archiepiscopus Neapolitanus, summatim relatis iis, quae super hac re deposuerunt memorati testes, nec non adductis facti circumstantiis, ex quibus praetenditur satis colligi, Joannem Bapt. ex violentiis sibi illatis supra dictum folium subscripsisse absque animo matrimonium contrahendi cum Genovefa, ita subdit: »Verum enim vero, quum testium fides in judicis prudenti arbitrio jurium dispositioni conformando sit reposita, Eminentiis VV. expendendum reor, ab oratore dictarum minarum protestationem in scriptis minime fuisse redactam, neque, ut redigeretur, curatum fuisse et nullimode procurationis mandatum seu folium, eo invito et coacto subscriptum, fuisse revocatum, quod haud erat difficile; praeterea dictum mandatum originale in meo archivo exstans prae oculis volvi, in eoque procuratoris nomen eodem Notarii charactere quamvis parum grandiori, quo integre exaratum folium conspicitur, animadverti. Quoad epistolas ab utroque conjuge ad sese invicem datas, nulla earum ad me exhibita fuit, quas tamen isti S. Congregationi, si verae sunt, exhibere poterit orator, nec supra relata mulieris confessio seu declaratio (cujus originale mihi nec etiam

fuit exhibitum), ut matrimonii nullitatem arbitrer, satis animum movet meum Etenim ex Decretali Coelestini III. Eminentiis VV. satis nota in cap. super eo, de eo, qui cognovit utriusque conjugis confessio idoneam haud habet probationem ad matrimonium dirimendum; ad haec tanti temporis lapsus ab anno sc. 1706 usque adhuc vel praecipue ab anno 1718, quo mulier recensitam confecit declarationem, ut asseritur, intra quod orator ejusmodi matrimonii nullitatem in medium adducere, nemine praepediente, neglexit, Genovefae exspectans obitum secutum anno 1734 me prorsus in sententia tenet ancipitem.«

In litteris autem, quas sub finem superioris anni ad S. hanc Congregationem dedit Emmus Archiepiscopus Viennensis rescribens, nullam umquam in sua Archidioecesi exortam fuisse suspicionem de matrimonio nomine Joannis B. Bassano cum Genovefa Aloysia des Capelles inito, sed ambo matrimonia, ut supra ab eodem Joanne Bapt. contracta hactenus existimata fuisse valida, prolemque inde susceptam ab omnibus legitimam reputari, praesertim ob bonam famam dicti Joannis Bapt., ac praeterea satis constare authentica declaratione Genofevae sibi exhibita, quod controversum matrimonium per vim et metum fuerit initum, nec non probabiliter credi posse, oratorem sero et post contractum secundum matrimonium illius notitiam habuisse, sententiam suam hisce verbis aperuit: »Quod reliquum est, dignus mihi videtur, quod attentis facti circumstantiis, nempe adeo diuturna dictae Genovefae taciturnitate et subsequenti declaratione, cum qua obiit, ac honestate ipsius supplicantis uxorem et consanguineorum illarum valde civilium, ut gratiam, quam enixe petit, consequatur. Decidendum itaque erit: 1) an constet de nullitate matrimonii? et quatenus negative, 2) an saltem reputari debeat ad omnes juris effectus legitima proles suscepta ab altero matrimonio contracto anno 1715 in casu etc.? Sacra Congregatio Concilii respondit: Ad 1) affirmative; ad 2) provisum in primo.

4) Causa Neapolitana seu Castri Maris matrimonii, die 12. Decembris 1752. Hospitium Neapoli exercebat vilis femina, quae a viro diverterat, Beatrix Bergantina, filiamque in eo retinebat secum Angelam Arnioli, quam ex primis nuptiis susceperat, quaeque non levi inhonestatis suspicione laborabat. Excipi solebant in hoc hospitio Laurentius Giordano et Philippus, ejus filius 20 annorum adolescens, honesto loco nati in civitate Castri Maris et divites, qui negociationis causa Neapolim frequenter appellabant. Hujus hospitationis occasione plurima familiaritate conjuncti sunt Philippus et Angela, quod spem injecit Beatrici matri, fore, ut hi amantes nuberent. Cum tamen probe nosceret, difficile hoc esse, si iis, quibus matrimonia contrahi solent, modis res tractaretur, ad machinationes animum convertit, suasore socioque doli et fraudis hospite alio, qui pariter Angelam deperibat, Fabio Ricci, cui sese comitem adjunxit Nuntius Misura. Re inter hos composita Beatrix et Riccius Neapoli discesserunt; restitit Riccius prope Turrim Octavi, quae vulgo nuncupatur Torre del Graeco; Beatrix praetergressa civitatem Castri Maris petiit recta pergens ad domum Josephi Sottognello barbitonsoris. Hic accito Philippo, Beatrix precibus, lachrymis, blanditiis et filiae nomine postulavit ab eo pecunias, quibus

filiae necessitati cuidam, quam finxit, occurreret, petens nimirum ducat. 50. Negavit Philippus, pecunias se dare posse, cum filius familias esset. Tunc Beatrix atramentarium protulit, calamum, foliumque album obsecrans Philippum, ut in eo nomen suum scriberet, ut posset inde scribi apocha obligationis ducat. 50, si aliquis Neapoli reperiretur, qui vellet eam pecuniam mutuo dare, unaque parvum aliud protulit folium, in quo scripta erat formula subscriptionis faciendae a Philippo: Io Filippo costituisco ut supra.« Captus adolescens vafritie mulieris et nesciens in re illa subita, quid consilii caperet, folium illud album juxta formulam illam incaute subscripsit; atque haec comoedia acta est spectatoribus Josepho Scotognello, et Antonia Arduino ejus uxore. Voti compos facta Beatrix folium detulit ad Riccium, qui exitum fabulae exspectabat, et repetito itinere Neapolim venerunt, ubi, ut facilius alliceretur Tabellio ad extendendum in illo folio albo mandatum procurae Philippi ad contrahendum matrimonium cum Angela, sese ut testis subscripsit Riccius, licet absens esset, dum folium a Philippo subscriptum fuit, apposuitque nomen alterius testis J o s e p h i a b A n g e l o ignoti hominis, sed quo fortasse significare voluit Josephum Scotognello, in cujus domo res acta fuerat. Deerat Tabellio, qui mandatum procurae scriberet in folio albo; praesto fuit Nuntius Misura, qui se convertit ad amicum postulans ab eo, ut mandatum ad contrahendum matrimonium scriberet. Negavit Tabellio, quod Philippi mandantis litteras et manum non nosceret; sed Nuntius Misura falso narrans, rem esse periculi plenam, quia Philippus Giordano morti proximus esset, neque diutius matrimonium protrahi posset, testem se obtulit quod folium subscriptum fuisset manu Philippi et ejus fide Tabellio mandatum procurae Philippi ad contrahendum matrimonium cum Angela Armioli, constituto procuratore eodem Nuncio Misura, in folio illo albo et vacuo summa facilitate expressit. Post hoc mandatum omnia, Riccio curante, impleta fuerunt, quae ex disciplina Ecclesiae et Tridentini dispositione servanda sunt, antequam matrimonia contrahantur. Episcopus Castri Maris denunciationes remisit. Sed in scopulum Riccius impegit ob defectum mandati procurae ad deponendum de statu libero Philippi, cum satis non esset mandatum illud procurae ad contrahendum matrimonium; animo tamen non fractus impulit Angelam, ut data ad Philippum epistola peteret ab eo subscriptionem novi hujus mandati. Experimentum hoc inutile fuit; nam Philippus accepta epistola, ira aestuans et epistolam et mandatum laceravit, nullumque dedit responsum. Confugit igitur Riccius ad Dominicum Spinelli Angelae parochum et Beatricis affinem, qui deceptus fuerat supposita alia persona, quae se Philippum Giordano simulaverat et parocho aperuerat voluntatem suam contrahendi matrimonium cum Angela. Parochus igitur, cum per podagram, qua vexabatur, non liceret ei coram alloqui cum Vicario generali Neapolitano, adiit eum epistola, qua eum certiorem reddebat, Philippum a patre, qui de hoc matrimonio aliquid resciverat, detineri domi in custodia; periculum esse in mora, quia pater alias ei parabat nuptias; Angelam a Philippo compressam fuisse, incertumque, an praegnans esset; metuendum esse de fama puellae, incito conjugium fieret; postulabat igitur huic malo promptum dari remedium. Morem parocho gessit Vicarius gene-

ralis, »et mandavit dictum mandatum procurae ad contrahendum valere etiam ad deponendum super statu libero Philippi.« Superatis igitur astu et calliditate Riccii difficultatibus matrimonium, invita licet et repugnante Angela, contractum fuit, Nuncio Misura figuram sustinente procuratoris Philippi Giordano, qui de his omnibus nihil audiverat.

Contracto matrimonio in portu navigare putabant Beatrix et Riccius, sed nova repente tempestas exorta est. Castrum Maris perducta fuit nova nupta a matre, quae eam reliquit domi Josephi Scotognello et illico Neapolim reversa est. Accitus Philippus Giordano, ubi ab Angela audivit contractum fuisse inter eos matrimonium, viditque parochi testificationem, ira exarsit, maledictis, probrisque ac contumeliis eam afficit et plura tum Angelae tum Josepho minatus terga iis vertit et delusa femina, triduo post comite eodem Josepho, Neapolim regressa est. Sine mora Philippus Neapolim venit et re delata ad regios judices, Angela eorum jussu in monasterio collocata fuit, cognitione de validitate vel nullitate matrimonii ad Archiepiscopalem Curiam delata. Auditi fuerunt judicialiter testes plurimi, Joseph Scotognello, ejusque uxor Antonia Arduino, Tabellio, qui mandatum procurae scripserat, Nuncius Misura, aliique, qui factum, uti evenerat a Riccio, Beatrice et Misura audiverant, e quorum dictis ea excepimus, quae supra dedimus. Ipsa Angela, licet primo matrimonium rite recteque contractum atque etiam consummatum dixisset, inde tamen conscientiae stimulis acta, retractavit, quae dixerat, et rem narravit, ut nos retulimus, nisi quod dixerit, noluisse Philippum ad Josephi domum accedere, qua in re cum caeteris testibus non convenit; etiam Beatrix rem pandidit; Riccius auditus non fuit, sed e civitate Terrani testificationem misit, quam de falso convincunt iimet, quos ipse advocat in testes. Causa post longas moras in Tribunali Archiepiscopali proposita fuit et judices illi censuerunt lata sententia, »quod, attenta dubietate, consulatur Sac. Congregatio Concilii, etiam pro observantia Constitutionis SS. D. N. Benedicti XIV. editae III Nonas Novembris 1741.« Nunc igitur causa proponitur et disputat Philippus, nullum fuisse matrimonium eo, quem retulimus, modo contractum, defectu consensus, fatetur ipse quidem folium album a se fuisse subscriptum astu et calliditate Beatricis, non tamen ut in eo apponeretur mandatum procurae ad contrahendum matrimonium cum Angela Arnioli, sed ut scriberetur obligatio pro ducatis 50 pro cautione ejus, qui pecunias mutuo dare vellet. Neque ab Angela, neque a Defensore matrimonii aliquid hactenus habuimus. Dubium est: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. S. C. resp. Dilata et scribat defensor matrimonii.

Die 13. Januarii 1753. Scripsit hic, ut credimus, ideoque perpensis, quae ipse proponet, quaeritur: An constet etc.? S. C. C. resp. Dilata et coadjuventur probationes juxta instructionem.

5) Causa Aprutina matrimonii, die 19. Januarii 1754. Nullum dicit Elisabeth Vincentii e Terra Notarisci matrimonium, quod contraxit cum Caesare Presbytero e Terra Laureti, aut, si matrimonium validum sit, negat cogi posse ad cohabitandum cum viro. Nullitatis causae duae sunt; 1) vis et metus saltem reverentiae, quibus a patruo in cujus tutela curaque erat, adacta fuit ad

contrahendum matrimonium cum homine ignoto et quem numquam vidit; 2) defectus formae, quia non constat de consensu Caesaris. Rem ita narrat. Initio anni 1750 sacerdotem Titium patruum eam insciam despondisse Caesari Presbytero, certiorem inde fecisse puellam, quae aegre tulit, sed patruo renuere non audens, curavit tantum, ut matrimonium in longum protraheretur, temporis aucupando beneficium; sed patruus ita rem ursit, ut constituta fuerit ad matrimonium contrahendum dies 25. Martii 1750, tanta vero festinatione matrimonium actum fuisse, ut nulla licet impellente causa, unica praemissa denunciatione die 22 ejusdem mensis, quae erat Dominica Palmarum, biduo ante ipsam constitutam diem contractum fuerit, die nempe 23. ejusdem mensis Martii. Testes habet Elisabeth de contraria voluntate sua hisce nuptiis, tractamque ad matrimonium fuisse, sed cum his testibus non conveniunt, qui in contestes vocantur. Haec primum nullitatis caput, quod est de vi metuque illato, respiciunt; ex facto, quod narrare pergimus, oritur alterum, quod est de formae defectu. Die igitur illa 23 Martii convenerunt in domum puellae parochus, testes et quidam Cirus Amorotti, qui sese Caesaris absentis procuratorem asserebat. Adventa, sive, ut ipsa dicit, tracta puella, postulante parocho a Ciro procuratore mandatum Caesaris, Cirus parocho chartam tradidit complicatam. Chartam hanc neque parochus neque testes neque alius ullus ex iis, qui aderant, aperuit aut legit, ita ut nemo conscius esse potuerit de veritate et validitate mandati, de persona procuratoris, de voluntate et consensu Caesaris, atque ita matrimonium contractum fuit.

Tanta inde negligentia parochus ille usus est, ut vel per errorem, vel quia reipsa ignoraret, quisnam fuisset sponsus, quisve procurator, in libris parochialibus scripserit, matrimonium contractum fuisse a Ciro, non a Caesare, ita ut Caesar, qui sponsus erat, descriptus fuerit procurator Ciri et Cirus, qui procurator fuit, descriptus sponsus Elisabeth. Atque hic error irrepsit etiam in libris Ecclesiae Matris, in quibus describuntur matrimonia, licet in aliis Ecclesiis parochialibus contracta; neque hic finis est negligentiae parochi. Mandatum procurae, quod parocho traditum fuit, omnibus licet adhibitis diligentiis, repertum non fuit, neque autographum ipsum alligatum fuit, ut opus erat, libro matrimoniorum, neque exemplatum in libro, ita ut etiam nunc ignoretur, an vere mandatum fuerit, an vere Cirus fuerit procurator constitutus, an Caesar consensum praestiterit, idque an pure, an conditione aliqua adjecta. Hisce nuptiis contractis, neque puella ad viri patriam 15 mille passibus dissitam traducta fuit, neque vir ad eam accessit, ita ut matrimonium consummatum non fuerit. Interim vero parabantur vestes, gemmae, mundus muliebris, omnia haec ad Elisabeth mittebantur, conscriptae etiam fuerunt inter ipsam et Caesarem, socerumque epistolae; sed repente exorta est diffamatio quaedam domus Presbyteri in Terra Notarisci, quae in causa fuit, ut gravissimae inter utramque familiam orirentur inimicitiae et ad arma adventum fuisset, nisi provido Serenissimi regis jussu coacti fuissent utriusque Partis consanguinei et affines ad quartum usque gradum cautionem praestare d e n o n o f f e n d e n d o. Constans igitur Elisabeth in voluntate sua non cohabitandi cum inviso viro preces obtulit mense De-

cembri 1751 Sanctissimo D. N., quibus petebat dispensationem matrimonii rati et non consummati; rescriptumque fuit: utatur jure suo; de causa tamen cognoscere noluit Episcopus Aprutinus, quod certo non constet, an terra Notarisci sit in dioecesi. Iterum igitur adiit Elisabeth Sanctissimum D. N., a quo die 3. Martii 1752 rescriptum est: »recurrat ad Sac. Congregationem Concilii quoad praetensam nullitatem tantum.« Datae igitur fuerunt litterae ad Episcopum Aprutinum, ut moris est, sed magis magisque excreverunt inimicitiae, ut Pars utraque mutuo consensu non sine injuriis et contumeliis per publica instrumenta restituerit, quod ab altera acceperat, et consensum praestiterit dissolutioni matrimonii et dispensationi impetrandae. Processum facit Episcopus, coram quo Caesar, qui in alia dioecesi Pinnensi est, non venit, et ad hoc Sac. Tribunal scripsit; plura refert in epistola, quae licet fortasse seorsim sumpta nullitatem matrimonii probare nequeant, conjuncta et coacervata gravissimae tamen sint ponderationis, et si etiam non sint, censet Sanctitatem Domini Nostri solita ejus clementia huic matrimoniali contractui posse dispensare. Causa nunc proponitur et datis libellis pugnant hinc inde Elisabeth et Caesar. Elisabeth nullitatem sustinet matrimonii, Caesar validitatem. Addit Elisabeth, ut, si forte Emmi Patres censeant, matrimonium illud validum fuisse, »consulant saltem Sanctissimo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati«; cum ad hanc dispensationem satis esse debeant causae, quae ad probandam nullitatem proponuntur. A defensore matrimonii nihil habuimus. Quaeritur: 1) an constet de nullitate matrimonii? et quatenus negative, 2) an juris remediis, ac etiam per censuras cogenda sit Elisabeth de Vinentiis, praestare obsequia matrimonialia Caesari de Presbyteris in casu etc.? S. C. C. die 9. Februarii 1754 resp. ad 1) negative; ad 2) affirmative et amplius.

6) Causa Santandrien. seu Cubana matrimonii, die 26. Aprilis 1788. In regionibus degens Havannae, mandatum dedit Franciscus de Riano die 29. Aprilis 1777. Equiti Jo. Antonio de la Barcena ad contrahendum in Santandriensi civitate matrimonium cum Rosa de Zarate et Oruna, illudque deinde quatuor ad sponsum datis epistolis sub diebus 17. Decemb. 1777, 16. Januarii, 18. Maji et 25. Junii 1778 ratum habuit. Omnibus adhibitis solenniis, demandatum munus explevit procurator die 15. Junii 1778, reque ad Rianum delata, iterum et tertio per alias epistolas sub annos 1780 et 1781 contracto plausit matrimonio, seque ad uxorem accessurum dixit, cum primum negotia sua composuisset ac pericula belli, quod inter catholicum, christianissimum et Britannum regem agebatur, cessarent. Commendavit imo Joanni Nepomuc. Riborica, Santandriensis domicilii, uxorem et soceram, eumque rogavit, ut omnia ad ad illarum exhibitionem praeberet. Frustra tamen virum per septennium exspectavit Rosa, tantaeque morae pertaesa, Santandriensem adiit ecclesiasticam Curiam, ut tandem aliquando ad conjugalia officia cogeretur. Requisitorialibus expeditis litteris innotuit, alteri eum in nova Aurelia die 10. Januarii 1782 nupsisse mulieri, Mariae sc. de Sales, liberosque ex ea suscepisse. Ad hoc contrahendum matrimonium docuerat ex Instrumento, congruo se tempore, die

nempe 12. Junii 1777, quo prae locorum distantia nubere non potuerat ejus procurator Rosae de Zarate, consensum revocasse. Quod novum non est apud Indos »attenta eorum conditione et consuetudine facile consentiendi in matrimonium ficte«, ut refert Sanchez. Formiter idcirco examinati fuerunt anno 1784 in Curia ecclesiastica Havannae instrumentarii testes, Aloysius et Michael Gonzales ac Franciscus Rodriguez de los Santos. Alter vero dixit: »che non si ricordava di averlo veduto (Rianum nempe) fare alcun Istrumento publico«; alter: »di non conoscere D. Francesco di Riano, e che non si ricordova di essere stato testimonio a verun documento publico, o privato concernente il Riano«; et iisdem fere verbis alter. Hoc tamen non obstante, qui matrimonia ibi tuetur, standum potius esse censuit fidei Notarii, qui revocati consensus Instrumentum rogavit et favendum secundae uxori, bona fide possidenti, decrevitque Ordinarius, molestandum non esse Rianum, donec contrarium probaretur, ut constat ex Summario Actorum Santandriensis Curiae. His cognitis et per Decretum Santandriensis Episcopi Rosae communicatis imparem ea se dixit sumptibus litis, Pontificiamquae implorare velle declaravit auctoritatem pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato. Reque vera Sanctissimo D. N. supplicavit, ut eam declararet »libera a disporre di re medesima.« Precibus ab hac S. Congregatione Santandriensi Episcopo remissis, demandata fuit confectio processus juxta Constitut. »D e i m i s e r a t i o n e.« Is autem retulit: »talem processum impossibilem confectu esse, vel certo inutilem prorsus fore; nam aut citari non poterit Franciscus de Riano, quia qua in urbe aut dioecesi habitet, ignoratur, et forte jam se contulit in remotissima et incognita nostrae Americae loca, vel in finitimas extraneas provincias; aut si forsitan citari contingat, statim fugam capiet, uti minatus est per epistolam, ad ejus patruum datam absque indicatione domicilii. Atque ita concludit: »Cum igitur non de uno tantum, sed de duobus agatur matrimoniis, propter quod res implicatior evadit et haec lis, si per tramites judiciales suum jus prosequi velit oratrix, numquam finem habitura videatur, tam propter summam repugnantiam d. Francisci ad contestandum, tam propter distantiam locorum, denique propter substantiae inopiam ad litis prosecutionem: hoc unum superesse videtur remedium, ut sc. Beatissimus Pater Oratricem liberam declaret, aut certe pro quiete ipsius conscientiae cum illa ad cautelam dispenset. Quod quidem convenientissimum fore arbitror; alioquin relinquenda est oratrix in eo infelicitatis statu, ut nesciat, imo nec scire possit, nuptane sit an libera.«

Ad removendum obicem deficientis processus, Sanctissimum rogavit Rosa pro illius sanatione, ejusque instantia a r b i t r i o ejusdem S. Congregationis e x a u d i e n t i a S a n c t i t a t i s S u a e remissa, in dubium primum infrascriptum cum defensore matrimonii Urbis convenit. Tertio deinde Pontificium adiit Solium pro facultate disputandi secundum etiam dubium super dispensatione a matrimonio rato et non consummato, obtinuitque remissionem »a Monsignor Segretario del Concilio« proprio Sanctitatis Suae charactere. Hoc sane rescripto visa est tributa ad formam Benedictinae Constitutionis facultas concordandi flagitatum dubium. Si enim Sanctissimus per remissionem »a Monsignor Segretario del

Concilio«, a quo concordari solent causarum dubia, petitionem Rosae non rejecit, ergo commisit; quum ad alterutrum Benedictina Constitutio respiciat, vel »ut petitionem (disputandi de dispensatione a matrimonio rato) rejiciat, vel ejus examen alicui ex dictis Congregationibus committat.« Adjecta quandoque fuit remissivo rescripto clausula: »cum facultatibus necessariis et opportunis quoad concordantiam dubii«, ut in causa Gentili Montogil cum Julio Bussi; praescribenda tamen non est Summo Pontifici rescribendi formula, dummodo committat. Nisi enim rescriptum illud »a Monsignor Segretario del Concilio« concordationem dubii in hac causa commisisset, eam profecto nec rejicere, nec committere voluisse dicendum esset, quod de tanto Pontifice cogitari non potest. His igitur de causis secundum etiam, renuente defensore matrimonii, decretum est dubium super dispensatione a matrimonio rato, quod cum altero super nullitate proponitur. Arbitrio utendum ait Rosa ex Pontificio rescripto in hac definienda causa absque solenni processu, tum quia Santandriensis Episcopi testimonio impossibilis est illius confectio, tum quia ejus supplent vices Santandriensis Curiae acta. Ex una siquidem parte constat de revocato per Instrumentum consensu ante contractum matrimonium, de contradictione ex altera instrumentariorum testium assertae stipulationi et perseverantia consensus ad annum usque 1781, quo Rianus epistolarum commercium cum Rosa intermisit. Eas igitur in utramque partem adesse censet probationes, quae ad decernendam matrimonii validitatem aut nullitatem per solenniorem Benedictinae inquisitionem haberi possent: »Expedit, inquit S. Conc. Trident. Sess. 25. de reform. cap. 18., quandoque legis vinculum relaxare«, justa sc. concurrente causa. Maxime si impossibilis sit ejus observantia. Canon enim seu lex cum debeat esse possibilis, non vindicat sibi locum in casu, in quo non potest observari (Fagnan.). Reque vera non semel S. haec Congregatio in similibus casibus Benedictinae rigorem relaxavit, ut in Baren. nullit. matrim. 1754 et in Theatin. matrim. 1761.

Nullitatem deinde urget matrimonii. Posita siquidem revocatione consensus ex parte Riani, priusquam contraheretur, nullum procul dubio fuisset etiam quoad Rosam, quum mutuum absque mutuo consensu induci nequeat matrimonii vinculum, licet tam illa, quam procurator voluntatis mutationem ignorassent (cap. fin. de procurat. in 6. et S. Congregatio in Eugubina seu Perusina matrim. 17. Januar. 1727). Neque eam turbat sive instrumentariorum testium contradictio, sive consensus renovatio per epistolas. Testibus praeferendum esse contendit publicum revocati consensus instrumentum, de cujus veritate testatus fuit Notarius coram Ordinario Avannae. »Attento enim Jure regio (catholici nempe regis, cui subest Avanna) standum est Instrumento publico, quando confectum est a tabellione bonae famae et ipsum Instrumentum agnoscente, etiamsi testes instrumentarii rem aliter se habere deponant« (Guttier.). Epistolas vero tribuit dolo Riani, qui post solennem consensus revocationem ei potius illudere voluisse censetur.

Num haec in gravissima nullitatis matrimonii causa admittenda sint, EE. VV. dijudicabunt. Notandum tamen, quod ab uno pendet revocati consensus

Instrumento primi dubii resolutio, resque postulat, ut ex canonicis potius, quam civilibus legibus de illius veritate decernatur. De Jure autem canonico »si testes contradicunt instrumento, in quo scripti sunt, praevalent Instrumento«, ut notat gloss. in can. si testes C. 4. qu. 3. Animadversionem quoque merentur epistolae Riani tum prae earum numero, cum ob constantem mandati procurae ac ipsius matrimonii ratihabitionem, quodque magis est ob demandata uxori alimenta. Protestans enim (de ficto vel revocato in matrimonium consensu), faciendo actum contrarium protestationi, videtur ab ea recedere et simpliciter consentire (Sanchez). Quatenus autem daturi sint Emmi Patres negativum responsum ad primum dubium, deliberandum erit juxta secundum, an sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato. Quid matrimonii defensor in id dicturus, ignoro. Nulli dubium, quin justa de causa dispensare valeat Summus Pontifex a matrimonio rato. Hoc igitur quaerendum, num constet de non consummatione matrimonii cum Rosa de Zarate et justa concurrat dispensandi causa. Quod res sit de matrimonio tantum rato, ex actis liquet Santandriensis Curiae. Numquam enim Rianus post datum procurae mandatum in remotissimum se contulit domicilium Rosae, causamque dedit ejus contumacia judiciali illius instantiae in Santandriensi Curia. Non obscure etiam matrimonii consummationem excludit in sua informatione Santandriensis Episcopus, dum in ea est sententia, »ut Beatissimus Pater oratricem liberam declaret aut certe pro quiete ipsius conscientiae cum illa ad cautelam dispenset.« Hoc ipsum a prima ad ultimam comprobant Riani epistolae, in quibus, tam ante quam post contractum ab ejus procuratore matrimonium, futurum pollicebatur accessum ad sponsam post expedita negotia et cessata pericula belli. Si fides tandem praestanda est ipsimet Riano, non modo Rosam non adiit, sed nec novit umquam, ut patet ex ejus epistola ad patruum scripta die 20. Martii 1783, in qua se a primo matrimonio alienissimum dixit.

Num aliqua in casu nostro ex (consuetis cf. §. 45) causis concurrat, Emmi Patres videbunt. Nedum sane timor est scandali ob maximam Riani aversionem a primo matrimonio, sed impossibilis etiam est illius conjunctio cum Rosa; »matrimonium enim cum ista contractum nullum profitetur, omneque malum subire, quam ipsius cohabitationem amplecti se malle, multoties testatus est. Quapropter de illius contestatione nulla spes reliqua esse videtur«, ut inquit Episcopus. Quodque magis est, jam plures secundi matrimonii lapsi sunt anni, pluresque ex eo sunt filii, quos spurios declarare oporteret. In eo contra est Rosa »infelicitatis statu, ut nesciat, imo nec scire possit, nuptane sit, an libera. Ex quo, subdit Episcopus, multa mala ipsi imminere sentio, utpote juveni, nobili, alias satis diviti, nunc vero tantum non pauperi, utroque parente denique jam dudum orbatae.« Non semel in similibus dispensarunt Summi Pontifices a primo matrimonio rato ac prae caeteris Gregorius XIII., qui dispensationem indulsit »Duci Albano vulgo de Alva de Torres, qui contraxerat primo matrimonium de praesenti per procuratorem cum filia Ducis de Alcala Hispali et secundo cum alia, quod consummaverat« (teste Ursaja). In iisdem terminis dispensandum censuit S. haec Congregatio in Chien. 1729 (cf. de consen.

fict.). Quaer. a) An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? et quatenus negative, b) an sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummmato in casu etc.? S. C. C. resp. ad a) provisum in secundo; ad b) affirmative attentis facultatibus.

Matrimonii amplius nullitatem non urget Rosa de Zarate; sed de una agens dispensatione, confirmationem flagitat secundae resolutionis, quae iterum ex Pontificio rescripto (Bulla »Dei miseratione«) in examen venit. Mala potissimum urget matrimonii defensor, quae per dispensationem a primo matrimonio rato Rosae de Zarate sequerentur. Per eam, inquit, quae simplex esset gratia, matrimonium illud declararetur validum, secunda uxor adultera, ejusque filii illegitimi et periculum esset, ut secundum etiam dissolveretur matrimonium, si cognita primi validitate, de qua ante dispensationem dubitari posse affirmat, renovare nollent conjuges consensum. Eoque minus haec permitti debere contendit non citato Riano, penitusque inaudita Maria de Sales, quae secundum matrimonium bona fide contraxit. Argumentum retorquet defensor Rosae; nam eadem sequerentur mala, si denegaretur dispensatio, quum in implicito etiam validitatis statu primum matrimonium relinqueretur. Majora imo dici possent. Adimeretur enim secundis conjugibus facultas renovandi consensum, ut eorum conscientiae consulant. Idque verisimiliter ex diuturna vitae consuetudine, susceptaeque prolis amore facturi essent, si primi matrimonii vinculum dissolveretur. De impossibilitate autem citandi Rianum ejusque secundam uxorem satis dictum est. Unde S. C. C. die 30. Augusti 1788 stetit in decisis et amplius.

Zehntes Hauptstück.

Die Form der Eheschließung.

Erster Abschnitt.

Allgemeine Bemerkungen.

§. 250. Die Trienter Vorschrift über die Form der Eheschließung.

Das Vorhandensein der Ehe wird bewirkt durch die beiderseitige Einwilligung der Personen, die sich verehlichen wollen (cap. 1 de sponsa duor. vergleich. 2. B. §. 93); die beiderseitige Einwilligung dieser Personen bringt aber diese Wirkung nur dann hervor, wenn die Einwilligenden zur Eingehung der Ehe befähigt sind, dann wenn sie in der vorgeschriebenen Form (falls eine solche

mit irritirender Wirkung kirchlich angeordnet ist) gegeben wird (vergl. §. 10 der Anweisung f. d. g. G. Ö.). Das Minimum der Form, welche bei der Eheschließung behufs des Zustandekommens einer giltigen ehelichen Verbindung zu beobachten ist, hat das Concilium von Trient (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) mit den Worten ausgesprochen: Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et ejusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat. Insuper parochum vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, et testes, qui sine parocho vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter, arbitrio Ordinarii, puniri praecipit (vergl. 1. B. §. 32). Hierauf stützt sich die Vorschrift des §. 38 der Anweisung für die g. G. Ö.: Zur Giltigkeit der Ehe ist erforderlich, daß die Ehewerber vor dem eigenen Pfarrer Beider oder eines von Beiden, oder einem Priester, welcher hiezu von dem Pfarrer oder von dem Bischofe der Diöcese ermächtiget worden ist, und vor zwei oder drei Zeugen ihre Einwilligung erklären. In gleicher Richtung verfügt das bürgerliche Ehegesetz §. 18: Die feierliche Erklärung der Einwilligung muß vor dem Pfarrer eines der Brautleute, dem Stellvertreter desselben oder einem von dem Bischofe ermächtigten Priester und in Gegenwart zweier Zeugen abgegeben werden. Wenn demnach zwei Personen verschiedenen Geschlechtes, welche das Gesetz Gottes und der Kirche zur Eheschließung fähig erkennt, in Gegenwart (wenn gleich ohne Mitwirkung) des Pfarrers oder eines andern von dem Pfarrer oder dem Bischofe hiezu bevollmächtigten Priesters und zweier oder dreier Zeugen ihre beiderseitige Einwilligung, sich zu ehelichen, erklären, so bewerkstelligen sie hierdurch, daß sie vor Gott und ihrem Gewissen giltig verbundene Eheleute sind. Die an Orten, wo, und von Personen, die die Vorschrift des Conciliums von Trient verbindet, nicht in dieser Form geschlossenen Ehen hießen matrimonia clandestina, i. e. occulta, opposita nempe publicitati, quam requirit Concilium. Ein matrimonium clandestinum wäre es demnach, wenn zwei durch das Decret des Tridentinums verpflichtete Brautpersonen ihre Einwilligung in die Ehe vor einem Layen oder vor einer dem Civilstande angehörigen Person erklärt hätten, die nicht Pfarrer eines der beiden Brautleute, oder gar nicht Priester ist, oder falls sie Priester ist, weder von dem Pfarrer, noch von dem Diöcesanbischofe eine Ermächtigung zur Entgegennahme der wechselseitigen Einwilligung erhalten hat. Die irritirende Eigenschaft der erwähnten Trienter Vorschrift ist von dem Concilium selst klar ausgesprochen, weßhalb auch Papst Pius IX. unter dem 22. August 1851 (damnatio op., cui tit. »Juris eccles. Instit. Joan. Nep. Nuytz«) die Sentenz damnirt hat: »Tridentinam formam sub infirmitatis poena non obligare, ubi lex civilis aliam formam praestituat et velit, hac nova forma interveniente matrimonium valere.«

Allein die Kirche Gottes hat dieses Minimum der zur giltigen Eheschließung erforderlichen Form mit mehreren andern Akten umkleidet, die theils dazu

dienen, ungiltigen Ehen vorzubeugen, theils dem sacramentalischen Akte der Ehe jene Würde und gnadenreiche Wirksamkeit zu geben bestimmt sind, die bei heiligen Handlungen nie fehlen soll. Dahin gehört das s. g. Aufgebot der bevorstehenden Ehe, der Empfang der h. Sacramente der Buße und des Altars von Seite der Brautleute und die Nuptial-Benediction. Auch fügt das Concilium von Trient (a. a. O.) bei: Si quae provinciae aliis ultra praedictas laudabilibus consuetudinibus et ceremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat. Diese kirchlichen Anordnungen sollen genau beobachtet werden; denn das römische Rituale sagt: Habeat parochus imprimis ipse bene cognita praecepta illa omnia, quae in matrimoniis rite conficiendis servari oportere sacri canones et praecipue sancta Synodus Tridentina jussit, dabitque operam, ut illa in parochia sua accurate exacteque serventur; und an einer andern Stelle: Quae omnia fere ex s. Concilii Tridentini decretis desumpta et item alia, quae ibi de matrimonio rite contrahendo praecipiuntur, sunt diligenter observanda. Auch die bürgerliche Gesetzgebung hat hinsichtlich der Form der Eheschließung Manches weise angeordnet, was von dem Seelsorger und den Parteien gewissenhaft beobachtet werden soll. Doch sei es hier im Allgemeinen bemerkt, daß alle diesen Gegenstand Bezug habenden Verfügungen der kirchlichen und bürgerlichen Legislation nur Eheverbote sind, indem, wie es bereits erwähnt worden, die Giltigkeit der Ehe lediglich davon abhängt, ut matrimonium praesente parocho et testibus contrahatur.

§. 251. Bedeutung und Tragweite der Trienter Form der Eheschließung.

Sanchez wirft (lib. 3. disp. 3.) die Frage auf, utrum matrimonium clandestinum irritum fuit ante Tridentinum et sit peccatum lethale ita contrahere? und beantwortet dieselbe in nachstehender Weise: Fides catholica est, matrimonia clandestina ante Tridentinum fuisse valida, id enim definit Alexander III. in cap. 2. de clandest. despons. »Qui matrimonium clandestine contraxerunt, altero negante vel utroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non compelluntur et si illud publicaverint, tamquam in conspectu Ecclesiae factum comprobabitur, nisi rationabilis causa subsit, quae impediat.« Alexander III. Beluacen. Episcopo an. 1180. »Quod nobis ex tua parte significatum est, ut de clandestinis matrimoniis dispensare deberemus, non videmus, quae dispensatio super his sit. Si enim matrimonia ita occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat: ii, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum si personae contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationabilis causa praepediat, ab Ecclesia recipienda sunt et comprobanda, tamquam a principio in Ecclesiae conspectu contracta.« Es ist hier die Rede von jener Art geheimer oder Gewissens-Ehen, von welcher Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 12. cap. 23) schreibt: Matrimonium etiam conscientiae illud fuit, de quo sermo est in cap. quod nobis, de clandest. despons., quod evulgari et

manifestari non debebat, quamdiu conjugibus ipsis publicare non placuisset. Hujusmodi matrimonii probatio, sicut et legitimorum natalium prolis ex eo susceptae, a solo testimonio pendebat viri et mulieris affirmantium, sese vero matrimonio conjunctos esse. Hoc tamen testimonium nullius est roboris et momenti, si forte compertum fuisset aliud matrimonium ab altero ex conjugibus publice celebratum, multoque magis, si reperti fuissent filii ex hoc publico matrimonio suscepti; nam tunc ex solo duorum conjugum testimonio neque occultum illud matrimonium satis probatum, neque legitima conditio prolis ex eo matrimonio susceptae satis asserta dici potuisset. Giraldi bemerkt zur Erläuterung der bezogenen canonischen Gesetzesstelle: In hac Decretali quoad primam partem statuit Pontifex, quod, si matrimonia fuerint adeo occulte contracta, ut exinde nulla de iis afferatur et appareat legitima probatio, quatenus unus ex contrahentibus affirmet contractum fuisse initum, non debeat Ecclesia, hoc non obstante, eos compellere, ut simul cohabitent, imo, ut addit glossa, sint potius separandi, ut evitetur periculum stupri aut concubinatus. In secunda parte declarat, quod si ambo contrahentes de contractu inito contestentur, ipsumque publicare voluerint, hujusmodi matrimonia ab Ecclesia recipienda sint et comprobanda, perinde ac si ab initio fuissent in Ecclesiae conspectu contracta, nisi rationabilis causa praepediat, et quoad hoc haec Decretalis subest correctioni Tridentini; licet enim matrimonium ex tali confessione ita habendum sit juxta textum, ac si contractum fuisset in facie Ecclesiae, tamen adhuc verificaretur, servatam in ea non fuisse formam ab eodem Tridentino praescriptam, adeoque hodie invalidum esset.

Daß die matrimonia clandestina vor dem Concilium von Trient giltige maritale Verbindungen waren, beweiset Sanchez ferner ex Tridentino, quod anathemate damnat oppositum asserentes. Nam quoties concurrunt essentialia, contractus validus est, licet desiderentur solennitates extrinsecae et accidentales; in matrimonio autem clandestino concurrit tota matrimonii essentia, deficiente sola extrinseca publicitatis solennitate. Justissimis autem causis Tridentinum ea irritavit et Jura antiqua ea prohibuerunt. Nam religio Sacramenti postulat, ut magna reverentia et deliberatione recipiatur, assistente ministro Ecclesiae; saepe autem contingebat clam absque deliberatione necessaria ad rem tam arduam contrahi, unde facilis poenitentia matrimonii contracti, discordiaeque inter conjuges oriebantur. Matrimonium clandestinum ex modo contrahendi adversatur fidei ipsius; facile enim erat alterutri conjugum, alii commisceri citra adulterii notam; adversatur indissolubilitati; saepe enim cum incognitum esset Ecclesiae, transibant conjuges ad alias nuptias invalidas et permanebant in adulterio usque ad mortem; adversatur etiam bono prolis, quam negare non est difficile, cum uxor probare conjugium nequeat. Saepe virgines parentum metu matrimonia consummata negabant, aliisque nubebant, vel invitae in monasterium includebantur. Tandem inde multae discordiae inter contrahentium consanguineos oriebantur. Plerumque denique contrahentes latent impedimenta aliqua, quae publice inito matrimonio detegerentur, nec matrimonia irrita contraherentur; quare Concilium Coloniense (tit. de matrim. §. hunc cano-

nem) considerans, sola prohibitione et poenis non plene consuli huic malo, maxime optabat, haec matrimonia ab Ecclesia irritari. Objiciunt, quod fuerint irrita a tempore Evaristi Papae, qui Episcopis Africae ita scribit (can 1. C. 30. qu. 5): »Aliter legitimum non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur et a quibus custoditur, uxor petatur et a parentibus et propinguioribus sponsetur et legibus dotetur et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur et a paranymplis, ut consuetudo docet, custodita et sociata, a proximis congruo tempore petita legibus detur ac solenniter accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent et castititatem custodiant. Ita peracta legitima scitote esse connubia, aliter vero praesumpta, non conjugia, sed adulteria vel contubernia vel stupra aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragaverit et vota succurrerint legitima.« Respondetur: Appellantur non legitima matrimonia in eo decreto, quia non sunt celebrata juxta leges Ecclesiae; appellantur adulteria vel stupra quoad forum Ecclesiae externum, cui minime constant, quamvis in foro interno vera matrimonia fuerint, et ita in cap. 2. de clandest. despons. subjungitur: »hoc est, si personae contrahentium voluerint publicare, ab Ecclesia recipienda sunt etc.« (cf. supra.). Nec inconveniens est, quod in hoc casu contra suum morem Ecclesia praesumeret adulterium, et non matrimonium, sicut praesumebat in cap. Is, qui fidem, de sponsalib., copula post sponsalia habita matrimonium perfici, ut delicti praesumtionem vitaret, quia adsunt urgentia indicia ad praesumendum adulterium, nullaque matrimonii probatio suppetit in foro Ecclesiae. Objiciunt praeterea can. 2. C. 35. qu. 6. animadvertentes, matrimonia clandestina semper fuisse ab Ecclesia interdicta, ut constat ex decreto Hormisdae in can. 2. C. 30. qu. 5. et ex Tridentino. Verum textus citatus loquitur de casu, quo post sponsalia et copulam cum una contrahitur matrimonium cum alia; tunc enim praesumitur, priora sponsalia transiisse in matrimonium juxta cap. Is, qui fidem, et ita praesumit Ecclesia, secundum matrimonium esse irritum. Caeterum nemo dubitat, contrahendo matrimonium clandestinum culpam gravem committi, quod manifeste probant gravissima damna inde consurgentia et gravissima verba, quibus utitur Tridentinum, asserens, semper Ecclesiam hujusmodi matrimonia detestatam esse, gravissimaeque poenae, quibus afficiuntur. Porro est culpa lethalis, non solum ex lege ecclesiastica, sed et contra jus naturae; quia ex natura rei continet in se mala gravia; cedit enim in prolis detrimentum et utriusque conjugis, cum possint facile ad alias nuptias transire et est reipublicae nocivum contrariumque ejus paci ac quieti.

Ueber dieselbe Frage schreibt auch Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 8. cap. 12). Quo religiosius fideles matrimonium celebrarent, quod magnum esse Sacramentum in Christo et in Ecclesia praedicaverat Apostolus (Ephes. 5), ab Ecclesiae primordiis cautum est, ne aliter illud inirent, quam coram sacerdote, cujus benedictione quodammodo obsignaretur. Hujus disciplinae testimonium nobis perhibent antiquissimi Patres. Etenim S. Ignatius (ep. ad

Polycarp.) ait: »Decet vero, ut sponsi et sponsae de sententia Episcopi conjugium faciant, quo nuptiae sint secundum Dominum, et non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.« Tertullianus (lib. 2. de pudicit. cap. 4.): »Ideo penes nos occultae quoque conjunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professae juxta moechiam et fornicationem judicari periclitantur;« et (lib. 2 ad uxor. cap. 8) scribit: »Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat et confirmat oblatio et obsignat benedictio.« Rigantius animadvertit, iis verbis a Tertulliano prolatis: non prius apud Ecclesiam professae, indicari conjugia, in quibus non fuerat servata consuetudo, qua solebant fideles conjugandi per presbyteros Ecclesiae offerri, ut communibus votis conjugia benedicerentur, quam quidem consuetudinem firmavit Concilium Carthaginense 4. can. 14: »Sponsus et sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis offerantur.« Ad eumdem morem allusit Synesius Cyrenensis, qui floruit initio saeculi 5. epistol. 105 ad Evoptium, fratrem et successorem suum in Metropolitana Sede Ptolemaidis in Lybia Pentapolitana, cum scripsit: »Mihi et Deus ipse et lex et sacra Theophili (Patriarchae Alexandrini) manus uxorem dedit;« ut enim opportune observavit Christianus Lupus in schol. et not. ad canones octavae Synodi, haec Synesii verba ostendunt, »fidelium nuptias in Ecclesia fuisse semper ab Episcopo aut presbytero benedictas et sanctificatas.« Haec aliaque hujus generis multa a viris eruditis congesta probant quidem, semper ab Ecclesia vetita clandestina conjugia, sed num ante Tridentinum fuerint insuper ullo umquam tempore irrita, quaestio est, de qua secum contenderunt ejusdem Concilii Tridentini Patres, uti videre est apud Cardinalem Pallavicinum. Etenim cum plerique Patrum abnuerent enunciato decreto (cap. 1. Sess. 24.) eo, quod absonum putarent, tunc primum irrita decerni matrimonia aliter, quam coram parocho celebrata, quae etsi semper Ecclesia esset detestata, numquam tamen antea firmitate carere voluerat: alii, qui pro decreto stabant, illis opposuerunt vetustissimas Ecclesiae sanctiones, quibus sacerdotalem benedictionem praescriptam contendebant, non solum ad cohonestanda, verum etiam ad firmanda Christianorum conjugia. . . . Verum alii Theologi et Patres, qui decreto obsistebant, non satis constare affirmabant, sacerdotalem benedictionem fuisse ullo tempore necessariam ad vires impertiendas christianorum connubiis. Ad Tertullianum enim quod attinet, aliosque Patres et canones, eumdem in modum loquentes, eos commode intelligi ajebant de sola necessitate praecepti, quo cogebantur fideles, suas nuptias celebrare coram sacro Ecclesiae ministro, cujus benedictione uberiorem assequerentur sanctitatem . . . (vergl. auch 1. Bd. §. 23 S. 106, wo von der 89. Nov. des Kaisers Leo die Rede ist). Haec in utramque partem a Tridentinis Theologis et Patribus versata sunt, et tandem deliberatum, ut matrimonia clandestina, sive ullo tempore fuerint antea invalida, sive non, quod dubium profecto atque incertum remansit, ad ea nihilominus praecavenda gravissima mala, quae in animarum perniciem ac totius christianae reipublicae perturbationem ex illis obveniebant, et quibus, experientia docente, haud satis occurrere poterat sola eorumdem prohibitio a Concilio Lateranensi 4. sub Inno-

centio III. (cap. cum inhibitio, de clandestin. desponsat.) renovata, deliberatum, inquam, est, ut invalida in posterum decernerentur, quod reipsa factum legimus per saepius laudatum saluberrimum decretum (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1).

Quidquid sit, an matrimonia clanculum celebrata fuerint umquam ante Tridentinum irrita, apud omnes tamen indubitatum est, ea aliquot ante Tridentinum saeculis firmitate non caruisse; id quippe disserte declararunt ipsimet Tridentini Patres cap. cit. his verbis: »Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, et proinde jure damnandi sunt illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera et rata esse negant: nihilominus sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est (non detestando Sacramenta, wie ein neuerer Canonist bemerkt, sicuti forte erant, sed indignum Sacramenta suscipiendi modum, uti Communionem sacrilegam detestatur) et prohibuit«; et siquidem idem Tridentinum suum decretum, quo irrita illa fecit, robur habere noluit, nisi post triginta dies a die primae ejusdem publicationis in unaquaque parochia factae numerandos, certum pariter est, etiam nunc matrimonia clandestina vera ac rata esse in locis, in quibus praedictum decretum numquam fuit promulgatum. Jam autem numquam Tridentini Patres illa vera ac rata conjugia dixissent et declarassent, nisi credidissent, ea vera esse Sacramenta, sapientissimis enim illis Patribus notum erat, a sacris canonibus, quibus suum loquendi modum conformasse est praesumendum, ea tantum matrimonia dici vera ac rata, quae non solum sunt contractus civiles, sed etiam Sacramenta religionis, quod potissimum discimus ab Innocentio III. (cap. quanto, de divort.): »Etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum et ratum existit, quia Sacramentum fidei, quod semel est admissum, numquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum.«

Aus dem Gesagten ist es wohl klar, daß es vor den Zeiten des Conciliums von Trient zu einer giltigen Eheschließung nicht nothwendig war, daß dieselbe coram proprio parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia et duobus saltem testibus stattfinde; die s. g. heimlichen, d. i. non praesente proprio parocho et duobus saltem testibus eingegangenen Ehen waren, so lange sie die Kirche nicht null und nichtig erklärte, vera et rata matrimonia, obgleich sie die Kirche jederzeit höchlich mißbilligte.

Was beabsichtigte die Kirche, indem sie die in dem Concilium von Trient (Sess. 24. de reform. mat. cap. 1) bezeichnete Form mit der Wirkung der Irritation festsetzte? Darüber gibt uns Pallavicini in seiner Geschichte des Conciliums Aufschluß: Regium Galliae Consilium ab oratoribus sui regis nomine peti voluit, ut irrita redderentur conjugia coram sacerdote ac tribus aliis testibus non contracta. Atque ita re ipsa ii postularunt per actum publicum ac legitimum christianissimi regis nomine, in coetu generali die 24. Julii. Et jam ante visus est (cum prima forma decreti digesta fuisset, absque hac

necessitate ita proposita Conventui memorato die 24. Julii) Lotharingus, qui cunctos in dicenda sententia praeibat, et Gallorum dux regia postulata prae ceteris promovebat, petiisse statim, ut forma in ea mutaretur, sacerdotis praesentia tamquam necessaria matrimonio praescripta. Et tamen, quia per hanc tot hominum praesentiam, ac praecipue sacerdotis, videbatur efficacitas matrimonii nimium coarctari, idcirco non in prima solum, sed etiam in secunda ac tertia forma, proposita a Patribus ad id a synodo destinatis, praesentia trium dumtaxat testium tamquam necessaria fuerat posita, nulla facta mentione parochi aut sacerdotis, tametsi ob Gallorum postulata Patres in sententiis dicendis dissererent de imponenda nec ne hujusmodi conditionis necessitate. Plures tamen concordabant in exigendis tribus testibus, non idem solis duobus, cum facile contingat, ut unus ex duobus moriatur aut abscedat, adeoque matrimonii probatio haberi non possit. Postea perpensum est, nimis pariter facile fore, matrimonium contrahi coram tribus hominibus vagis, ac puellae ignotis, quibus abeuntibus facti testimonium haud extaret, et in absurda pristina incideretur. Quapropter haud satis consulebatur, nisi stabili teste quaesito, qui contracta connubia in codicem referat. Hujusmodi censeri posse aut scribam, aut parochum. Scriba ad hoc idoneus visus non est, propterea, quod, cum innumeri essent scribae, duo in eo vitia cognoscebantur: alterum, facile potuisse a partibus saltem ex utriusque consensu, ubi eas contracti matrimonii poeniteret, antecedens vinculum occultari; alterum, difficulter a magistratu compertum iri, an quispiam ligatus, an solutus esset, et an liberi legitimi an nothi. Accedebat, scribam citra laborem plurium adduci posse seu per veram seu per simulatam ignorantiam, ut in tabulas referret matrimonium inter hujusmodi capita, quibus id vetitum esset, tametsi ex impedimento non irritum contractum reddente; exempli gratia, si quis legitimis sponsalibus cum altera obstrictus fuisset, aut ex aliquo delicto interdictum illi esset, cum hac contrahere, aut si debitae denuntiationes haud praecessissent; quod non ita facile impetrabitur a parocho, melius hujusmodi res edocto, magisque ecclesiasticas poenas sibi pertimescente. Et quamvis conflari possit matrimonium coram ipso etiam invito, tamen illicita conjugia, quippe quibus obex et dedecus praevidentur, raro contrahi solent, aut possunt alibi, quam in locis semotis, quo tam facile non est, ut fraude aut vi parochus adducatur.

His permoti rationibus tum Episcopi, tum Oratores, tum etiam ipsi principes christiani, satius habuerunt, opus esse ad efficaciam sacramenti praesentia parochi, ex quo ingentia bona et nullum incommodum provenere. Ecclesiastici vero se adeo abstinuerunt ab aviditate acquirendi sibi novi juris in his contractibus, ut, cum Gallorum Oratorum postulatio urgeret, ut sacerdos matrimonio praefuerit (quod verbum sonabat plus quam simplicem testis praesentiam, nimirum voluntatem et auctoritatem), Patres, quo, quantum possent, libertatem contrahendi servarent, quaesita solum secura stabilique probatione, noluerint parochum alio modo concurrere, quod spectabat ad efficaciae necessitatem, praeterquam ministerio, petito quidem, tamet-

si coacto, aurium et oculorum. Wenn demnach zufolge der Vorschrift des Tridentinums bei der Eheschließung getaufter Personen, damit sie giltig sei, in der Regel die priesterliche Intervention unerläßlich ist, so folgt daraus noch nicht, daß der Priester der Minister des Ehesakramentes sei (vergl. 1. B. §. 5). Die Bedeutung der praesentia parochi bei der Eheschließung ist bei der S. Cong. Concilii in der in causa Spoletana am 31. Juli 1751 gepflogenen Verhandlung mit den Worten dargelegt: Parochus in matrimonium nullam exercet jurisdictionem, quum ex veriori et receptiori sententia non sit minister hujus magni Sacramenti, sed sit testis spectabilis, qui cum aliis testibus certam reddat Ecclesiam, hunc atque illam matrimonium contraxisse. Der Pfarrer muß als minister publicus der Beglaubigung des Geschehenen wegen interveniren. Was die oben erwähnten, dem christlichen Alterthum entnommenen Notizen anbelangt, so sprechen sie größtentheils von der Nuptial-Benediction, die, wie wir uns überzeugen werden, ein von der celebratio matrimonii coram parocho et testibus ganz verschiedener Akt ist. Die Kirche, schreibt Dr. Schulte, hat durch die Aufstellung der Trienter Form an dem Wesen der Ehe nichts geändert, weil nach wie vor durch den Consens die Ehe zu Stande kömmt. Nur den unumstößlichen Beweis des Consenses und somit der Ehe hat sie gesichert durch Vorschrift einer Form, in welcher derselbe erklärt werden muß. Nutzen und Vortrefflichkeit des Gesetzes liegen auf der Hand. Wenn schon zu jedem Rechtsgeschäfte eine bestimmte Form erforderlich ist, und diese je nach der Wichtigkeit desselben erschwert wird, dann muß um so mehr der Abschluß der Ehe, des wichtigsten menschlichen Rechtsverhältnisses auf eine Art geschehen, welche den Akt selbst gegen jeden Zweifel als feststehend der Kirche und den Gläubigen verbürgt. Eine solche Form aber liegt vor. Der Pfarrer hat in der Kirche eine fides publica und gibt zugleich durch seine Gegenwart kund, daß die Kirche die Ehe für zuläßig erachte und als solche anerkenne; die Zeugen als Repräsentanten der Gemeinde geben neben dem Pfarrer einen unumstößlichen Beweis.

Ueber die Berechtigung der Kirche zur Feststellung des Hindernisses der Clandestinität ist im 1. B. §. 15—17 die Rede gewesen. Jeder legislativen Gewalt steht das Recht zu, für die ihr unterliegenden Rechtsgeschäfte auch die Form vorzuschreiben, und zwar in absolut gebietender Weise, so daß ein dagegen eingegangener Akt nicht besteht. Da nun jeder Christ gegenüber der Kirche die unbedingte Pflicht zu gehorchen hat, kann Niemand rechtlich eine Handlung wollen, die durch das Gesetz der Kirche mit vernichtender Wirkung verboten ist. Ein factisches Setzen ist rechtlich einem Nichtgeschehen gleich und ohne Wirkungen. Mag daher Jemand auch den zur Ehe erforderlichen Willen haben, er muß denselben in der vom Gesetze gewollten Form aussprechen, weil anders sein Wille nicht in Betracht kommt. Für diejenigen, welche von den Geboten der Kirche ausgenommen sind, kömmt es natürlich auf die Beobachtung dieser Form nicht an (Dr. Schulte).

Daß die Kirche durch sehr wichtige Gründe bewogen worden, zur giltigen Eheschließung die Gegenwart des Pfarrers und wenigstens zweier

Zeugen in Anspruch zu nehmen, ist bereits dargethan worden. Benedict XIV. erinnert hierwegen in dem Rescripte »Paucis abhinc« an den Erzbischof von Goa vom 19. März 1758 Folgendes: Asserta Ecclesiae potestate, alia successit (in Concilio Tridentino) dubitatio, num scilicet legitimae intercederent causae ad clandestina conjugia, quae secundum Canones erant duntaxat illicita, ut infertur ex can. Aliter, aliisque subsequentibus, quorum unus incipit Nullus, alter Nostrates, qu. 5. C. 30, nulla in posterum decernenda. Verum cum demonstratum fuerit, ex clandestinis conjugiis frequentur evenire, ut qui uxorem duxerat, eam derelinqueret atque superinduceret alteram, quodque interdum nonnulli uxorem habentes ad sacros Ordines ascenderent et una cum uxore ecclesiastica beneficia retinerent, quibus gravissimis malis ecclesiastici judices mederi nequibant, cum matrimonii contracti necessariae probationes deessent, hoc sane superque valuit ad evincendam necessitatem infringendi clandestina connubia, ut colligitur ex littera ipsius Conciliaris decreti. Die Gründe demnach, welche das Concilium von Trient zu der in Rede stehenden Verfügung bestimmt haben, sind von der Art, ut pertineant ad consulendum Sacramenti sanctitati, bono contrahentium, prolis et Ecclesiae, adeoque finium Sacramentalium debitae consecutioni, wie Martin bemerkt. Rationes detestationis ac prohibitionis, so schreibt ein neuerer Canonist, erant praecipue pericula ac gravia peccata, quae inde venire solebant, praesertim dum quidam priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta cum alia palam contrahebant et cum ea in perpetuo adulterio vivebant. Verum cum Synodus Tridentina animadverteret, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse, neque supradicto malo ab Ecclesia, quae de occultis non judicat, succurri posse, nisi efficacius aliquod remedium adhiberetur, hinc inter alia tulit decretum, quo clandestina conjugia penitus irritantur. In hoc decreto, ut recte reflectit Steyaertius, ostendit Concilium Tridentinum, se non irritare solum Sacramentum, sed etiam contractum, imo ideo Sacramentum, quia contractum, contractum vero se irritare, inhabilitando personas ad irritandum Et ita nihil Ecclesia hic praesumsit circa materiam aut formam Sacramenti; tantum fecit, ut cum requirantur personae legitimae et habiles, jam habiles non sint, quae alias fuissent. Eodem modo loquitur Benedictus XIV. (litteris de 17. Septembris 1746 ad Missionarios Hollandiae). »Etenim, inquit, qui praeter formam a se praescriptam matrimonium contrahere attentant, eorum Tridentina Synodus non Sacramentum modo, sed contractum ipsum irritum disserte pronunciat, atque ut ejus verbis utamur, eos ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos decernit.«

Vergleichen wir nun die Ehe vor und nach dem Concilium von Trient, so stellen sich einige erhebliche Unterschiede heraus. Einer derselben besteht darin, quod, si contrahentes occulta matrimonia publicare vellent, nisi alia causa impediret, ab Ecclesia reciperentur, tamquam a principio in Ecclesiae conspectu contracta (cap. 2. de clandestin. desponsat.). Nach dem Concilium von Trient wird eine giltige Ehe nur dann als vorhanden angenommen, wenn nachgewiesen werden kann, daß die forma Tridentina bei der Eheschließung beob-

achtet wurde, oder daß die Contrahenten nicht verpflichtet waren, diese Form bei der Eheschließung zu beobachten. Vor dem Concilium von Trient gingen die Sponsalien per copulam inter sponsos affectu maritali habitam in ein s. g. matrimonium praesumtum über. Nach dem Concilium von Trient findet dieß bei allen jenen Contrahenten nicht statt, die verpflichtet sind, die forma Tridentina bei der Eheschließung zu beobachten. Endlich liegen ausdrückliche Erklärungen der S. Congregatio Concilii des Inhaltes vor, daß das matrimonium sine parocho et testibus invalide contractum nicht die Natur von Sponsalien de futuro habe, mit Ausnahme jedoch der Sponsalien de praesenti, welche Unmündige eingehen, dann der Civilehe (vergl. 2. B. §. 74). Die Eichstädter Pastoral-Instruction bemerkt: Conjugia clandestina ne in sponsalia quidem de futuro poterunt transire. Inducunt tamen impedimentum publicae honestatis (vergl. §. 152).

§. 252. Ausnahme von der Beobachtung der Trienter Form der Eheschließung.

Wir haben im 1. B. §. 59. S. 456 die Publication der die Form der Eheschließung betreffenden Vorschrift des Conciliums von Trient (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) in jeder einzelnen Pfarre als die Bedingung bezeichnet, unter welcher sie allein verbindet. Die Päpste haben stets auf diese Publication gedrungen. So verordnet Papst Benedict XIV. in dem apostolischen Erlasse »Etsi pastoralis« vom 26. Mai 1742 pro Italo-Graecis: Curent Ordinarii locorum, ut decretum Sacri generalis Concilii Tridentini de reform. mat. vertatur in linguam graecam vulgarem et in locis et parochiis Graecorum et Albanensium, quoties expedire viderint, evulgetur et publicetur. Ein Gleiches hatte schon Clemens VIII. mit denselben Worten unter dem 31. August 1595 verfügt. In unseren hierländigen Ritualien ist bei der Angabe des Ritus der Eheschließung immer auf das cap. 1. cit. des Conciliums von Trient hingewiesen; in einzelnen derselben ist sogar der ganze Wortlaut dieses cap. (z. B. in dem Olmützer Rituale in lateinischer Sprache, wie auch in deutscher und mährischer Uebersetzung, siehe auch §. 259) aufgenommen und dabei die Vorschrift des römischen Rituales in Erinnerung gebracht worden: Praesertim vero meminerint, clandestina et quaelibet matrimonia, quae aliter, quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsius Concilii decretis irrita omnino ac nulla esse. Ueberdieß wurde in das Olmützer Rituale nach Anführung des Tridentinischen Decretes de legitima celebratione matrimonii die Verfügung aufgenommen: Hanc sacri Concilii saluberrimam Constitutionem non tantum ipsimet parochi diligenter perpendant et observent, sed etiam simplicioribus sibique commissis oviculis pro rei exigentia de suggestu vulgari sermone distincte praelegant, dilucide explicent et ad sufficientiam declarent, non semel tantum, sed saepius per annum aut tunc saltem, cum post sacras ferias Adventus et Quadragesimae nuptiae aperiuntur, moneantque, neminem esse privilegio exemtum. In welcher Weise aus der Beobachtung der Trienter Form bei der Eheschließung auf die geschehene Kundmachung der diese

Form normirenden Vorschrift geschlossen werde, ist im 1. B. §. 59. S. 457 dargethan worden. Insbesondere wäre eine solche Präsumtion gegründet, wenn in dem Rituale, nach welchem die Eheschließungen vorgenommen werden, das Decret des Concils als solches ausdrücklich bezeichnet ist.

Wenn nun in irgend einem Pfarrbezirke nachweisbar ist, daß daselbst die Vorschrift des Tridentinums de forma contrahendi nicht promulgirt worden, wenn ferner die Promulgation dieser Vorschrift an jenem Orte aus der Beobachtung derselben nicht präsumirt werden kann, so verbindet sie dort nicht, weßhalb an einem solchen Orte die matrimonia clandestina wohl sündhaft, aber nicht ungiltig sind. Es dürfte nicht uninteressant sein, die Verfügung hier anzuführen, welche die Synodus Sutchuens. in China vom Jahre 1803 getroffen hat. Quamvis matrimonia clandestina seu sine praesentia sacerdotis celebrata valida sint iis in locis, ubi decretum Concilii Tridentini non fuit publicatum aut saltem non fuit observatum tamquam lex Concilii, prout de hoc Vicariatu constat, ea tamen semper prohibuit ac detestata est Ecclesia; Missionarios igitur monemus, ut fideles instruant de gravi peccato, quod committunt, matrimonia clandestina celebrando, quando absque suo gravi incommodo possunt Ecclesiae ministro se praesentare, ut nuptialem benedictionem suscipiant, nec non de spirituali emolumento, quod ex sacerdotis benedictione Ecclesiaeque precibus in conjuges dimanat tum pro conjugali concordia tum pro educatione prolis, ac tandem de antiquissima et Apostolica consuetudine ac praxi, quae viget in Ecclesia, ut christianorum matrimonia benedictionem a sacerdote recipiant. Verecundia autem vel timor, ne irrisioni vel oblocutionibus gentilium detur locus, inter gravia incommoda censeri non debent, tum quia haec facile possint devitari Missionarium adeundo in domibus aliorum christianorum, tum quia ipsimet gentiles sponsi non raro adeunt sponsarum domos ad salutandos soceros, et ibi quidem per aliquot dies interdum versantur nemine irridente nec obloquente, et ubique videntur sponsae sub eodem tecto cum sponso per multos annos innuptae manentes. Caeterum ne Sacramenti dignitas vilescat, adhortandi sunt fideles, qui matrimonium clandestinum celebrarent vel celebravissent, ut Missionario reduci sese sistant, ab eoque benedictionem petant, praevia tamen facta declaratione a Missionario, benedictionem hujusmodi ad validitatem matrimonii nequaquam pertinere ac minime necessarium esse novum consensum. Si tamen aliqui, hoc non obstante, nec sese praesentare vellent, illi nullo modo cogendi sunt, sed solum commonendi cum lenitate et mansuetudine, ipsis denuo ob oculos ponendo praefatas considerationes aliasque, quas sapiens atque prudens Missionarius excogitare opportuneque accomodare noverit. Jure statutum est, ut sponsalia ob copulam inter sponsos affectu maritali, ut in dubio praesumi debet, et in pubertatis aetate aut non longe ab ea, malitia tamen aetatem supplente, subsecutam in verum matrimonium transeant nec proinde liceat alterutri sponso alias inire nuptias; hinc caveant Missionarii, ne casu occurrente ullam umquam dispensationem seu licentiam nova ineundi matrimonia concedant sub quovis praetextu vel causa gravissima etiam periculi obnegandae fidei. Si quis autem aliter praesumeret, declaramus, hujusmodi dispensationem fore illicitam et invalidam, irri-

taque matrimonia, quae hujus virtute inirentur. Hiemit stimmt überein, was Scavini lehrt: In iis locis (ubi praefatum decretum nec publicatum, nec usu receptum est) clandestinum matrimonium validum est (licet sic contrahentes graviter peccent), ut in Anglia, Scotia, Hibernia, Borussia aliisque provinciis septemtrionalibus (Dr. Uhrig nennt nebstdem noch Schweden, Norwegen, Friesland, Dänemark, Sachsen, Pommern, Rußland, die Türkei u. s. w.; in Frankreich wurde das Tridentinum zwar nicht verkündet, aber, wie Reiffenstuel bemerkt, durch Gewohnheit recipirt; von der Eichstädter Diöcese sagt die dortige Pastoral-Instruction: In nostra dioecesi decreta Concilii Tridentini in locis acatholicis Onoldinae et Pappenhemiensis atque in districtu urbium quondam imperialium Norimbergensis et Weissenburgicae non inveniuntur fuisse promulgata; in Palatinatu autem susperiori et Neoburgensi et Principatu Solisbacensi, postquam ad matris Ecclesiae romano-catholicae gremium magna ex parte rediere, decreta Concilii sunt promulgata et ipso usu et praxi comprobata et recepta), quae a fide defecerunt ante annum 1564, quo decreta Concilii confirmata et promulgata fuere; etenim Tridentinum statuit, ut illa lex non obtineat, nisi post 30 dies a facta in unaquaque parochia promulgatione (bezüglich Belgiens und Hollands vergl. 1. B. §. 62 und §. 66. die Declaration des Papstes Benedict XIV.). Wo das cap. 1. de ref. matrim. nicht publicirt ist, gilt, wie Dr. Schulte bemerkt, das vortridentinische Recht. Es bedarf also für solche, welche ihren Wohnsitz daselbst haben, keinerlei Form, sondern kömmt Alles nur auf das Vorhandensein des beiderseitigen Consenses an, welches durch alle rechtlich anerkannten Mittel im Leugnungsfalle erwiesen werden kann. Dasselbe gilt auch von den wohnsitzlosen Personen, welche sich zufällig an solchen Orten befinden oder sich absichtlich dahin begeben, um dort eine Ehe zu schließen. Denn da diese einer bestimmten Pfarrei nicht angehören und überall, wo sie eben sind, nach den Rechten dieses Ortes giltig getraut werden, indem für sie die Rechtsregel »locus regit actum« vollkommen in Anwendung kömmt, so ist es für sie nicht nothwendig, sich dort erst ein Domicil oder Quasidomicil zu erwerben.

Hinsichtlich des Beweises dessen, daß ein matrimonium clandestinum abgeschlossen worden sei, sagt das cap. 1. de clandest. despons. »Pro clandestino matrimonio non praesumitur, sed illud alleganti incumbit onus probandi.« Ex Concil. Arelaten. »Si quis clam desponsaverit aliquam, et mulier vel vir negat hujusmodi desponsationem, viro incumbit probatio.» Sentiunt nonnulli, so erläutert Giraldi diese canonische Gesetzesstelle, per hanc Decretalem declarari validum matrimonium clandestinum, dummodo probari possit, fuisse contractum; verum ex littera id non constat. Vis igitur hujus decreti in hoc tota sita est, quod negante muliere aut viro secutam desponsationem, viro incumbit ejusdem probatio, quin addatur, validane sit desponsatio, an invalida facto ejusdem probato. Propterea placet cum satis communi DD. intellectu allatae Decretalis sensum sic interpretari, quod in controversia et dubio factae desponsationis ob affirmationem unius et negationem alterius spectat ad affirmantem, illam probare, siquidem in foro fori factum non praesumitur, nisi probetur saltem cum adminiculis sufficientibus.

Wo hingegen das Concilium von Trient publicirt oder per usum rechtskräftig geworden ist, müssen in der Regel (die Eichstädter Pastoral-Instruction sagt: Neque excusat ignorantia aut necessitas quaecumque, cum lex Tridentini non tantum sit prohibens, sed irritans, nisi forte in loco Tridentinum non esset publicatum, aut parochus vel etiam Episcopus metu haereticorum aliave ex causa lateat, nec constet, ubi sit, vel, si hoc sciatur, tutus ad eos accessus non pateat; tunc enim inita coram duobus vel tribus testibus matrimonia valebunt; idem dicendum est de locis, in quibus fuerat decretum Concilii publicatum, sed qui deinde in dominia acatholicorum transierunt et ex eis expulsi sunt catholici vel ipsis interdictus est liber usus Sacramentorum) die Ehen der Katholiken unter Beobachtung der Trienter Form geschlossen werden. Anders ist es mit den Ehen der Ungläubigen. Infideles, so bemerkt Sanchez (lib. 3. disp. 13.), inhabitantes christianorum loca, in quibus viget decretum Tridentini, valide contrahunt absque parocho et testibus; nam cum infideles extra Ecclesiam omnino sint, non subjiciuntur legibus ecclesiasticis (vergl. 1. B. §. 47). In Betreff der Altkatholiken vergl. 1. B. §. 59 folgd., wo auch die Ausnahmen von der erwähnten Regel bezeichnet sind. Zu diesen Ausnahmen gehört insbesondere der Fall, in welchem die Verbindlichkeit zur Beobachtung der forma Tridentina erloschen ist, indem die erfolgte Publication der Vorschrift des Concils nach langem Zeitverlaufe aus dem Andenken der Landeseingesessenen geschwunden ist, auch in der kirchlichen Praxis kein Hinweis mehr auf die frühere Publication des Decretes gefunden werden kann, dann der Fall, in welchem die Einhaltung der Trienter Form als physisch oder moralisch unmöglich sich darstellt. Was in diesem letzteren Falle hinsichtlich der Eheschließung Rechtens sei, ist im 1. B. §. 61 besprochen worden; die Contrahenten sollen nämlich, wenn sie die Ehe nicht coram proprio parocho schließen können, wenigstens die Nuptial-Benediction von einem anderen Priester zu erlangen suchen. Convenit, so schreibt ein neuerer Canonist, licet non sit omnino necessarium, ut ab alio tunc sacerdote, si haberi possit, benedictio nuptialis excipiatur, uti colligitur ex responso ad quaestionem 6. dato 22. Aprilis 1795 a Congregatione Cardinalium pro negotiis Ecclesiae gallicanae specialiter deputatorum, ubi dicitur, conveniens esse, ut a quolibet sacerdote benedictio recipiatur, dum ad proprium parochum non patet accessus. »Petitur 6., utrum pro matrimonii celebratione conveniat benedictionem recipere a sacerdote quocumque catholico, dum talis haberi potest, supposito, quod proprii parochi praesentia nullatenus aut non sine periculo obtineri possit. Respond. Convenit recipere benedictionem a quocumque sacerdote pro matrimonii celebratione in memoratis circumstantiis.« Nullo autem solido fundamento niti videtur illa quorumdam Theologorum opinio, quae adstruit, quemlibet sacerdotem deficiente parocho alioque Superiore legitimo ab Ecclesia deputatum censeri posse, ut contrahentium consensum excipiat, eosque ritu sacro conjungat. Sacerdotalis enim benedictio, de qua hic unice agitur, tum a Concilio Tridentino tam a Ritualibus, signanter Romano, aperte distinguitur ab ipsa matrimonii celebratione, estque illa specialis benedictio, quae vel intra vel extra Missarum solemnia juxta locorum consuetudines iis, qui matrimonio conjuncti sunt, a sa-

cerdote impertitur, quaeque in secundis nuptiis, saltem cum tales sunt ex parte mulieris, omnino ommitti debet. Ut haec benedictio deficiente parocho a quocumque sacerdote suscipi possit, Ecclesia indulget, idque praelaudato responso. Romano confirmatur; ast quod quilibet sacerdos tunc ab Ecclesia deputetur, ut parochi praesentiam a Concilio Tridentino requisitam suppleat contrahentesque ritu sacro conjungat, id nulla ratione probatur. Imo si absque sacerdotis benedictione matrimonium jam contraxerint, adhuc adhortandi sunt conjuges, ut, cum sacerdotis copiam habere possunt, ab eo benedictionem petant. Aus dem Gesagten folgert Dr. Knopp, daß die physische oder moralische Unmöglichkeit, der kirchlichen Vorschrift in Betreff der Eheschließung coram parocho proprio nachzukommen, nicht zugleich von der Erfüllung der anderen Forderungen des Conciliums entbinde, daß somit unter Strafe der Nullität der Ehe die Zuziehung von wenigstens zwei Zeugen auch bei einer solchen Eheschließung geschehen muß (siehe 1. B. §. 64. S. 500 und 501), daß aber die übrigen Forderungen des Conciliums, z. B. in Betreff der kirchlichen Benediction der Ehe, wenn ein anderer Priester zu haben ist, unter einer schweren Sünde verbinden.

Bei diesem Anlasse macht der erwähnte Canonist aufmerksam auf den Unterschied der Bestimmungen, welche sub 1 und 2 des ersten Theiles der Instruction enthalten sind, die der Cardinal Caprara im J. 1803 dem französischen Episcopate zugehen ließ (vergl. 1. B. §. 64. S. 501). Die Bestimmung sub 2 nämlich betrifft die vorschriftsmäßige Convalidation der Ehen, die mit einem anderen canonischen Hindernisse abgeschlossen waren. Der Grund, warum die Kirche in diesem letzten Falle die Strenge des Gesetzes eintreten läßt, während sie sub 1 dessen Geltung suspendirt, liegt in der ganz eigenthümlichen Natur des Hindernisses der Clandestinität. Hätte die Kirche unter Zeitverhältnissen, wie solche unter der französischen Schreckensherrschaft für die derselben unterworfenen Katholiken bestanden, ihre Verordnung über die Eheschließung strenge beobachtet und aufrecht erhalten wollen, so wäre darin für alle Katholiken ein absolutes Eheverbot gelegen, indem ja unter solchen Verhältnissen die vorschriftsmäßige Schließung der Ehe gar nicht oder doch nur unter der größten Gefahr ermöglicht werden konnte.

Bei der Lehre über die Ehe-Convalidation werden wir sehen, daß das matrimonium in forma Tridentina contractum, wenn es wegen eines geheimen Hindernisses ungiltig war, absque parocho et testibus convalidirt werden könne. Dasselbe vertheidigt Haringer hinsichtlich der Convalidation der absque forma Tridentina an Orten, wo diese nicht bindet, ungiltig geschlossenen Ehen. Es könnte so, schreibt er, ein Mann, der etwa in Frankreich oder am Rhein eine Civilehe oder sonst eine clandestine Ehe eingegangen hat, nachher, da er seinen Wohnsitz z. B. in Berlin aufgeschlagen, durch neuen Consens seine bisher ungiltige Ehe revalidiren.

§. 253. Folgerungen aus dem Gesagten.

Zur Giltigkeit der Ehe ist erforderlich, daß die Ehewerber vor dem eigenen Pfarrer Beider oder Eines von Beiden ihre Einwilligung erklären. Wenn aber

die Eine Brautperson ihr Domicil oder Quasidomicil an einem Orte hat, wo die Vorschrift des Tridentinums (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.) nicht Geltung hat, so wird die an diesem Orte absque parocho et testibus geschlossene Ehe giltig sein, wenn gleich die andere Brautperson ihr Domicil oder Quasidomicil an einem Orte hat, wo die Trienter Form zur giltigen Eheschließung erforderlich ist. Validum est matrimonium, sagt Giraldi mit Beziehung auf eine Entscheidung der S. C. C., contractum in parochia mulieris, ubi Tridentinum non est publicatum, licet in parochia viri publicatum fuerit. Singulare est in contractibus, so lehren die Canonisten, quod contrahentes teneantur legibus dantibus solennitatem contractibus juxta stylum loci, quae propositio communiter admittitur ab omnibus fere Theologis et Jurisperitis ac fundatur in cap. fin. de for. competent. extenditurque ad advenas quoque ac peregrinos, qui, si in loco, in quo casu et per accidens reperiuntur, contractum aliquem ineant, tamquam subditi temporarii legibus illius loci subjiciuntur. Daher könnte z. B. ein Italiener in Sachsen eine giltige Ehe ohne Beobachtung der Tridentinischen Vorschrift eingehen, wenn seine Braut bisher dort domicilirte, wenn gleich er selbst an dem Orte seines Domiciliums an das Tridentinum gebunden ist; ein in Belgien domicilirender Katholik schließt giltig in England eine clandestine Ehe mit einer dort domicilirenden katholischen oder protestantischen Frauensperson, weil in England das Trienter Gesetz über die Form der Eheschließung weder publicirt, noch durch die Uebung verbindlich geworden ist. Kurz, wenn die Brautleute verschiedenen Pfarreien angehören, in deren einer allein die Trienter Verordnung publicirt ist, so sind sie an dieselbe nur dann gebunden, wenn sie hier die Ehe abschließen, nicht aber in der anderen Pfarre, wo jene Verordnung nicht bindet.

Schwieriger ist die Sache, wenn hinsichtlich der Verbindlichkeit des Trienter Concilbecretes eine Verschiedenheit obwaltet zwischen dem Orte des Domicils oder Quasidomicils der Brautpersonen und dem Orte der Eheschließung, wo sie sich zufällig oder absichtlich aufhalten. Sanchez bespricht die Sache in folgender Weise (lib. 3. disp. 7): 1) An si incolae locorum, in quibus decretum Tridentini irritans clandestina matrimonia receptum non est, divertant ad alia oppida per modum transitus et hospitii, ubi obligat id decretum, possint absque parocho et testibus valide contrahere juxta proprii domicilii leges? Dicendum id matrimonium esse irritum, quia opinio (non tenere observare leges loci transitus) exceptionem patitur quoad contractus solennitatem; nam ea solemnitas adhibenda est, quam petunt leges loci, ubi contractus initur, cum ergo locus, ubi celebratur matrimonium ab his peregrinis exigat solennitatem Tridentini ibi vigentis, aliter contractum nullum erit. Auch Gury antwortet auf die Frage, an valeat matrimonium eorum, qui discedentes e loco, ubi non viget decretum Tridentinum, contrahunt clandestine in loco, ubi viget? verneinend, etiamsi contrahant transeundo tantum, quia agitur hic de generali lege Ecclesiae, cui omnes in loco, ubi viget, degentes subjacent. 2) An si incolae locorum, in quibus decretum Tridentini obligat, confluant eo, ubi non obligat, possint juxta illius loci legem absque parocho et testibus contrahere? Si animo ibi constituendi domicilium tendant, certum est, posse ibi absque

parocho et testibus contrahere, quia fiunt illius loci incolae et subinde jam non adstringuntur legibus prioris domicilii. Tota autem difficultas est, quando solum confluunt per modum transitus? Probabilius est, non teneri coram parocho et testibus contrahere. Nam tamquam verius defendimus, peregrinos a domicilio absentes non teneri legibus illius, si contrariae vigent in loco, ubi reperiuntur. Generatim quoad solennitatem adhibendam in contractibus solae leges loci, in quo contractus celebratur, inspiciuntur. Limitant, nisi adirent ea loca in fraudem decreti Tridentini, ut ibi possint libere absque parocho et testibus matrimonio copulari, tunc enim ajunt esse invalidum. Die Sache ist dermalen entschieden, wie Scavini in Folgendem zeigt: Obligatio contrahendi coram parocho et testibus est et localis et personalis. Quatenus localis, afficit territorium et eos, qui ibi matrimonio jungendi sunt, obligat. Unde Angli, apud quos non est promulgatum Concilium, in Italia contrahentes, hanc legem observare tenentur. Quatenus vero personalis est, eos obligat, qui domicilium habentes in loco, ubi Tridentinum est promulgatum, in extraneo loco, ubi illud promulgatum non est, contrahere vellent. Hinc Itali per Angliam transeuntes inter se clandestine contrahere non possunt, nisi ideo eo venerint, ut domicilium vel quasi-domicilium ibi acquirant. Ita Sac. Congregatio approbante Urbano VIII. anno 1627. Urbanus nimirum VIII. suis Apostolicis litteris has S. Conc. Congregationis de 5. Septemb. 1626 sententias die 14. Augusti 1627, ad preces Archiepiscopi Electoris Coloniensis emissas confirmavit: »Primo an incolae tam masculi, quam feminae loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere? Secundo, quid si eo praedicti incolae tam masculi quam feminae solo animo, sine parocho et testibus contrahendi se transferunt, habitationem non mutantes? Tertio, quid, si iidem incolae tam masculi quam feminae illuc transferunt habitationem ex solo animo, ut absque parocho et testibus contrahant? Iidem Cardinales »ad primum et secundum non esse legitimum matrimonium inter sic se conferentes ac transeuntes cum fraude, ad tertium vero dubiorum hujusmodi, si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum responderunt et resolverunt.« Igitur, so bemerkt der Cardinal Prosper Lambertini, matrimonium primo et secundo loco expositum irritum decernitur, cum fraus intercesserit, matrimonium tertio loco allatum etiam cum fraude validum declaratur, quia novum quoque domicilium accesserat. Notandum porro, quod diximus, Italos per Angliam transeuntes inter se clandestine contrahere non posse, quia si Italus in Anglia cum Angla contraheret, valeret conjugium clandestinum, nam cum Angla exemta sit ab illa lege, privilegium Italo communicat ob individuitatem contractus. Ita Clemens XIII. anno 1767 ad Archiepiscopum Mechliniensem (siehe 1. Bd. §. 66). 3) An captivi apud infideles, apud quos non est publicatum decretum Tridentini, si incolae sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat, valide

contrahant absque parocho et testibus? Probabilius existimo, validum esse matrimonium captivorum apud infideles initum absque parocho et testibus, quamvis ad eas regiones ducti sint post publicationem et receptionem in sua parochia, nec animum ibi permanendi habeant, et idem dico de matrimonio per mercatores christianos contracto, qui ibidem per modum hospitii sunt, quamvis incolae sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat. Nam id decretum petit tamquam conditionem requisitam, ut obligare incipiat, publicationem in parochia; ergo cum apud infideles haec conditio deficiat, in illis locis hoc decretum nondum obligandi vires accepit, ac proinde, qui in illis contrahunt, licet domicilium ibi non fixerint, non tenentur servare solemnitatem in hoc decreto petitam; nam contractus celebrandus est juxta solennitates loci contractus. Si decretum in illis obligaret, quamvis captivi haberent animum permanendi, ductique essent illuc ante publicationem in sua parochia, non possent absque parocho et testibus contrahere, sicut contingit in aliis locis fidelium, ubi id decretum obligat. Si vero defectu publicationis non obligat, ergo contrahentes ibi, sive sint permanentes, sive per modum transitus, sive antea esset publicatum in sua parochia, sive non, poterunt contrahere absque testibus et parocho. Si duo infideles ibi baptisarentur, possent contrahere absque parocho et testibus, quia id decretum ibi non obligat.

Ueber diese Angelegenheit hat sich auch Papst Benedict XIV. in dem an den Erzbischof von Goa gerichteten apostolischen Schreiben »Cum venerabilis« von 19. März 1758 ausgesprochen: Exposuisti Nobis, so schildert der Papst den Anlaß dazu, quod cum receptum fuerit in dioecesi tua Tridentinum Concilium, servatur ad amussim ibidem sanctio illa, quae nulla declarat matrimonia, quae sine praesentia parochi sponsi vel sponsae et sine duobus testibus celebrantur. Cum vero dioecesi tuae finitimus sit locus quidam, Sunda vocatus, ubi nonnulli Missionarii sacerdotes inhabitant ad regionis incolas ad fidem catholicam pertrahendos edocendosque, contingit aliquando, ut quispiam difficultates praenoscens, quae matrimonium fortasse impedirent, quotiescumque in tua dioecesi contrahendum foret, ab eadem discedit una cum muliere, atque Sundam pergit, ubi neque receptum neque promulgatum fuit Concilium Tridentinum, ibique matrimonium coram Missionario contrahit ac subinde regrediens ad dioecesim tuam, validum esse contendit, eo quia matrimonium non alibi nullum esse reputatur, praeterquam iis in locis, in quibus Concilii decretum receptum ac promulgatum fuit. Haec est quaestio, de qua Nos interrogasti, ut normam praefiniremus, quacum in ejusmodi matrimoniis gerere te oporteat. Thomas Sanchez quaestionem hanc agitat in suo opere de matrimonio, ubi defendit validum matrimonium initum in loco, ubi promulgatum non fuerit Concilium Tridentinum, quamvis ille, qui contrahit, domicilium habeat in loco, ubi Concilium receptum est, indeque discesserit, ut eas difficultates aufugeret, in quas inciderat, vel incidere posse rebatur, si matrimonium ibi contrahere voluisset; cum vero opponitur, intercedere fraudem, tunc respondet, vel nullam inesse fraudem, ubi quis jure suo utitur, quoniam vetitum non est, a loco, in quo receptum fuit Concilium, transire ad alium, ubi non sit receptum; vel etiamsi fraus interces-

sisse credatur, ejusmodi fraudem illicitum quidem, non vero nullum matrimonium efficere. Non desunt tamen, qui contrariam sententiam tueantur, doceantque nullum esse matrimonium ab eo contractum, qui ad evitandas difficultates, in quas incidit, vel incidere se posse veretur, si matrimonium ineat in loco domicilii, ubi viget Tridentina lex, transit ad alium, ubi promulgata non fuit,. adeoque neutiquam recepta et post initum matrimonium domum suam revertitur. Sylvius tamen sapienter advertens, matrimonium esse validum, si quis admissa etiam fraude patriam suam deserens, ubi Tridentinum Concilium promulgatum fuit, illud contrahit in loco, ubi non est promulgatum, postquam tamen ibidem novum quasi-domicilium acquisierit: ex eo infert, nullum esse matrimonium, quotiescumque ille, qui contrahit, regreditur illico ad locum, unde discessit, quin speciem quamdam domicilii adeptus fuerit in loco, ubi matrimonium contraxit. Hierauf erzählt Benedict XIV., daß zur Zeit des Papstes Urban VIII. der Erzbischof und Churfürst von Cöln in dieser Angelegenheit sich an den heiligen apostolischen Stuhl gewendet und die angeführten Entscheidungen der S. Congregatio Concilii vom 5. September 1626 erzielt habe. Hujus definitionis contextu, so bemerkt Benedict XIV., bene perpenso facile intelligitur, matrimonia primo ac secundo loco exposita irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni eo, quia fraus intercessit, validum autem censeri matrimonium tertio loco positum, in quo, licet fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium seu quasi-domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit: »nisi domicilium vere transferatur.« In allen diesen Fällen, schreibt Dr. Knopp, war kein Quasidomicil zur Eheschließung vorhanden. Fand aber im letzten Falle eine wahre Uebertragung des Domicils statt, also mit Aufgeben des ersten Domicils, so hatten die Ehecontrahenten ein eigentliches Domicil von dem Augenblicke der Niederlassung an dem neuen Orte gewonnen und konnte daher die Giltigkeit der Ehe, welche sie an demselben abgeschlossen, wenn sonst kein canonisches Hinderniß vorlag, wegen Clandestinität nicht angefochten werden, aus welchem Grunde auch immer die Contrahenten das frühere Domicil aufgegeben und das neue bezogen hatten. In gleicher Richtung erklärt die Eichstädter Pastoral-Instruction: Invalida essent et irrita illorum matrimonia, indeque separanda, nec Nobis insciis denuo conjungenda, qui forsan praecise ob contrahendum matrimonium clandestinum in loca abirent acatholica (ubi Tridentinum non est promulgatum, saltem non promulgatum praesumitur).

Personen also, welche an einem Orte, wo das Trienter Decret verkündet und recipirt ist, einen Wohnsitz haben und sich zufällig oder absichtlich eben in eremten Ländern aufhalten, können, wie Dr. Schulte bemerkt, der prohibitiven Natur des Tridentinischen Gesetzes wegen von der allgemeinen Rechtsregel »Locus regit actum« keinen Gebrauch machen, da es ihnen verboten ist, dort (absque forma Tridentina) eine Ehe zu schließen. Dieses Verbot hört jedoch auf, sobald sie dort ein Domicil oder Quasidomicil erwerben, gleichviel aus welcher Absicht dieß geschieht. Daher unterliegt die Giltigkeit einer Ehe keinem Anstande, wenn ein Brautpaar listig, d. i. um der Tridentinischen Vorschrift auszuweichen, an

solchem exemten Orte sich wohnhaft macht und nach Abschluß der Ehe sich in seine Heimat zurückzieht, sofern es sich dort wirklich ein Domicil oder Quasidomicil erworben hatte. Es kommen zwar außerdem auch die meisten Canonisten darin überein, daß nicht nur die Wohnsitzlosen, sondern auch die Reisenden an exemten Orten mit Umgehung der Tridentinischen Trauungsform eine giltige Ehe schließen, ohne vorher dort ein Domicil oder Quasidomicil erworben zu haben, sofern sie dabei nicht in fraudem legis handeln, d. i. nicht aus dem einzigen Grunde an jenen Ort sich begaben, um das Gesetz, welches sie an ihren Wohnsitz bindet, zu umgehen, sondern eben zufällig, oder der Reise, des Vergnügens, Geschäfte halber dahin kamen. Allein obschon man diese Meinung, da sie vom heiligen Stuhle bis jetzt nicht verworfen wurde, nicht gerade eine irrige nennen kann, so dürfte sie doch für die Praxis als eine sehr gewagte und wenig sichere erscheinen, weil hier Alles auf die Absicht der Brautleute allein ankäme, ob sie aus einem anderen Grunde oder nur in fraudem legis an solchem Orte weilen, die Kirche aber, wie das Tridentinum sagt, de internis nicht richtet. Sehr viele Canonisten, dieß wohl fühlend, behaupteten daher geradezu, daß auch in Ansehung der Reisenden eben so, wie in Ansehung der Wohnsitzlosen der fremde Ort allein, ohne Rücksicht darauf, aus welcher Absicht man sich dort aufhalte, entscheidend sei, so daß also auch die an einem exemten Orte von Reisenden, welche durch ihr Domicil an das Tridentinische Trauungsgesetz gebunden sind, in fraudem legis geschlossene formlose Ehe als eine giltige betrachtet werden müsse. Diese letztere Meinung ist jedoch, wie wir gesehen haben, von Urban VIII. ausdrücklich verworfen worden.

Wir kommen hier nochmals auf die causa Eystetten. vom 21. Juni 1732 zurück (vergl. 1. B. §.60, 65, 70 und 4. B. §. 246). Man wollte die Ungiltigkeit der Ehe zwischen Johann Anton und Christina auch auf Grund dessen behaupten, daß sie ohne Beobachtung der Trienter Vorschrift eingegangen war. Der Referent bei der S. C. C. bemerkte hierüber Folgendes: In parochia, ubi ortum habuit Joannes Antonius, Concilium Tridentinum promulgatum fuit et religiose servatur. Quamvis ergo matrimonium ab eo initum fuerit in Saxonia, ad quam provinciam Tridentinis legibus numquam patuit aditus, non per hoc tamen solutus forsan dici posset Joannes Antonius ab obligatione contrahendi matrimonium juxta normam a S. Concilio praescriptam, quia in cap. 1 Sess. 24. de reform. matrim. personae illi subjectae redduntur omnino inhabiles ad aliter contrahendum; proinde haec inhabilitas jam contracta a Joanne Antonio per nativitatem in loco Tridentinis sanctionibus subjecto non videtur cessasse per ejus migrationem in Saxoniam; cum vinculum personae, injectum a potestatem habente, eidem personae semper inhaereat, quemcumque demum in locum transeat. Hanc sententiam de matrimonio secundum Tridentinas leges contrahendo in loco, ubi illae non vigent, ab eo, qui talem in locum se contulerit sine mente collocandi ibidem firmam sedem ac domicilium, fuse propugnant multi. At vero Joannem Antonium animo semper retinuisse patrium domicilium, neque illud contraxisse in Saxonia (ubi quatuor annis ante initum matrimonium et duobus postea fuit commoratus), tum suadetur ex causa, ob

quam eo se contulit, nimirum ut commodius addisceret et exerceret artem texendi pannos, tum etiam evincitur ex conditione redeundi in patriam suam, quam voluit insertam connubiali contractui, tum demum ex declaratione, quam coram Ordinario interrogatus edidit et jurejurando confirmavit, se sc., dum in Saxonia mansit, semper ea fuisse mente, ut reverteretur in patriam, in qua adhuc vivunt pater et mater et soror.

Endlich erwähnen wir noch zwei bei der S. C. C. verhandelte Fälle, die auf den in Rede stehenden Gegenstand Bezug haben. 1) Causa Antverpien. Licet per decretum S. Concilii Tridentini (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) caveatur, quod matrimonium aliter, quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus contractum, sit irritum et nullum, imposita etiam poena iis, qui hujusmodi contractui interfuerint, quodque per Bullam fel. record. Pii IV. ordinatum sit, omnia decreta Concilii ad reformationem ac jus positivum spectantia a Calendis Maji tunc proxime praeteriti omnes obligare coepisse, neque post eam diem excusationem cujusquam admittendam: tamen dum ex facto proponeretur, Martinum de Rivera, natione Hispanum, dum in civitate Londinensi, regni Angliae, negociandi causa uno aut altero mense solum egisset, tertia mensis Augusti an. 1752 in praesentia cujusdam Notarii publici et cujusdam Alphonsi Basurtii in quodam coenaculo cum quadam Hestere de Sabitoris etiam catholica, et quae a duobus tantum mensibus citra ex civitate Antverpiensi in Angliam venerat, protulisse et scripsisse vel subsignasse verba sequentia: »Ego Martinus de Rivera accipio Hesterem de Sabitoris pro mea sponsa et uxore ex hoc die in antea pro tota vita mea, eoque fine ei do meam veram fidem;« et dictam Hesteram similia reciproca verba ad praedictum Martinum directa protulisse, scripsisse vel subsignasse, hoc addito, quod inter ipsos contrahentes id actum fuisset, ut data oportunitate in Hispaniam aut in inferiores regiones catholicae Majestati subjectas transjicerentur, ibique solemniter in sanctae Matris Ecclesiae facie matrimonium contraherent. Dubitatum est, anne praedictum decretum Concilii Tridentini ad praedictos contrahentes, non obstante, quod paulo ante in regnum Angliae haeretica pravitate infectum, ubi parochorum non est copia, divertissent, porrigi et extendi debeat, eosque ad sic contrahendum inhabiles reddiderit? Sac. Congregatio censuit, non extendi, si in illa Ecclesia, in cujus parochia tunc habitabant, nondum eo tempore, quo sic contraxerunt, erat, ut palam dicitur, publicatum decretum Concilii Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.

2) Causa Gratianopolitana matrimonii, die 3. Aprilis 1841. Vicarius generalis Gratianopolitani Episcopi et suo et Antistitis nomine quaestionem per S. hanc Congregationem definiendam proponit, quam summi momenti esse, multorumque interesse denunciat. »Sempronius (ita Vicarius) vir nobilis hujus civitatis inaequale matrimonium cum Bertha conditionis longe inferioris puella, quam male deperibat, ante annos quatuor contrahere voluit, cumque timeret, ne per leges civiles obsistente ac renitente familia, cujus consensus erat necessarius, id sibi non liceret, Londinum in Angliam insciis omnibus profectus est, ibique post 8 aut 10 dierum commorationem die

29. Septembris 1836 coram Missionario Apostolico in Capella quàdam catholica matrimonium iniit, benedictionemque sacerdotalem suscepit. In patriam redux, secreto sed vero matrimonio conjunctum se bona fide existimans cum Bertha cohabitavit, ex eaque plures suscepit liberos. Cum vero matrimonium Londini celebratum ignoraretur, integro quadriennio ut concubinarius in opinione vulgi cum summa omnium offensione et scandalo traductus est. Tandem ab uno tantum mense res percrebescere coepit; matrimoniique testimonium scriptum palam ostendunt ac divulgant et ambo ut vero connubio conjunctos sese palam gerere incipiunt. Excandescit in Sempronium familia, vultque invocato etiam Jure canonico et Galliarum usu, matrimonium istud esse nullum, irritum ac invalidum, proindeque conjugum separationem obtinere nititur. Et vero Reverendissimo Episcopo Gratianopolitano, iisque, qui sunt ab ejus consiliis, suboritur dubium aliquod de validitate istius matrimonii, eo quod non videatur initum fuisse secundum Concilii Tridentini legem, sc. non fuit initum coram parocho domicilii, nec coram parocho quasi-domicilii, ut jura volunt, sed tantum coram parocho habitationis brevissimae et 8 tantum vel 10 dierum. Quaeritur itaque, utrum habitatio adeo brevis sufficiens fuerit, ut Sempronius coram Missionario Apostolico veluti coram vero et proprio parocho contrahere potuerit valide et licite. Suspicamur Missionario catholico specialem fuisse concessam a S. Sede facultatem, vi cujus potuit huic matrimonio tamquam parochus assistere; facile conjicitur, nullibi proclamata fuisse banna, nullam fuisse petitam aut obtentam ab Episcopo dispensationem. Definiendum idcirco, quo citius possit, proponitur, utrum et qua de causa valeat aut non valeat matrimonium istud sic contractum, ita ut responsum exinde ferendum aliis similibus quoque casibus facile possit applicari.«

Haec ex litteris Gratianopolitani Vicarii. Ut vero tutior ad pronunciandum sternatur via, inquirendum illico visum est de Missionariorum Apostolicorum Londinensium facultatibus, ut nimirum pateat, an peculiaribus ipsi a S. Sede aucti sint facultatibus ad catholicorum matrimoniis benedicendum, licet hi minime illis subjecti sint ratione domicilii, reque collata cum R. P. D. S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario et Officialibus, uno ore responsum est, eos hujusmodi facultate omnino carere. Hisce praejactis decernendum est, an matrimonium, de quo quaeritur, validum sit, an potius nullum et irritum. Non hic disputandum est de impedimentis per civiles leges decretis, sat quippe est ea referre, quae anno 1804 S. haec Congregatio Episcopo Brixiensi rescripsit. Neque quidquam negotii in themate facessere videtur obsistentia familiae, cujus consensus necessarius, ut ait Vicarius generalis (vergl. §. 179). Gratianopolitana Curia totam dubitandi rationem ponit in lege minime servata S. Concilii Trid., sc. quia non initum fuit coram parocho domicilii nec coram parocho quasi-domicilii, sed tantum coram parocho habitationis brevissimae 8 vel 10 dierum. Jam vero quamvis Sanchez, quem plures magni nominis sequuntur Auctores, defendat validitatem matrimonii initi in loco, ubi promulgatum non fuerit Concilium Trid., licet ille, qui contrahit, domicilium habeat in loco, in quo Concilium receptum est, ab eoque discesserit fugiendi causa difficultates in quas

incidisset, si in loco domicilii contraxisset, quin obstare sentiat fraudem, quae ad summum redderet illicitum, non autem nullum matrimonium sic contractum; quaestionem tamen diremit Sacra haec Congregatio sedente Urbano VIII. Duo porro in themate serio sunt animadvertenda; 1) nullam ex parte conjugum apparere querimoniam, qui suum matrimonium coram Missionario Apostolico contractum divulgarunt, sed ex parte familiae tantum promoveri nullitatem initi connubii; 2) plures ex hoc conjugio susceptos fuisse liberos. Quatenus de matrimonio hujusce valore dubitetur, videndum porro, num sententia a Curia Episcopali Gratianopolitana proferenda sit, servata saltem in substantialibus forma Processus demandati in Constitutione Benedicti XIV. »Dei miseratione«, an potius de Apostolicae Sedis clementia, praesertim ratione habita ad liberos et ad caetera thematis adjuncta indulgeri possit, ut coram Episcopo Gratianopolitano vel ecclesiastico viro ab eo deputando ac coram testibus confidentibus renovetur consensus, num etiam, quatenus prudenter timeri possit, de alterutrius partis dissensu et praesertim viri ob familiae excandescentiam ac ob timorem effectuum civilium, consulendum sit Sanctissimo pro sanatione in radice. Quaer. An et quomodo sit respondendum in casu etc.? S. C. C. resp. Ex hactenus deductis non constare de validitate matrimonii, sed ad declarationem nullitatis esse procedendum confectione Processus, servata saltem in substantialibus forma Constit. s. m. Benedicti XIV »Dei miseratione«, inspecto praesertim animo et tempore, quo asserti sponsi commorati sunt nedum Londini, sed etiam in districtu illius Apostolici Vicariatus; quatenus autem Episcopo magis expedire visa fuerit matrimonii convalidatio, renovato consensu secreto, pro facultate dispensandi super quovis impedimento juris ecclesiastici tantum juxta solitas clausulas, quatenus adsit; ac etiam pro facultate sanandi in radice juxta formam, quatenus id necessarium duxerit, facto verbo cum SSmo super omnibus.

Zweiter Abschnitt.

Nähere Bezeichnung der Personen, vor denen die giltige Ehe geschlossen werden muß.

§. 254. Die Einwilligung in die Ehe muß vor dem eigenen Pfarrer der Eheweber erklärt werden.

Das Concilium von Trient verlangt zur Schließung einer giltigen Ehe, daß die wechselseitige Einwilligung der Contrahenten in dieselbe erklärt werde coram parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus. Es ist mit dem Worte parochus nach dem Contexte der proprius contrahentium parochus gemeint. Est autem parochus proprius, so erklärt das römische Rituale (de Sacram. matrim. tit. 7, §. 4), qui adesse debet,

is in cujus parochia matrimonium celebratur, sive viri sive mulieris. Es ist also zur Entgegennahme der wechselseitigen Einwilligung der Brautleute in die Ehe jure proprio der Pfarrer berechtiget, dessen geistlicher Jurisdiction beide Brautpersonen oder auch nur Eine derselben mit Rücksicht auf ihr Domicilium unterstehen. Dr. Uhrig bemerkt, daß, was nach dem Worte des Gesetzes selbst noch dunkel genannt werden könne, aus der allgemein übereinstimmenden Praxis der Kirche, die hier die rechte Auslegerin ist, klar hervorgehe; denn diese hat jene Verfügung der Tridentinischen Väter allzeit so verstanden, daß zur giltigen Eingehung der Ehe die Gegenwart des ordentlichen Pfarrers oder des von diesem substituirten Priesters absolut nothwendig sei und die Congregatio interpretum hat sich in allen ihren Declarationen an diese Auslegung angelehnt. An sit, so hieß nach Gallemarts Bericht eine der vorgelegten Fragen, pro matrimonio judicandum, si duo contraxerunt ex libero utriusque consensu coram parocho alieno propterea, quod vel eorum parochus esset publicus haereticus vel profugus, quia Ecclesia parochialis carebat suo rectore? Und er fährt fort: S. D. N. Gregorius XIII. ex sententia Congregationis declaravit, judicandum esse contra matrimonium, posse tamen eos iterum valide contrahere coram proprio parocho vel alio sacerdote de consensu Ordinarii.

Uebrigens bemerkt Dr. Schulte, daß man unter dem parochus denjenigen zu verstehen habe, der wirklich das Amt eines Pfarrers bekleidet. Duo ex Barbosae monitu desiderantur, ut quis dicatur parochus, quorum primum est, ut curam exerceant presbyteri curati nomine proprio, non autem alieno, alterum quod rector et parochus is dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem cum aliis ad regimen Ecclesiae parochialis assumitur, ita ut si duo vel plures praeficiantur, qui confessiones audiant, baptisent et alia ad curam spectantia faciant, non dicantur curati, quia in una Ecclesia unus debet esse sponsus et rector, qui curam habeat. Mithin können Priester, die nur zur Spendung bestimmter Sakramente, oder zu sonstigen geistlichen Functionen bestimmt sind, z. B. in Kranken- und Waisenhäusern u. s. w. keine Trauung ohne Erlaubniß vornehmen, sondern nur der Pfarrer, dessen Parochie die Anstalt einverleibt ist. Hieraus folgt, daß die Localcuraten, welche selbstständige Seelsorger sind, obgleich sie nicht Pfarrer heißen, ebenso die s. g. Pfarradministratoren, welche aufgestellt sind ad omnia parochialia munia obeunda (ad universitatem causarum), dann die zu zeitweiliger Führung der ganzen Seelsorge von dem Bischofe oder Pfarrer bestellten Priester (ut si v. g. substituto diceret parochus ad aliquod tempus a paroecia discessurus: paroeciam tibi commendo, fac ut alter ego) zur Entgegennahme der Erklärung der Einwilligung in die Ehe von Seite ihrer Parochianen berechtiget sind, (auch Dr. Knopp bemerkt, daß überhaupt in der zeitweisen Uebertragung der Administration einer Pfarre Seitens des eigenen Pfarrers an einen Dritten auch die Ermächtigung, der Eheschließung der Parochianen derselben beizuwohnen, stillschweigend enthalten ist), nicht aber die s. g. Cooperatores expositi, weil diesen nicht die Berechtigung zur Führung der gesammten pfarrlichen Seelsorge zusteht. Notandum, schreibt Giraldi, quod si parochus loco sui deputaret aliquem sacerdotem ad generalem Sacramentorum

administrationem, censeretur etiam inclusa facultas assistendi matrimonio, ut cum communi et praxi tenent, cum talis generalis commissio seu deputatio non prohibeatur a Tridentino. Gury frägt hinsichtlich der Priester, welche die Stelle des Pfarrers vertreten, an Vicarius possit valide matrimonio assistere? und er antwortet hierauf: 1) Affirmative, si Vicarius suppleat vices parochi defuncti vel absentis; tunc enim est certo delegatus ad universitatem causarum, imo tunc potest et alium subdelegare; nam ex jure delegatus ad causarum universitatem ipse alium ad casum particularem subdelegare potest. 2) Si autem Vicarius sit parochi praesentis Cooperator, major est difficultas, nec res generali et absoluta regula definiri potest. Quare attende ad statuta vel consuetudinem diversarum dioeceseon. Episcopus enim, constituens Vicarios parochi adjutores, vel eis immediate conferre potest jus matrimoniis assistendi, vel illud ex delegatione parochi ipsis committendum relinquere. Sed ex consuetudine in Gallia et in aliis diversis locis communius recepta statui posse videtur, quod Vicarius potest assistere matrimonio parochianorum in ipsa paroecia celebrato, quia vices ipsius parochi gerit. Scavini bemerkt ex Synodo Novarien., coadjutores parochiales etiam titulares non posse valide matrimonii celebrationi praeesse sine speciali mandato (quod tenet, sive parochus absens sit, sive moriatur, neque enim per ejus mortem ipsi coadjutores veri parochi evadunt). Dr. Uhrig meint, daß die Capläne, die den Pfarrern nur zur Aushilfe, d. h. in so weit zugetheilt sind, als sie der Pfarrer mit seelsorglichen Geschäften im Einzelnen beauftragt, ohne ausdrückliche Bevollmächtigung des Pfarrers oder Bischofs nicht trauen können. Dagegen lehrt Dr. Knopp, daß in der allgemeinen Anstellung der Vicare und Capläne in der Regel auch die Erlaubniß zur giltigen Beiwohnung bei Eheschließungen mit einbegriffen ist. Er beruft sich auf Giraldi, welcher erklärt: Validum est matrimonium contractum coram coadjutore parochi deputato ad Sacramenta administranda in genere, sicut et coram Capellano habente facultatem ab Episcopo eadem Sacramenta in genere administrandi (S. C. C. in Aquinaten. 10. Junii 1591 et in Nullius, 16. Martii 1630). Jedoch bezieht sich, wie Dr. Knopp weiter bemerkt, diese giltige Vertretung des Pfarrers durch seinen Caplan nur auf die Ehen der eigenen Pfarrkinder. Sehr bestritten ist es, ob diese Vertretung auch statthaft sei, wenn der Pfarrer selbst nur in Kraft der ihm ertheilten Erlaubniß der Eheschließung fremder Parochianen beiwohnen kann, und es ist daher durchaus nothwendig, die dießfällige Erlaubniß der Eheschließung zugleich auch auf den Caplan auszustellen, wenn eventualiter dessen Eintreten bei der Eheschließung gewünscht wird. Auch ist die Resolution der S. C. C. vom 22. Juli 1581 des Inhaltes nicht zu übersehen: Capellani vel Vicarii parochiae temporanei, qui commissionem generalem ad omnium Sacramentorum administrationem in parochia a parocho habent, non indigent expressa licentia ad valide assistendum matrimoniis, nisi expresse parochus contradixerit. Nach Dr. Schulte ist es zweifelhaft, ob auch vor einem bloßen Vicarius, der keine allgemeine Delegation hat und nicht ausdrücklich dazu committirt ist, die Ehe in Abwesenheit des Pfarrers giltig geschlossen werden könne. Die S. C. C. hat in der weiter unten anzuführenden

causa Faventina vom Jahre 1758 die renovatio consensus coram parocho et testibus ad cautelam gefordert, was jedenfalls das Beste ist. Daß noch viel weniger ein Caplan ohne generelle oder specielle Ermächtigung assistiren kann, versteht sich von selbst. Wir fügen noch bei, was hierüber in dem Referate in causa Ceneten. vom Jahre 1834 (vergl. §. 264, sub 3) vorkömmt. Absonum a jure est, binos aeque principales parochos uni paroeciae eadem auctoritate praeesse (can. sicut una. C. 22. qu. 2). Hinc de coadjutoribus traditum est, eos habere quidem administrationem et exercitium illius juris et curae, quod in Principali vel Rectore permanet, non vero frui ipso jure vel cura, quia duo insimul eandem rem et eodem modo in solidum possidere non possunt. Quae sane juris praestituta Sac. Congregationem Concilii (in causa Nullius S. Aedisti. 11. Junii 1644) impulerunt, ut post sancitum Clementis VIII. de Canonicis S. Aedisti, »ut Archipresbiter principaliter et Canonici tamquam ejus coadjutores curam animarum exerceant«, decerneret, ipsos »teneri, curam animarum exercere, quamdiu Archipresbyter legitime absit vel legitime impediatur, vel plures parochiani eodem tempore egeant et aliis similibus casibus« (conf. caus. Bosanen.). Animadvertendum tamen est, aliquando ab hac individualitatis natura recedi, inquit Giraldus, ac binos in solidum et aequali jure uni eidemque Ecclesiae regendae parochos praefici, ubi temporum, locorum personarumque conditio id postularit. Exemplo sit latum a S. Cong. Concil. decretum de Empulitana seu Castri Madamae paroecia in agro Tyburtino, quo negavit, »locum esse reductioni duorum parochorum unius ejusdem parochialis in unum solum parochum«, uti Episcopo in votis erat ad diuturna maxime exitiosa dissidia componenda, jussitque, »ut Episcopus injungeret exerceri dictam curam animarum per utrumque sublata alternativa et fieri massam communem ex incertis etc. emolumentis aequaliter dividendis« (S. C. C. in Tyburtina. 23. Martii 1757). Quae quidem peculiaris dispositio fortiori et certe graviori jure commendatur, si diuturno plurium annorum usu, continuoque Antistitum placito, imo ex eorumdem voluntate fulciri ipsam nanciscamur. Daher lehrt auch Scavini: Si duo sint parochi ejusdem parochiae, uterque parochus potest assumi, etiam invito altero, quia uterque est parochus proprius. Ita S. C. C.

Wir haben bei diesem Anlasse noch einige Declarationen der S. Cong. Concilii anzuführen: 1) in Bosanen., die 28. Novemb. 1795. Mos est in Sardinia, ut ad parochorum praesentationem instituantur ab Episcopis proparochi seu vicarii absolute, plene et absque ulla ministerii parochialis restrictione. Quam consuetudinem ut abrogaret Episcopus Bosanen. anno 1781 per synodale decretum mandavit, nisi specialem a parocho pro casu particulari facultatem in scriptis acceperint, assistere matrimonio minime posse, substracta eisdem amplissima, quae vulgo concedi solet, matrimoniis assistendi potestate.« Exortis de matrimonii contra hoc decretum initi validitate dubiis, Episcopi successor S. Congregationem adiit, quae respondit: a) »decretum synodale esse sustinendum; b) ademptam esse per idem proparochis facultatem assistendi matrimoniis; matrimonia vero inita cum assistentia proparochi contra formam decreti illius esse valida, sed illicitata; c) matrimonium celebratum coram proparocho contra illius

formam iterari non debere« (vergl. §. 264, sub 2). 2) in Turcitana, die 19. Decembris 1795. S. Congregatio censuit, a) prudenter ac sulubriter ferre Episcopum in Synodo vel extra legem, qua vetentur parochi illimitatam facultatem matrimoniis assistendi coadjutoribus seu proparochis concedere; b) valida esse matrimonia absque expressa parochi licentia coram parocho, quatenus a parocho fuerit delegatus, contracta, sed illicita (vergl. §. 264, sub 3). Daraus folgert Dr. Schulte, daß für unbedingt competent die Geistlichen gelten müssen, welche von den Pfarrern zur Aushilfe in der Seelsorge ein für allemal zu allen Pfarrverrichtungen, sei es im Falle der Abwesenheit des Deleganten oder überhaupt committirt, oder in solcher Eigenschaft dem Pfarrer vom Bischofe, namentlich als Coadjutoren zur Seite gesetzt sind. Die Praxis der Kirche mißbilliget zwar eine solche allgemeine Stellvertretung, hält aber mit Recht die auch gegen ein jene verbietendes Diöcesanverbot geschlossene Ehe für giltig. Dieß stimmt mit dem überein, was Monacelli (Form. tit. 10. form. 15) sagt: Coadjutores ordinaria carent jurisdictione, ipsisque idcirco facultates ad Sacramenta administranda peculiares tribuendae sunt (vergl. auch §. 263).

Zu bemerken ist ferner folgende Anordnung der Eichstädter Pastoral-Instruction: Si contingeret, quod jam contigisse novimus, ut omnibus ad nuptias paratis subito parochus vita decederet, pro hoc casu improviso quemlibet sacerdotem dioecesanum et approbatum, in loco forsan commorantem vel ex vicinia vocandum ex potestate ordinaria pro hac vice duntaxat delegamus, ut coram eo nuptiae valide contrahi queant, si sine incommodo ulterius differri non possunt. Postea vero statim ad Nos causa deferatur.

Zwei Dinge setzt Sanchez (lib. 3. disp. 19) als unbezweifelt voraus: 1) exigi necessitate Sacramenti, ut valeat matrimonium, assistentiam proprii parochi. Nam expresse Tridentinum locutum est de proprio parocho, ubi sermo est de ipso matrimonio; clausula enim non ita clara ex antecedentibus et subsequentibus debet intelligi. Porro illius parochi praesentia necessaria est, qui potest alii sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere; sed solus parochus proprius potest hanc licentiam concedere; alius enim jurisdictionem non habet in contrahentes; ergo solus ille poterit matrimonio assistere. In fine decreti Tridentini parochus vel alius sacerdos conjungens sponsos absque licentia proprii parochi suspenditur; ergo sentit Tridentinum, hoc munus esse proprii parochi, ac proinde, dum praesentiam parochi petit, de proprio intelligit. Tandem Tridentinum (Sess. 24. de reform. cap. 13. in fine) praecipit Episcopis, ut in locis, in quibus promiscui parochi erant, fiant distinctae parochiae et unicuique suus parochus assignetur, a quo solo Sacramenta licite percipiantur; ergo dum idem Tridentinum praecipit, parochum matrimonio assistere, de proprio intelligit. Objiciunt concessiones nonnullis personis factas recipiendi Sacramenta a quolibet sacerdote. Verum talis concessio non intelligitur de Sacramento matrimonii; nam ut alienus sacerdos possit assistere matrimonio, requiritur licentia expressa; in tali autem indulto nulla fit mentio matrimonii. Etiamsi illud valeat de poenitentia et Eucharistia, non sequitur concedi matrimonii ministerium propter ingentia inde sequenda incommoda; expediebat enim, eum so-

lum matrimonio assistere posse, qui tamquam proprius pastor oves cognoscens impedimenta investigare valeret. Benedictio matrimonii competit proprio parocho, quod signum est, nolle Tridentinum, virtute cujuvis privilegii alienum sacerdotem absque proprii licentia matrimonio interesse posse.

Es kann Gegenden geben, in denen die von dem Concilium von Trient angeordnete Diöcesan-Eintheilung und die genaue Abgrenzung der Pfarrbezirke noch nicht stattgefunden hat, oder in denen apostolische Vicariate bestehen, und die Katholiken durch Missions-Priester pastorirt werden. Hinsichtlich solcher Verhältnisse gibt Sanchez (lib. 3. disp. 26) folgende Anhaltspunkte zur Vermittlung einer giltigen Eheschließung: a) Religiosi ministerium parochi obeuntes in novo Indiarum orbe in locis signatis vel signandis a suis Superioribus possunt absque alia Ordinarii licentia matrimonio conjungere sibi subditos (privileg. Pii V.). b) Similiter possunt matrimonio conjungere non indigenas, si in eis locis taliter habitent, ut parochiani efficiantur, quia possunt conjugere subditos; hi autem subditi sunt. c) Possunt etiam ibi conjungere matrimonio vagos; nam hi subditi sunt cuicumque parocho, cui se submittunt. d) Eos, qui in iis locis, ubi religiosi munus parochi obeunt, non habitant, nec vagi sunt, sed habent proprium domicilium, carent tamen proprio parocho, possunt religiosi per eorum domicilium transeuntes matrimonio conjugere (privileg. Pii V.). Nam alias manerent tales destituti ministerio Sacramentorum. e) Si Indi parochum proprium habent, quamvis absens sit, religiosus in alio loco parochi ministerium exercens et illac transiens, non potest assistere eorum matrimonio (privileg. Pii V.). Caeterum quando hi religiosi conjungunt matrimonio vagos, tenentur petere licentiam ab Ordinario ex Concilii Tridentini mandato requisitam; nam privilegium Pii V. in nullo derogat Tridentino. Aus neuerer Zeit gehört hieher folgende Entscheidung der S. Cong. Concilii: De catholicis in Hollandia a quibusdam aliquando dubitatum fuit, utrum pro matrimonii validitate ad domicilii sui pastorem adstringerentur, num vero coram cujuscumque districtus pastore seu Missionario valide contrahere possent. Dubitandi rationem hanc allegabant, quod scilicet parochi proprie dicti in Hollandia minime reperiantur, sed missionariorum directioni catholici ibidem subjiciantur; atque specioso hoc praetextu quidam, licet alterius loci incolae, coram Sallandiae Missionario matrimonium contraxerunt. Quaerebatur apud Sanctam Sedem, a) quinam reputandus sit parochus proprius catholicorum variorum Hollandiae districtuum, coram quo vel de licentia cujus debent catholici inter se matrimonium contrahere? b) proponebatur casus, quid dicendum de matrimonio a duobus catholicis de Zwol contracto coram pastore districtus Sallandiae absque permissu pastoris de Zwol, ubi contrahentes conservaverant et semper conservarunt eorum domicilium? Responsum fuit die 17. Maji 1804: Quoad primum, parochum proprium catholicorum in Hollandia commorantium ibique matrimonium inter se contrahere volentium esse pastorem vel compastorem illius civitatis vel loci, in quo alteruter ex contrahentibus domicilium habet, ideoque nonnisi coram illo vel alio sacerdote de illius licentia valide posse matrimonio copulari. Quoad secundum, matrimonium coram pastore vel Missionario Sallandiae fuisse nullum atque ideo

opportune postea revalidatum. In der weiter unten zu besprechenden causa Spoletana wird eine ganz singuläre Einrichtung in oppido Nursiae erwähnt, in qua finibus non sunt distinctae parochiae, sed ex certis familiis constant. Alicubi etiam nunc, schreibt Rigantius, adsunt paroeciae, quae non distinguuntur per domus materiales et per determinatos locorum fines, vocanturque gentilitiae et familias complectuntur, quae intra limites aliarum paroeciarum degunt, idque non obstante Tridentini sanctione servari posse, tradit Ursaya. Dieß ist auch der Fall bei der Militärseelsorge. Unter solchen Umständen, wenn nämlich eine Classe von Personen einem besonderen Pfarrer zugewiesen und vom gewöhnlichen Pfarrverbande eximirt ist, meint Dr. Schulte, man solle untersuchen, ob eine solche Einrichtung vom Bischofe genehmigt ist oder nicht. Ist ersteres der Fall, so können vor einem solchen Pfarrer die betreffenden Personen giltige Ehen schließen, im zweiten Falle nicht.

2) Das Zweite, was Sanchez als unbezweifelt voraussetzt, ist, sufficere parochum alterius contrahentium, saltem si sit parochus illius contrahentis, in cujus parochia celebratur, ut si in parochia sponsi, parochum ipsius sponsi et si in parochia sponsae, parochum sponsae. Nam quamvis quoad reliqua Sacramenta parochus alterius contrahentis non sit utriusque parochus, quantum ad matrimonium parochus alterius est parochus utriusque ratione connexionis, eo quod matrimonium nonnisi inter duos consistere potest. Cum enim matrimonium contractus individuus sit, et ita ab uno sine altero iniri nequeat, eo ipso, quod quis est parochus ad conjungendum unum, per necessariam connexionem erit ad utrumque; cum proprio parocho committatur, suum parochianum matrimonio conjugere, censetur etiam commissum, alienum cum suo conjungere, cum haec necessario connexa sint. Es genügt demnach die Gegenwart des Pfarrers des Bräutigams oder der Braut bei der Eheschließung, je nachdem die Ehe in dem Bezirke des einen oder des anderen geschlossen wird (in wiefern bei Militärpersonen von dieser Regel eine Ausnahme stattfindet, werden wir weiter unten sehen). S. Congregatio, so erzählt der Cardinal Prosper Lambertini in seiner 33. Unterweisung anno 1573, hoc decretum edidit: »Cum Concilium Tridentinum inter caetera praecipiat, matrimonia esse contrahenda praesente parocho vel sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia, quaeritur: quid si contrahentes sint diversarum parochiarum, utriusque parochi praesentia requiritur, sponsine an sponsae, an vero utriusque, an etiam alterius parochi consensus accedere debeat? Sacra Congregatio censuit, ad validitatem matrimonii sufficere praesentiam solius parochi proprii sponsae, quando matrimonium in parochia sponsae contrahitur, similiter sufficere praesentiam solius parochi sponsi, si modo matrimonium contrahitur in parochia ipsius sponsi.« Idem censuit S. C. C. in Tornacen. mense Januar. 1590. Hieher gehört auch die Resolution der S. C. C. in Aquilana. 16. Februarii 1595. »Proposito dubio, an validum censeri debeat matrimonium celebratum in parochia mulieris coram sacerdote habente licentiam a parocho (viri), et praesertim cum parochiae viri et mulieris sint in diversis dioecesibus constitutae, omnes fuerunt ejus sententiae, ut matrimonium celebratum coram sacerdote de licentia parochi viri in paro-

chia mulieris, etiamsi in diversis dioecesibus ipsae parochiae constitutae sint, valeat.« Daher erklärt auch die Eichstädter Pastoral-Instruction: Si de validitate matrimonii agatur, nil refert, utrum parochus, coram quo matrimonium celebratur, aut sponsi aut sponsae sit proprius; coram utriusque enim parocho proprio Concilium Tridentinum valide matrimonium celebrari definit (S. C. C., die 15. Decemb. 1574). Siehe auch §. 258 den Fall, wenn Jemand zwei Wohnsitze hat. Si alteruter ex contrahentibus duo domicilia in diversis parochiis habeat, cum sc. aequaliter, moraliter tamen, non arithmetice in utroque degat, sufficere praesentiam parochi, sub cujus jurisdictione degit, quando nubit (Giraldi).

Uebrigens besteht hinsichtlich dessen fast allerwärts die Observanz, daß, wenn Braut und Bräutigam nicht dieselben Pfarrer haben, der Pfarrer der Braut die Erklärung der Einwilligung in die Ehe entgegen nehme, was jedoch unbeschadet der Giltigkeit der Ehe ungeachtet einer solchen Observanz auch durch den Pfarrer des Bräutigams geschehen kann (vergl. unten die causa Spoletana vom Jahre 1733). Auch die Provinzial-Synode von Rheims vom J. 1849 erklärt: Si sponsi non sint ejusdem parochiae, decet quidem, ut celebretur matrimonium in parochia mulieris, nihilominus ea de re nullatenus inquietandi sunt a parochis. Im Laufe der Zeit ist die erwähnte Observanz fast allgemein zur Anerkennung gekommen. So verfügt z. B. das Olmützer Rituale: Si vir et mulier parochiae sint diversae, copulatio pertinet ad parochiam mulieris, licet juxta Concilium Tridentinum etiam parochus viri jus copulandi habet, ut tollantur jurgia inter ipsos. In Betreff Belgiens berichtet ein neuerer Canonist, quod usus passim obtinuit, ut copulatio fiat coram parocho sponsae, quod etiam honestius est, idque in dioecesi Buscoducensi observandum statuit Steyaertius, ejusdem Vicarius Apostolicus in Exegesi ad Synodos Buscoduc. tit. 10. n. 25: »nisi, inquit, parochus sponsae consentiat vel sint rationes per Nos approbandae.« Die von dem heiligen Stuhle approbirten Statuten der Diöcese Lüttich vom Jahre 1851 verordnen (jedoch unbeschadet der Giltigkeit der Ehe): Perantiqua illa et communiter recepta consuetudo, ut nimirum copulatio in parochia sponsae fiat, etiamnum in posterum serventur. Und an einem anderen Orte: Decentiae causa, dum contrahentes sunt diversae parochiae, parochus sponsae ad solemnisationem matrimonii procedat. Auch in dem Wiener Rituale heißt es: Praxis nunc obtinuit, ut in parochia sponsae matrimonium celebretur (cum non mulieres viros, sed viri mulieres debeant requirere; hoc tamen ad validitatem non refert, sed uterque parochus valide assistit, ut declaravit S. C. C. die 16. Februarii 1595). Und in den Statuten der Diöcese Siebenbürgen vom Jahre 1822: Benedictio sponsorum (es ist hiemit die Eheschließung gemeint) instituatur, si diversarum parochiarum sponsi sint, per parochum sponsae, qui etiam defixum stolare stipendium accipiat, parocho sponsi sola pro promulgationibus et testimonio super libertate, dimissione, debita praeparatione sponsi competenti remuneratione.

Ueber die hierwegen in einigen Diöcesen Deutschlands bestehenden bischöflichen Anordnungen vergl. §. 204, bezüglich deren Dr. Schulte bemerkt: In manchen Gegenden pflegt die Trauung gewohnheitsmäßig oder zufolge besonderer Vor-

schriften von dem Pfarrer der Braut oder des Bräutigams zu geschehen, und für den Fall, als der andere trauen soll, muß der competente Dimissorialien ausstellen. Traut aber auch der nicht competente in solchem Falle, so schadet das der Giltigkeit der Ehe nicht, weil durch das Tridentinum jeder der beiden berechtigt ist, und jener Schein eigentlich nur ein Ledigschein ist. Im Falle einer Delegation können daher beide giltig delegiren. Jene Competenz ist nur mit Rücksicht auf die Stolagebühren und den Umstand, daß der Pfarrer der Braut regelmäßig die Trauung vornimmt, festgesetzt, weßhalb die Gebühren jedenfalls zu entrichten sind, nie aber der s. g. Entlaßschein, wenn jene gezahlt sind, verweigert werden darf. In dieser Richtung erklärt die Eichstädter Pastoral-Instruction: Quoniam usu jam inductum esse comperimus, ut sponsi eum maxime parochum matrimonii celebrandi causa adeant, in cujus parochia post contractum matrimonium habitare et domicilium figere intendunt: Nos ad aemulationes praecavendas et lites removendas huic soli parocho ejusmodi jus tribuimus, ita, ut inter plures parochos proprios illi soli liceat matrimoniis assistere, in cujus parochia sponsorum alter vel uterque jam ante matrimonium habitare incoepit, eoque contracto in posterum habitare intendit. Quare si sponsi coram alio, quam hoc parocho, matrimonio jungi cupiant, poterunt id quidem, nec parocho illud prohiberi fas erit, sed id, quod pro matrimoniis contrahendis parocho assistenti solvi consuetum est, huic etiam parocho solvere debebunt. Dimissionalibus vero ipsius litteris tunc tantummodo indigerent, si coram parocho aut sacerdote matrimonium contrahere optarent, qui nec proprius alterutrius parochus est, nec a proprio eorum parocho assistendi licentiam obtinuit (vergl. §. 258).

An den sub 2 besprochenen canonischen Grundsatz reiht Sanchez die Lösung folgender Zweifel: a) An validum sit matrimonium, cui proprius parochus unius contrahentis assistit in parochia alterius sibi non subditi, ut si parochus Petri contrahentis cum Maria assistat in parochia Mariae, cujus non est parochus? Tenendum prorsus est, sufficere proprium alterius contrahentis parochum, etiamsi in parochia alterius sibi non subditi matrimonium celebretur. Nam Concilium Tridentinum solam petit parochi proprii praesentiam, qui jurisdictionem voluntariam, qualis est haec, non amittit parochiae fines egrediens. Assistere matrimonio reducitur ad jurisdictionem voluntariam (Vergl. unten die Bemerkung des Secretärs der S. C. C. in causa Spoletana vom 31. Juli 1751, welche dahin lautet, quod parochus in matrimonium nullam exercet jurisdictionem.). b) An si parochus utriusque contrahentis vel alterius in neutrius parochia, sed in prorsus aliena aut in aliena dioecesi matrimonio intersit, valeat? Sufficit ad valorem matrimonii praesentia parochi alterius contrahentis, quamvis in neutrius parochia nec dioecesi matrimonium celebretur. Nam interesse parochum matrimonio vel est actus jurisdictionis voluntariae et, cum exercetur in solos volentes, nec causae cognitionem postulat, potest valide extra territorium exerceri, vel non est actus jurisdictionis, sed tantum desideratur illa praesentia ad auctoritatem matrimonio praestandam; sed hanc praestare potest extra propriam parochiam, cum vere persona publica et parochus sit, ergo po-

test ibi matrimonio assistere. Potissimus Tridentini finis petentis assistentiam parochi fuit, ut clandestinitas vitetur, Ecclesiaeque constaret matrimonium, qui finis sufficienter obtinetur parocho ubicumque assistente matrimonio. c) An parochus proprius assistens matrimonio extra parochiam absque licentia Ordinarii vel parochi loci, in quo matrimonium celebratur, peccet et puniendus sit? Probabilius est, nullo modo peccare cessante scandalo, nec puniendum esse. Nullo enim jure interdictum invenio parocho assistere matrimonio extra propriam parochiam, nec parochus alienus jure offendi ex hoc potest, cum id non pertineat ad jurisdictionem contentiosam. Jurisdictio voluntaria exercetur licite tamquam a persona publica extra proprium territorium. Uebrigens dürfte aus der Verfügung des Conciliums von Trient (Sess. 6. de reform. cap. 5), welches dem Bischofe die Spendung der heiligen Weihen an seinen Diöcesan in einer fremden Diöcese ohne Erlaubniß des betreffenden Diöcesan-Bischofs untersagt (quia est actus cum quodam quasi strepitu) folgen, quod matrimonium in aliena dioecesi absque licentia Episcopi ejusdem dioecesis privat e celebrari potest. Bei Gury (compend. theolog. moral fascic. 2. n. 1592) heißt es: Ubique parochus matrimonio valide assistere potest, etiam extra parochiam. Non tamen potest licite assistere, seclusa gravi causa, nisi a) in Ecclesia sua parochiali; b) in alia Ecclesia parochiali de consensu parochi loci illius; c) in Capellis vel Oratoriis privatis de licentia Episcopi, in cujus ditione situs est locus.

Es bleibt uns noch anzudeuten, was zu geschehen habe, wenn sich zwei katholische Personen mit einander vermählen, die einem verschiedenen Ritus angehören. Papst Clemens VIII. erließ hierwegen unter dem 31. August 1595 die nachstehende Anordnung: Maritus latinus uxoris graecae ritum non sequatur. Latina uxor non sequatur ritum mariti graeci. Graeca vero uxor sequatur ritum mariti latini. Quodsi id fieri non possit, quisque conjugum in suo ritu, catholico tamen, manere permittatur. Proles sequatur patris ritum, nisi praevaluerit mater latina. Diese Bestimmungen vervollständigte Benedict XIV. in dem apostolischen Erlasse »Etsi pastoralis« vom 26. Mai 1742, quoad Italo-Graecos in nachstehender Weise: Maritus latinus uxoris graecae ritum non sequatur. Latina uxor non sequatur ritum mariti graeci. Graecus maritus potest, si velit, ritum uxoris latinae sequi; item graeca uxor potest, si velit, sequi ritum mariti latini, post cujus obitum ad ritum graecum redire nequeat. Quodsi nolint, unicuique conjugum in suo ritu, catholico tamen, manere permittatur. Matrimonium inter maritum latinum et graecam mulierem latine coram parocho latino contrahatur; inter maritum vero graecum et mulierem latinam potest contrahi vel graece coram parocho graeco duobus vel tribus testibus praesentibus vel latine coram latino, ubicumque maritus graecus voluerit. Ejus autem loci ac ritus parochus debet assistere, ubi et quo ritu matrimonium contrahitur. Zu bemerken kömmt noch die Erklärung der S. C. C. in Chien. matrim. vom 14. November 1693: Matrimonium contractum a graeca cum latino catholico coram sacerdote graeco non parocho non sustinetur. In den Statuten der Diöcese Siebenbürgen vom Jahre 1822 sind in Betreff dieses Gegenstandes folgende Anordnungen enthalten: Quoad ineunda matrimonia conjugalemque desponsationem

disparis ritus hominum observetur cynosura in Regno Hungariae Epicoporum utriusque ritus consensu stabilita et jussu Regiae Majestatis per Consilium Regium Locumtenentiale 4. Octobris 1814 publicata, sc.: Copulatio pertinet ad proprium parochum sponsae. Parochus sponsae matrimonio benedictionem non impertiatur, donec scriptum testimonium a parocho sponsi acceperit super dimissione et omnibus, quae praemitti debent, adimpletis; — occasione hac sponsi peculiariter instruantur, neutri partium licitum esse, Ritum suum mutare aut ad mutandum Ritum compartem allicere vel plane cogere aut ab exercitio Ritus quoquo modo impedire; — pro functione benedictionis matrimonialis constitutam stolarem remunerationem tollit parochus sponsae; — in posterum vero quisque parocho sui Ritus annue praestabit, quod lege vel consuetudine debet. Hinsichtlich der Verkündigung und der Aufgebotdispens vergl. §. 207 und §. 214.

Hieher gehört die bei der S. C. C. verhandelte causa Cassanen. matrimonii et nullitatis censurarum, die 26. Aprilis 1749. Constitutioni Benedicti XIV. lata anno 1742 »Etsi pastoralis« sancitur, »ut matrimonium inter maritum latinum et graecam mulierem coram parocho latino contrahatur.« Hac Constitutione ductus Episcopus Cassanensis nullum et invalidum declaravit matrimonium inter Xaverium Gangale Terrae Firmi, quem Episcopus e graeco ad latinum ritum transiisse asserit, et graecam puellam Lauretam Stratico Terrae Longri contractum praeviis denunciationibus coram parocho graeco puellae, eosque etiam ecclesiasticis censuris devinxit, quod parere noluerint Episcopo separationem praecipienti. Confugit ad hoc Sacrum Tribunal Xaverius et auditus, ut fieri solet, Episcopus rem omnem ita narrat. Ut lites et controversiae inter graecum Archipresbyterum Terrae Firmi et sacerdotem latinum ibidem praepositum, ut Sacramenta ministraret Latinis, finem aliquando haberent, graecum Archipresbyterum petiisse ab Episcopo, ut filio suo Xaverio veniam daret transeundi e graeco ritu ad latinum; ita enim potuisset filius ad sacros Ordines promotus Archipresbyteratum obtinere, rituque latino ministrare. Annuit precibus Episcopus, certior tamen prius factus ab ipso Xaverio de hac sua voluntate, eumdemque inde in Album retulit eorum, qui ecclesiasticis Ordinibus operam dare cupiunt, dataque eidem facultate, ut incederet in habitu et Tonsura clericali, ea tamen lege, ut Ecclesiae et latino sacerdoti latino ritu serviret. Hac venia impetrata, Xaverium servasse semper latinum ritum, cum in oppido Saracenae, ubi nullus est graeci ritus sacerdos, tum in civitate Neapolis, quo in loco studiorum causa secesserat. Firmum tandem reversum Xaverium sponsalia contraxisse cum graeca puella oppidi Longri et cum matrimonium contrahere vellet, veniam impetrasse a Curia Episcopali, ut fierent denunciationes. Haec ut rescivit Episcopus, monuisse Archipresbyterum patrem et Xaverium filium de matrimonio coram latino Oeconomo contrahendo. Cum ipsi id aegre ferrent, suasisse, ut, quam ipse dare non poterat, veniam regressus ad graecum ritum impetrarent a Summo Pontifice. Negatam vero hanc veniam fuisse ipsum Episcopum accepisse ex litteris, quas habuit a S. Congregatione Universalis Inquisitionis et quas Archipresbytero patri filioque Xaverio monstravit; his tamen omnibus spretis, Xaverium repente in oppidum Longri concessisse et coram

graeco parocho canonicas horas in choro persolvente, puella etiam adventa, solemnia matrimonii verba pronunciasse. Ita Episcopus.

Contra Xaverius minus vere haec ab Episcopo narrari ait, eumque ex facto et ex jure a veri specie recedere contendit; negat enim, petiisse umquam ab Episcopo veniam transeundi ad ritum latinum, et si verbum ullum inter Episcopum et Archipresbyterum patrem hac de re factum fuerit, id factum dicit se ignorante et invito, qui patrios et a majoribus suis semper servatos ritus retinuit constantissime tum in oppido Saracenae, cum in civitate Neapolis, ut testibus viris religiosis et parocho probat. Rescripto Curiae Episcopalis mandatum fuisse, ut denunciationes ab Archipresbyteris graecis Firmi et Longri fierent juxta decretum Tridentini, unde apertissime probari dicit, se a graeco ad latinum ritum numquam transiisse, alias non graeco Archipresbytero Firmi, sed latino Oeconomo datum fuisset munus denunciationum a Curia Episcopali; nullum ab Episcopo edi monumentum hujus veniae ab eo indultae transeundi a graeco ad ritum latinum; nullum dedisse mandatum, ut preces offerrentur Summo Pontifici, quibus postularetur regressus ad graecum ritum, sed, eo ignorante, oblatas fuisse ex mandato Vicarii generalis, ut morem gereret Episcopo. Haec Xaverius ex facto. Ex jure vero disputat, errare Episcopum, dum censuit, Constitutione Benedicti XIV. nullum declarari matrimonium contractum inter maritum latinum et mulierem graecam coram parocho graeco, quia Pontifex providentissima lege controversias tollere voluit inter parochos graecos latinosque et ideo modum indixit, quo tollerentur; at cum non derogaverit decreto Tridentini, cum non apposuerit specifice legem irritantem matrimonium aliter contractum, sequitur, ut matrimonium contra formam Pontificiae legis initum illicitum quidem dici possit, at firmum validumque sit, non, ut Episcopus censuit, nullum et invalidum. Hinc itaque pergit Xaverius, nullas et injustas censuras, cum validum fuerit matrimonium, nullas, cum relaxatae fuerint sine citatione personali. Haec Xaverius. Quaeritur: 1) an constet de validitate matrimonii in casu etc.? et quatenus affirmative 2) an censurae sustineantur in casu etc.? S. Congreg. Conc. respondit ad 1) affirmative facto verbo cum Sanctissimo. Ad 2) Dilata et tranportentur acta et interim pro absolutione cum reincidentia ad tres menses.

§. 255. Einfluß der Mängel und Gebrechen des Pfarrers auf die giltige oder erlaubte Eheschließung.

Es können in der Person dessen, der Pfarrer ist, mannigfache Mängel und Gebrechen eintreten, und einen Einfluß auf die giltige oder erlaubte Eheschließung üben. Im Allgemeinen lehrt die Eichstädter Pastoral-Instruction: Nec obstat (validitati matrimonii), si parochus nondum sit sacerdos (S. C. C. 29. Martii 1653), vel titulum habeat nonnisi coloratum, modo ne sit aperte intrusus, nec si irregularitate, suspensione, interdicto vel excommunicatione innodatus, modo actualiter nondum sit depositus (S. C. C. 12. Martii 1593; 31. Julii 1627). Und

Giraldi: Validum est matrimonium contractum coram parocho proprio, licet, juxta communiorem sententiam, aut non sit sacerdos, aut sit suspensus, aut excommunicatus, etiam non toleratus, cum censurae non tollant titulum parochiae, aut pariter, si ei interdictum sit ab Ordinario, aut item si sit vitae criminosae vel cum occulto defectu tituli, dummodo ex errore communi habeatur pro parocho. Et notandum, quod, non obstantibus his defectibus, potest ex eadem ratione loco sui deputare alium sacerdotem sive saecularem sive regularem ad assistendum matrimonio, etiam extra fines suae parochiae, imo et dioecesis, cum haec assistentia non sit actus jurisdictionis contentiosae, absque tamen consuetis solennitatibus, quae adhiberi non possent sine licentia illius parochi, in cujus parochia assistentiam praeberet, cum tunc exerceret jurisdictionem in alieno territorio. Nach Lage der canonischen Gesetze ist der Fall denkbar, daß Jemand Pfarrer ist, aber bis nun die P r i e s t e r w e i h e n i c h t e r h a l t e n hat (cap. licet canon. et cap. cum ex eo, de elect. in 6). Es frägt sich nun, utrum desideretur ad matrimonii valorem, parochum illi assistentem esse sacerdotem? Sanchez antwortet (lib. 3. disp. 20): Sententia multo probabilior ait, non desiderari, ut parochus sacerdos sit; Tridentinum non restrinxit, ut parochus sacerdos sit, prout fecit in alio de licentia parochi assistente matrimonio, idque convenientissima ratione; nam cum exigat testimonium fide dignum, dignitas parochialis beneficii efficit, ut jure optimo sit parocho fides adhibenda, quae dignitas, cum non-parocho deficiat, eam suppleri sacerdotali dignitate Concilium voluit; ergo sufficit parochus non sacerdos. In re adeo gravi aperte pronunciasset Concilium, si in parocho qualitatem sacerdotalem desiderasset. Parochus non sacerdos exercere potest omnia, quae a potestate Ordinis non dependent (cap. Suffraganeis, et cap. Transmissa, de elect.), sed interesse matrimonio non est actus Ordinis, sed jurisdictionis parochi. Concilium undecies parochum nominat in cap. 1. Sess. 24 de reform. matrim., quin qualitatis sacerdotalis mentionem faciat. Verumtamen parochus non sacerdos tamen abstinere debet ab assistentia matrimonio praestanda, quia opposita quoque sententia probabilis est, et agitur de valore Sacramenti; ex altera autem parte matrimonii validitas non periclitatur, quia cum hoc impedimentum, ne valeret matrimonium, sit ex solo Jure humano Concilii Tridentini, error probabilis, quo viri docti existimant, matrimonium assistente parocho non sacerdote valere, efficeret illud esse validum. Multo probabilius est, quod parochus non sacerdos (dato, quod ipse assistere non valeat) possit c o n c e d e r e l i c e n t i a m s a c e r d o t i, ut intersit matrimonio; nam durissimum est intelligere, Tridentinum velle parocho, qui, etsi non sacerdos sit, omnia jurisdictionis exercere potest, hoc unicum negare. Die S. C. C. hat unter dem 12. März 1583 erklärt, quod proprius parochus (prima tantum Tonsura initiatus) valide et licite assistit matrimonio aut licentiam assistendi dat infra annum, quo est sacerdotio initiandus, et etiam post annum saltem valide. Die Trauung ist ein Attribut des Pfarramtes, hängt aber mit dem Ordo nicht zusammen. Dieß folgt unmittelbar aus dem Tridentinum. Dem steht nicht entgegen, daß als Delegat nur ein Priester zugelassen wird. Der Pfarrer hat als solcher fidem publicam, außer ihm aber wer-

den wegen der Wichtigkeit der Ehe nur Priester für hinlänglich glaubhaft und verläßlich erachtet.

Auf die Frage, an matrimonium sit validum, cui assistit sacerdos ab Ordinario de Ecclesia parochiali provisus, ante ejusdem possessionem? antwortet Nicollis mit Beziehung auf die Resolution der S. C. C. in Tridentina matrimonii, die 2. Septembris 1673 bejahend; quamvis enim ante possessionis adeptionem videatur prohibita administratio, id tamen intelligitur, quoties alter in possessione reperitur, vel adest consuetudo, per quam improba censetur administratio ante installationem, secus vero, ubi deficit haec consuetudo, nec alter eo tempore jure proprio beneficium possidet aut agitur de beneficio collegiali, pro quo collegialiter seu capitulariter accipienda est possessio. Sobald einem Priester die pfarrliche Jurisdiction übertragen ist, erscheint er berechtiget, ad assistendum desponsationi puellarum sub ejus cura existentium; excitata est in eo facultas praebendi se testem auctorisabilem, quam exercere prohibetur, donec accedat permissio Ordinarii juxta decreta et instructiones S. Inquisitionis.

Eine weitere Schwierigkeit liegt in der Lösung der Frage, utrum parochus excommunicatus, suspensus vel irregularis vel cui interdicta est Sacramentorum administratio, possit valide assistere matrimonio vel alteri licentiam assistendi dare? Post Concilium Constantiense, so antwortet Sanchez (lib. 3. disp. 21), omnia gesta ab excommunicatis, suspensis vel irregularibus, dum denunciati non sunt vel notorii Clericorum percussores, valida sunt; secus autem si denunciati sint aut notorii Clericorum percussores (unde discrimen inter excommunicatos toleratos aut vitandos). Hoc supposito, quaeritur, a) utrum assistere matrimonio sit actus jurisdictionis et proinde, si parochus excommunicatus, suspensus vel irregularis, non toleratus assistat, sit invalidus ille actus et consequenter matrimonium? Non est, nam praesentia parochi requiritur in matrimonio, quasi auctoritatem praestans illi per potestatem, quam habet in subditos; sed auctoritatem praestare actui sua praesentia, non est actus jurisdictionis, ergo potest valide fieri ab excommunicato non tolerato. Excommunicatus, suspensus vel irregularis, dum parochia non privatur, manet in possessione et verus parochus est. Porro valide assistit matrimonio parochus invitus et habens contrariam intentionem; unde haec assistentia non est actus jurisdictionis; nonnulli appellant actum jurisdictionis voluntariae in oppositione ad contentiosam. Quaeritur, b) an concedere parochum assistendi matrimonio licentiam alteri sacerdoti sit actus jurisdictionis, et proinde si ea concedatur a parocho excommunicato, suspenso vel irregulari non tolerato, dum non rejicitur a beneficio parochiali, sit invalida et matrimonium contractum coram sacerdote praedictam licentiam habente irritum? Sententia probabilior ait, non esse actum jurisdictionis, ac proinde tam licentiam sic concessam, quam matrimonium valere. Nam concessio illius facultatis non est actus parochi formaliter, in quantum habet jurisdictionem, sed in quantum est testis legitimus matrimonii et simul habens facultatem substituendi ad eum actum testificandum; sed si aliquis haberet mandatum contrahendi nomine alterius, potestatemque

substituendi, illa substitutio est quidem actus potestatis substituendi, non tamen est actus jurisdictionis, ut constat, valideque ab excommunicato fieret, ergo valide concederetur ea licentia a parocho non tolerato. Quaeritur, c) an parochus administratione Sacramentorum interdictus valide intersit matrimonio? Affirmative, quia est vere parochus et retinet parochiae titulum.

Dieses gilt nach Sanchez, mag nun das Verbot ein allgemeines sein, ut quando parocho propter imperitiam datur vicarius vel coadjutor juxta dispositionem in cap. Illiterato, et cap. Nisi cum pridem, de renuntiat. et Tridentinum (Sess. 21. de reform. cap. 6) et similiter propter aliquod crimen, oder ein besonderes, von welchem letzteren §. 220 nachzulesen ist. Auch bei Ferraris heißt es: Parochus valide assistit, quamvis sit irregularis, suspensus, interdictus et excommunicatus etiam vitandus, dummodo possessionem beneficii adhuc retineat et non sit actualiter depositus, quia talis adhuc est et manet vere parochus. Ibi porro, so motivirt der Homo Apostolic. (tr. 18. n. 71) die Sache, non exercet jurisdictionem, sed tantum uti testis assistit. Licet assistente vitando non excusarentur a culpa gravi nec ipse nec sponsi, modo casus non accideret, quo gravissima causa urgeret, ut citius matrimonium contraheretur, et non suppeteret tempus Episcopum adeundi. Porro probabilius dicunt, parochum vitandum recte dare posse alteri sacerdoti licentiam assistendi; nam licentiam dare non est actus jurisdictionis, sed potestatis sibi a Concilio concessae, non uti parocho, sed uti testi cum facultate delegandi alium sacerdotem. Peccaret tamen graviter parochus, si assisteret, postquam ei ab Episcopo jurisdictio vetita sit, ut communiter dicunt DD. Si tamen parochus sit publicus haereticus, non assisteret valide, quia cum sit in eo casu privatus ipso jure beneficio parochiali (ex Constitut. Nicolai III.) desinit esse parochus. Matrimonium initum coram parocho haeretico, uti parochialis beneficii titulo ob haeresim destituto, minime sustineri tradunt Fagnan. et Cardin. Petra et resolvit S. Congregatio die 19. Maji 1572, »nullum esse matrimonium contractum coram parocho haeretico, si decretum Concilii cap. 1. de reform. matrim. publicatum fuerit in parochia et lapsi erant 30 dies a die primae publicationis.« Secus vero, quamvis parochus suspensionis vel excommunicationis censuram incurrisse noscatur, modo necdum per judicem tamquam vitandus speciatim ac publice sit denunciatus, nec alio modo communicatio cum ipso in divinis sit prohibita; tunc enim fideles possunt valide et licite matrimonium coram eo contrahere; manet enim parochus proprius, neque in sacris vitari debet juxta cap. Ad evitanda. Parochus per se vel per sacerdotem a se delegatum valide matrimonio assistit, licet ab Episcopo, etiam sub poena nullitatis, ipsi interdictum foret, ne eidem assistat, nisi praeviae quaedam conditiones sint observatae, v. g. nisi debitae praecesserint proclamationes. Parochus enim proprio jure juxta Concilium Tridentinum matrimonio assistit, neque in potestate Episcopi est, novum statuere impedimentum dirimens, quod a solo Summo Pontifice potest induci, unde prohibitio Episcopi solum operatur, ne parochus licite, non itidem, ne valide assistat. In eo decreto, so motivirt Benedict XIV.

(de Synod. dioeces. lib. 13. disp. 23) die §. 220 erwähnte Entscheidung der S. Congregatio Concilii, quo dubiis Giennensis Episcopi satisfecit, inter alia statuitur validum esse matrimonium, quod fuerit initum coram parocho vel coram parochi Vicario, etiamsi illis ab Episcopo interdictum fuerit. Super quo nulla sane videtur excitari posse gravioris momenti difficultas. Cum enim ea non sit Episcopi auctoritas, ut possit inducere impedimentum dirimens, quod non est, aut aliquod matrimonium, quod ex canonum praescripto nullum irritumque non sit, nullum irritumque statuere: illicitum quidem erit matrimonium, quod celebratur coram eo, cui Episcopus hujusmodi celebrationi adesse vetuerit, graviter etiam peccabit is, qui spreta Superioris prohibitione eidem assistentiam praebebit; at nulla ratione dici poterit matrimonium ipsum nullitatis vitio subjacere. In Betreff des Falles, in welchem ein Pfarrer dem Schisma verfallen sollte, vergl. 1. B. §. 59.

Wir kommen nun zu dem Falle, si matrimonium contractum fuit coram parocho, qui communiter talis aestimatur et parochiae possessionem habet, non tamen habet verum titulum; an stante errore communi matrimonium ejusmodi est validum (wenn Jemand im Besitze eines ihm von dem rechtmäßigen Obern verliehenen titulus coloratus wäre und irrthümlich in der allgemeinen Meinung als parochus proprius angesehen würde)? Sanchez antwortet (lib. 3. disp. 22): Si intrusus est absque titulo collato a legitimo Superiore, non valet matrimonium, quia in neutro foro valent gesta per illum; si autem titulum habuit a legitimo Superiore, invalidum tamen ob vitium occultum (v. g. ob simoniam), valet matrimonium, quia dum adest communis illa ignorantia, veram parochi in utroque foro jurisdictionem habet. Et hoc quidem verum est, quamvis contrahentibus notum sit, illum vero parochi titulo carere, quia etiam respectu scientium tituli nullitatem valent gesta, dum adest communis error. Si parochus, qui alteri licentiam assistendi matrimonium dedit, intrusus erat, licet intrusio esset communiter incognita, matrimonium est nullum, quia ille intrusus omni prorsus caret jurisdictione nec valide poterat assistere matrimonio; quare licentia illa non est concessa a legitimo Superiore. Valeret autem matrimonium, si parochus ille, concedens licentiam, haberet titulum praesumtum, invalidum tamen ob vitium occultum, quia talis parochus, dum tituli nullitas communiter latet, valide gerit omnia ad parochi munus spectantia. Hinc infertur, a) quamvis parochus eo ipso beneficium amiserit, ut quia intra annum non est ad sacerdotium promotus, vel aliud incompatibile beneficium adeptus est, si matrimonio assistat, vel alius sacerdos de ejus licentia, validum esse; nam quamvis ipso facto privatus titulo sit, at nondum possessione spoliatus est, et quamdiu illa non spoliatur, praesumitur habere justam retinendi causam (cap. Licet Episcopus in fin. de praeb. in 6) et idem esset dicendum, licet privatio tituli fuerit per sententiam hominis. Infertur b) decisio quaestionis conscientiae, de qua consultus sum. In oppido quodam adfuit parochus; Consilium oppidanum simplicem sacerdotem loco parochi substituit, qui biennio omnia parochi ministeria obivit, communi omnium opinione verus parochus existimatus. Dicendum est, Sacramenta confessionis et matrimonii, quae ad sui valorem jurisdictionem pa-

rochi desiderant, invalida fuisse et prorsus iteranda, quia defuit titulus in parocho illo praesumto collatus a legitimo Superiore ecclesiastico; Consilium enim oppidanum jurisdictionem ecclesiasticam conferre non potuit, in quo casu nihil profuit communis error; proles autem ex talibus matrimoniis praesumtis habita fuit legitima ob bonam parentum fidem (cap. ex tenore, qui filii). c) Si sint diversae opiniones, an aliquis sit legitimus minister matrimonii aut confessionis, vel licentia illi concessa sit legitima vel privilegium bullae revocatum sit vel extendatur ad illum casum, et opinio affirmans, non esse legitimum ministrum, aut licentiam non esse sufficientem, aut privilegium esse revocatum vel minime extendi ad illum casum, sit coram Deo vera: dum tamen veritas illa latet et probabili sapientum opinione reputatur probabilis opposita opinio, confessiones factae et matrimonia celebrata coram tali ministro vel virtute talis licentiae aut privilegii valent, quia est communis error titulusque praesumtus collatus a legitimo Superiore et defectum illum jurisdictionis ministri aut licentiae potest jus humanum supplere, in quo casu valida sunt gesta ratione communis erroris. Eben so lehrt auch Scavini: Ut valide assistat (vel facultatem assistendi tribuat) parochus, satis est, quod communiter habeatur uti verus parochus, seu quod titulum habeat coloratum, talem nempe, qui per se aptus quidem est ad parochiale beneficium conferendum, sed ob latens vitium, v. g. ob simoniam occultam illud non confert; id sane fidelium bonum expostulat, secus pluries de matrimonii validitate dubitaretur. Hinc quamvis graviter peccet parochus, valide tamen assistit, licet ab Episcopo prohibeatur, quia per hoc non desinit esse parochus, item licet nondum sacerdos, etsi sacerdos esse debeat, qui ab illo delegatur; item si sit irregularis, interdictus, suspensus, excommunicatus etiam vitandus; quia hae censurae non privant per se ipsa paroecia. Aliunde in hac re parochus non exercet aliquam jurisdictionem, sed assistit tantum ut testis qualificatus a Tridentino deputatus, ut de matrimonio possit, occurrente necessitate, testificari. Imo in probabiliori sententia potest ob eamdem rationem dare licentiam assistendi etiam alteri sacerdoti. Si tamen sit publicus haereticus non assisteret valide in loco, ubi Tridentinum promulgatum est, nam est privatus ipso jure beneficio parochiali, ideo desinit esse parochus. Item nec valide assisteret parochus intrusus, id est, sine ulla legitima Superioris auctoritate in parochia positus; fideles enim non possunt habere ut verum parochum, qui saltem apparentem non habet titulum.

In Betreff des parochus putativus bemerkt ein alter Canonist: Clarissima est Juris civilis dispositio de iis, quae per communem errorem fiunt. In leg. Barbarus 3. ff. de offic. Praet. statutum legimus: »Si servus, quamdiu latuit, dignitate praetoria functus sit, quid dicemus? An quae dixit, quae decrevit, nullius fore momenti? An fore propter utilitatem eorum, qui apud eum gerunt, vel lege, vel quo alio jure? Et verum puto, nihil eorum reprobari. Hoc enim humanius est.« Et gloss. in verb. reprobari haec addit: »Nota hic, quod circa factum error communis facit jus.« Haec autem, quae de Ordinario tantum dicta a nonnullis intelliguntur, etiam de delegato intelligenda esse monet Gratian. in cap. infamis. §. verumtamen C. 3. qu. 7: »Verumtamen

si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit, quamvis postea in servitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei judicatae firmitatem habet.« Idem quoque locum habet in rebus spiritualibus, quando tamen juri divino non repugnent. Hinc communis invaluit Canonistarum opinio, firmum esse, quidquid publici officii auctoritate gestum fuerit a Praelato sive Ordinario sive delegato, qui communi opinione auctoritatem habere existimabatur. Praecise vero ad rem, de qua agitur, validum erit matrimonium, cui parochus putativus adstiterit, sc. sacerdos, qui communi errore verus parochus haberetur, etsi talis revera non esset. Idque sua etiam auctoritate probavit Sac. Congregatio die 12. Martii 1592 (Barbosa). Hanc sententiam complures Canonistae trahi posse putant etiam ad casum, quo parochus putativus titulo colorato destituatur, ea moti ratione, quia diversimode averti non possent scandala et publici boni perturbationes, quarum causa factum est, ut gesta per judicem putativum suam obtineant firmitatem, quamdiu communis error non detegatur et excutiatur. Nihilominus probabilior aliis visa est opinio, quae titulum saltem coloratum requirit, quemadmodum deducitur ex textu superius exposito et ex cap. infamis, C. 3. qu. 7. (Fagnan.). Vergl. auch 1. B. §. 61 S. 475 sub 5.

Die bezüglich des parochus intrusus besprochenen Grundsätze kamen zu den Zeiten der französischen Revolution in Anwendung, indem die Bischöfe Frankreichs über die Giltigkeit der coram parocho intruso aut alio quovis schismatico sacerdote ministri religiosi vices agente geschlossenen Ehen bei dem heil. Stuhle anfragten. Die Antwort des heiligen Stuhles, die den französischen Bischöfen in der Instruction »Laudabilem« vom 26. Septemb 1791 zugemittelt wurde, haben wir im 1. B. §. 27 angeführt. Aus derselben folgern die Canonisten, quod matrimonium coram intruso contractum sit illicitum atque invalidum, quod porro fidelibus hac in re nihil agere liceat, quo ejusdem intrusi auctoritatem aliquomodo agnoscere viderentur. Horum ratio assignatur in eadem instructione, quod nempe cum intrusus profecto schismaticus sit, hoc esset in divinis cum schismatico communicare in ipso schismatis crimine, intrusumque pro legitimo parocho agnoscere et colere, »quod certe, inquit Pontifex, natura sua malum est, proindeque lege omni divina et naturali vetitum.« Notandum porro haec omnia locum habere, licet conjugati vel eorum proles defectu similis formalitatis effectibus seu beneficiis civilibus omnino carere aut etiam gravius quodlibet malum pati cogerentur, ut in eadem instructione de baptismi susceptione ab intruso, et postea matrimonio applicatur. Gleichen Inhaltes sind die responsa approbante Summo Pontifice data 22. Aprilis 1705 ad quaestiones 8. Martii a Congregatione pro negotiis Ecclesiae gallicanae specialiter deputata. Es heißt dort: Octava petitio concernit matrimonia celebrata praesente parocho intruso, dum praesentia proprii parochi vel alterius sacerdotis de parochi seu Ordinarii licentia haberi non poterat. Petitur, an matrimonia illa valida sint, an vero nulla? Respondetur. Talia matrimonia nulla sunt, neque validitas ipsis attribui potest vi notissimae declarationis Benedicti XIV. super matrimoniis Hollandiae, in qua declaravit, valida esse matrimonia contracta inter partem catholicam et aliam haereticam sine praesentia parochi, seu non servata forma Tridentini Concilii,

quandoquidem sepositis etiam aliis observationibus quibuscumque certum sit, Sedem Apostolicam praefatam declarationem ad Gallias non extendisse, quod tamen necessarium foret, ut validitas attribuatur praedictis matrimoniis, celebratis scilicet non servata forma praescripta a Concilio Tridentino, quoties praesentia proprii parochi aut alterius sacerdotis de parochi seu Ordinarii licentia haberi poterit. Quamvis autem nulla sint haec matrimonia, consultum tamen quam maxime erit, in casibus particularibus recurrere ad Sedem Apostolicam, expositis omnibus facti circumstantiis, quae tunc modo magis opportuno huic rei providebit.

Wir haben noch aus Monacelli (tom. 2. tit. 16.) über diese Angelegenheit beizufügen: Si parochi provisio nulla praetendatur ex defectu examinatorum synodalium, pro valido habendum est matrimonium (S. Cong. Concil. in Ceneten. 31. Julii 1627). Non tamen, si quis non est parochus, licet consuetudine tamquam talis reputetur, quia consuetudo non potest tollere incapacitatem personae inductam a lege, ut in specie de parocho Rota coram Coccin. decis. 1539 n. 29, et ideo non potest habilitare illum, qui non est parochus contrahentium, ad auctorizandum Sacramentum matrimonii (Sac. Congreg. Conc. die 31. Maji 1704).

In Betreff des parochus putativus findet sich bei der S. C. C. eine Verhandlung in causa Caesaraugustana matrimonii, die 10. Martii 1770, die also lautet. Statuerat nobilis vir Antonius Patino ex Marchionibus de Castellar matrimonium inire cum nobili puella Nicolasia Blasia. Praevidens autem consanguineos et ejus praesertim genitorem (proregem Aragonum), qui summa in civitate Caesaraugustana auctoritate pollebat, gravia interpposituros esse impedimenta, expediens duxit, consentiente puella, illud contrahere absque denunciationibus, sed istarum dispensatione constanter negata tum a Vicario generali, tum ab Archiepiscopo. Hinc per epistolam evocato die 16. Januarii 1763 in Nicolasiae domum sitam sub parochia S. Laurentii sacerdote Mathia Guillen, qui post obitum parochi illius Ecclesiae, veluti regens ac Vice-parochus tunc habebatur, eoque in interiores mansiones introducto, matrimonium coram ipso et duobus testibus per verba de praesenti contraxit. Post duos deinde menses vulgata hujus matrimonii fama, Procurator Fiscalis ad inquisitionem devenit actae rei, et vir jussu patris detrusus fuit in arcem sub arcta militum custodia, mulier autem in monasterium reclusa. Defuncto interim Archiepiscopo actisque causae completis, lata fuit die 1. Decembris 1764 ab Officiali et Judice Metropolitano sententia, qua matrimonium irritum fuit declaratum et Antonius vir a praestandis Nicolasiae alimentis et sumptibus litis absolutus remansit. Ab hac sententia provocavit Nicolasia ad S. Congregationem, cumque pendente appellatione obierint tum Antonius tum ejus pater Marchio de Castellar, ipsa nihilominus pro suo familiaeque suae decore causam prosecuta est, ad abstergendam omnem maculam, quae ex sententia judicis Metropolitani inuri potuerit.

Et ad primum quod attinet, satis constare dicit de validitate matrimonii initi per verba de praesenti coram duobus testibus et sacerdote Guillen, qui etsi verus parochus non esset, nihilominus tamquam Regens et Vice-parochus

Ecclesiae S. Laurentii ab omnibus habebatur. Sustinet autem ad effectum validitatis matrimonii aeque dici proprium contrahentium parochum, qui revera talis sit, ac ille, qui ex communi opinione etiam erronea pro parocho reputatur; cum in isto casu lex ipsa ad gravia incommoda evitanda defectum suppleat potestatis, etiamsi parochus putativus titulo colorato careret et quamvis esset intrusus. Nec dubitare posse asserit, quin tempore contracti matrimonii sacerdos Guillen habitus ab omnibus fuerit Regens parochialis Ecclesiae S. Laurentii, cum id jurejurando deposuerint 30 et ultra testes parochiani ex omni coetu atque ordine decerpti, qui plenissimam constituunt communis opinionis probationem (Rota); idque non solum contrahentes bona fide existimasse, sed ipsum quoque sacerdotem Guillen de se credidisse. Addit, communem hanc apud parochianos opinionem rationabili causae fuisse innixam, quia sc. ille omnia peragebat, quae a vero parocho fieri consueverunt. Ipse enim parochiales aedes solus incolebat, emolumenta parochiae percipiebat, Missam pro populo applicabat, elenchum parochianorum statumque animarum conficiebat, libros parochiales retinebat, Sacramenta ministrabat, parochianorum domos invisebat, easque superpelliceo indutus ac Stola aspergebat die Sabbati majoris hebdomadae. Praeterea pagellas pro adimplemento praecepti paschalis distribuebat, edicta Supremae Inquisitionis in Ecclesia publicabat et de publicatione syngrapham conscribebat. Monitoriales insuper pro contrahendis parochianorum matrimoniis populo legebat, testes de statu libero rogabat, atque assuetas attestationes exarabat, in quibus tamquam parochialis Ecclesiae Regentem sese subscribebat. Animadvertit autem, quod si orta atque vulgata fuit apud populum opinio, sacerdotem Guillen verum fuisse Regentem parochialis Ecclesiae, quia ea omnia peragebat, antequam dicta Ecclesia vacaret, potiori jure existimari potuisse, ad id munus fuisse destinatum post secutam illius Ecclesiae vacationem. Praesertim quia sacerdos Lezina, qui ab Archiepiscopo parochiae Regens fuerat electus, non solum nihil de iis agebat, quae ad parochum pertinent, sed imo actualis erat parochus Ecclesiae S. Joannis de Mozzarifar, nec non tria possidebat residentialia beneficia, et quod magis est, ipse etiam Regentis nomine sacerdotem Guillen appellabat. Ex his infert, parochianos ne suspicari quidem potuisse, alium, quam dictum Guillen, esse Regentem et multo minus officium illud sacerdoti Lezina fuisse concreditum.

Hanc autem communem opinionem destrui non posse ait, a 6 testibus in prima instantia conquisitis a Promotore Fiscalis Curiae Archiepiscopalis. Principio enim generatim respondet, ejusmodi testes posthabendos esse aliis numero pluribus, ex quibus communis opinio evalescere debet. Deinde de singulorum depositione examen aggrediens, observat, ex iis nonnullos, qui parochiani sunt, eorum dictum non coarctare ad tempus matrimonii vel ante illius celebrationem, sed loqui de tempore posteriori, cum referant functiones candelarum et ramorum, quae posteriores fuerunt matrimonio die 16. praecedentis Januarii contracto. Alios vero testes nec intra parochiae limites habitasse, nec de parochianorum opinione perhibuisse testimonium, sed relationem habuisse ad ea, quae aliqui Ecclesiae beneficiati existimaverunt. Ipsum vero sacerdotem

Lezina, qui inter hos testes recensetur, dissimulare nequivisse, se parochianis patefacere neglexisse suam deputationem, prorsusque ignorare, an ea revera omnibus perspecta fuerit. Sed etiamsi aliquibus ex parochianis nota esse potuerit electio sacerdotis Lezina, negat nihilominus, ex hoc exclusam remanere publicam et communem opinionem, quae semper verificatur, quoties major pars aliquid existimando conveniat (cap. Inquisit. 21 de accusat.; cap. litteris et cap. 3. de praesumpt.). Quod ipsum procedit, etiamsi non solum ille, qui tamquam parochum se gerit, sed etiam contrahentes scirent, eum revera parochum non esse, dummodo tamen veluti parochus communi opinione haberetur.

Demum advertit, sacerdotem Guillen, ipsomet annuente sacerdote Lezina, ipsoque consentiente Archiepiscopo constitutum in parochia fuisse vacationis tempore pro Sacramentorum administratione. Id autem desumi ex depositione tum Salvatoris Campos directoris Seminarii Archiepiscopalis, qui dictum sacerdotem Lezina in Regentem parochiae Archiepiscopo proposuit, tum etiam ipsius sacerdotis Guillen, qui se Regentem delegatum credidit. Addit hujusmodi delegationem minime negasse sacerdotem Lezina, quamvis de ea non recordari affirmaverit, sed satis deprehendi dicit ex testibus, qui ab illius ore id ipsum audierunt, et ex eo etiam, quod ipso vidente et consentiente sacerdos Guillen omnia parochialia munera exercebat. Infert proinde, praeter communem opinionem non defuisse in eodem Guillen titulum, cujus vigore facultatem habuerit assistendi matrimoniis, cum de caetero talis facultas in ipsa generali delegatione contineretur.

Posita itaque matrimonii validitate, sustinet praestanda sibi esse alimenta et sumtus litis. Exploratum in jure asserit, quod pendente judicio super validitate matrimonii, quando praesertim ratum sit et consummatum, subministranda per virum sint alimenta et sumptus litis uxori, quamvis ista esset penitus indotata. Nunc vero hujusmodi onus refundi in Raymundum Patino praedefuncti viri filium in primis nuptiis susceptum, utpote, quia patri ab intestato successit. Cumque res sit de viro ex praenobili ditissimaque familia, contendit idcirco alimenta non ex necessitate tantum esse dimetienda, sed pro modo dignitatis ac decoris juxta patrimonii vires et personarum qualitatem, quemadmodum occasione primi matrimonii viri pater filio ejusque uxori subministrare promiserat. Hisce omnibus adhaerens defensor ex officio matrimonii validitatem et ipse propugnat ex rationibus a defensoribus Nicolasiae deductis, reddens leviores etiam in praesenti casu sufficere probationes, cum non agatur de validitate matrimonii, ut compellantur contrahentes ad servandam communis vitae consuetudinem, sed de matrimonio per obitum viri jam dissoluto ad effectum tantum vel legitimandi prolem vel vindicandi contrahentium honorem.

Inquirendum est itaque, an ea fuerit parochianorum opinio de sacerdote Guillen, ut is veluti Regens putativus parochialis Ecclesiae S. Laurentii jure ac merito censeretur. Inquirendum praeterea, an praeter communem parochianorum opinionem adfuerit etiam in eodem sacerdote Guillen titulus aliquis vel verus vel saltem coloratus. Qua quidem in re plurimum confert sedulo expendere solennem declarationem ab eo emissam in exonerationem propriae con-

scientiae, nec non alteram Salvatoris Campo, qui quoad exercitium curae animarum, dum Ecclesia parochialis vacaret, mirifice cum sacerdotibus Lezina et Guillen cohaeret. Quaer. 1) an constet de validitate matrimonii in casu etc.? 2) an debeantur alimenta et sumptus litis in casu etc.? S. C. C. resp. ad utrumque affirmative.

§. 256. Andere kirchliche Personen, vor denen die Einwilligung in die Ehe giltig erklärt werden kann.

Nebst dem parochus proprius gibt es noch andere kirchliche Personen, welche berechtiget sind, die Einwilligung der Contrahenten in die Ehe behufs giltiger Eingehung derselben aufzunehmen. Das Concilium von Trient spricht de alio sacerdote, de ipsius parochi vel Episcopi licentia. Daraus folgern die Canonisten: 1) Papa (vel sacerdos ab ipso delegatus) valide assistit in toto orbe; est enim qua pastor universalis Ordinarius totius Ecclesiae. Diese Berechtigung vertheidigte Papst Leo XII. in dem unter dem 4. October 1828 an die Vorstände des Cantons Lucern in der Schweiz gerichteten Breve, welches also lautet: Invicta catholicorum Helvetiorum fides et constans eorumdem in nos et Apostolicam Sedem devotio facit, ut nullam, cum possumus, ipsis gratificandi occasionem praetermittere velimus. Profecto nemo catholicorum ignorat, totius Dominici gregis regendi curam fuisse Romano Pontifici divinitus demandatam, ipsius proinde auctoritatem ad omnem, qua late patet, Ecclesiam extendi. Evidens inde fit sacrum et inviolabile Romani Pontificis jus administrandi Sacramentum matrimonii iis etiam fidelibus, qui ab oris terrarum ultimis Romam se conferant. Quoniam vero ex hujusmodi matrimoniis, quae Romae ab Helvetiis quandoque celebrantur, gravia in privatam et publicam ipsorum rem damna derivari seme. atque iterum ad nos scripsisti, inque tuo et foederatarum Helvetiae rerumpublicarum nomine a nobis postulasti, ut hujusmodi damnorum occasionem removere nobis placeat: nos ad praecavenda haec damna, praecipuamque nostram erga vos benevolentiam una demonstrandam, Helvetios, qui praescriptis documentis destituti Urbem petant, matrimonio posthac jungi generatim vetavimus. Generatim, inquimus; fieri enim aliquando potest, etsi raro admodum id accidat, ut inhibere sine piaculo non possimus, quin matrimonium ineant, qui ab ejus adeptione repulsi turpissimis vitiis non sine publica offensione sordescere, et quod ipsis imminet aeternae salutis amittendae periculum in dies augere pergerent. Tristissimis ejusmodi casibus, etsi, uti jam diximus, minime obviis providendum tamen a nobis est, qui districtam pro animabus nostrae curae commissis rationem supremo Judici reddituri sumus. Si quando igitur matrimonium aliquod tales ob causas retardari nullo modo poterit, mandavimus dilecto filio nostro Cardinali Urbis Vicario, ut illius maxima cum prudentia administrandi curam unus suscipiat. Non dubitamus, quin nostra haec agendi ratio Tibi et Helvetiis universim magistratibus se probatura sit, quos enixe precamur, ne novos Sacramento matrimonii compedes injiciant, ipsius e contrario liber-

tatem, quantum fas est, tueantur et promoveant. Ingens enim corruptio morum inficere solet non eos quidem, qui sponte se matrimonio abstinent, sed illos qui ab eodem se abstinere compelluntur. Corruptis autem moribus non privatas modo, sed publicas etiam fortunas labefactari ac tandem everti satis exploratum est. 2) Possunt etiam Cardinales in Ecclesiis sui tituli, quia habent jurisdictionem quasi-episcopalem (cap. his, quae, de majorit. vergl. die Geschichte der Trennung der Ehe zwischen Kaiser Napoleon I. und der Kaiserin Josephine). 3) Possunt id ipsum Legati a latere in provincia suae legationis, quia sunt Ordinarii in illa (cap. 2. de offic. legat. in 6). 4) Potest Archiepiscopus in sua dioecesi et similiter Episcopus in sua assistere matrimonio et alii licentiam assistendi dare, quia sunt Ordinarii et parocho superiores. Episcopus vel per se vel per alium sacerdotem a se deputandum valide assistit matrimonio per totam dioecesim, etiam invitis parochis. Est enim proprius in tota dioecesi sacerdos, cujus etiam sola licentia sufficit juxta Tridentinum decretum, ut alter quicumque sacerdos matrimoniis valide assistat, nuptialemque benedictionem conjugibus impertiatur. Sed non potest Archiepiscopus assistere matrimonio subditorum Episcopi Suffraganei, quia non est Ordinarius ipsorum, nec habet jurisdictionem, nisi in causis per appellationem devolutis ad ipsum et in aliis casibus singularibus. Hinc infertur, Episcopo nolente aliquos matrimonio conjungere, causaque per appellationem delata ad Archiepiscopum, posse eum causa cognita dare licentiam cuicumque sacerdoti assistendi matrimonio, vel ipsummet interesse, quia negligente Episcopo jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum et quia habet jurisdictionem causa per appellationem ad ipsum devoluta. Intellige quando licentia Archiepiscopi transiisset in rem judicatam, quia pars adversa consentit vel transactum est decendium, in quo attento Jure canonico (cap. concertationi, et cap. non solum, de appellat. in 6, cap. cum dilectus, fin. de elect., cap. significaverunt, de testib.) poterat appellare. Si enim non transivit in rem judicatam, nequit Archiepiscopus valide interesse vel dare licentiam assistendi matrimonio, quando secundum jus appellationi erat locus; quia sua sententia effectum non sortitur, nec jurisdictionem dare potest, donec transeat in rem judicatam; pendente enim appellationis termino nihil valet, quidquid judex appellationis agit. Aliud tamen dicendum esset de Episcopo vel Archiepiscopo in sua dioecesi; si enim aliquos lite mota vellet matrimonio conjungere aut alter sacerdos de ejus licentia, valeret matrimonium, quia est pastor ordinarius et nec assistere nec dare licentiam assistendi matrimonio sit actus jurisdictionis: valebit matrimonium. Archiepiscopus vero in dioecesi Suffraganei nulla ratione est Ordinarius, sed tantum sortitur jurisdictionem ob appellationem, atque ita debet esse jurisdictio juxta sententiam, quae est, ut nihil prorsus operetur, donec transeat in rem judicatam. Praeter parochum, schreibt Scavini, matrimonio valide assistit Episcopus; sane ipse potest alium sacerdotem delegare, ergo poterit et ipse id (etiam dissentiente proprio sponsorum parocho) agere per se; nam nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur (reg. 79. jur. in 6). Archiepiscopi in dioecesi Suffraganeorum tempore visitationis et appellationis valide matrimonio assistunt; nam isti in

jurisdictione sunt. Und Dr. Knopp erläutert die Sache also: Auch ohne die specielle Bestimmung des Concils hätte bezüglich des Bischofs keinerlei Zweifel obwalten können, indem der Ordinarius, sowohl nach dem innersten Gehalte seines kirchlichen Amtes, als auch nach ausdrücklichen positiven Bestimmungen parochus proprius der ganzen Diöcese ist. Es kann schon nach seinem Grunde dieses Recht des Ordinarius, alle Ehen seiner Diöcesanen vor sich oder vor einem von ihm dazu committirten anderen Priester, selbst ohne Wissen und gegen den ausgesprochenen Willen des Pfarrers der Contrahenten abschließen zu lassen, de jure keinerlei Beschränkung unterliegen; aber die nothwendige Rücksichtnahme auf das die seelsorgliche Wirksamkeit bedingende Ansehen des Pfarrers, welches bei häufiger unmittelbarer Concurrenz des Ordinarius bei Eheschließungen nothwendig aufs tiefste erschüttert würde, wird de facto die Ausübung dieses Rechtes nur sehr selten und aus den wichtigsten Gründen zuläßig erscheinen lassen. Solche Gründe wären der Umstand, daß die Contrahenten in der Pfarre allgemein für verehlicht gehalten werden, daß der Pfarrer als parteiisch erscheint bei zwei sich feindseligen Familien, deren Versöhnung durch die Heirath ermittelt werden soll, daß ein Verlust der Ehre zu besorgen steht, wenn die Contrahenten vor ihrem Pfarrer den Consens in die Ehe erklären müßten u. dgl. Wie bei verschiedenen Domicilien die beiderseitigen Pfarrer, so sind auch, wenn die Contrahenten in verschiedenen Diöcesen wohnen, beide Bischöfe competent. Der Erzbischof besitzt nur die jurisdictio ordinaria episcopalis über seine eigenen Diöcesanen, und es kann derselbe daher nicht als Ordinarius zur giltigen Eheschließung zwischen Diöcesanen seiner Suffraganbischöfe betrachtet werden. Eine Ausnahme hievon tritt jedoch ein, wenn er in seiner Eigenschaft als höherer kirchlicher Richter auf Schließung einer Ehe zwischen Diöcesanen der Suffraganbischöfe erkennt (wenn z. B. gegen ein Mandat des Bischofs appellirt wird, welches die Eingehung einer Ehe verbietet).

Als Ordinarius wird auch der General-Vicar des Bischofs angesehen, quia habet jurisdictionem ordinariam (gerit vices Ordinarii constituentis in eodem loco et tribunali, in quo consuevit ipse Ordinarius jus dicere, ergo locum tenet Ordinarii, habens ab eo jurisdictionem commissam); nam jurisdictio concessa a lege vel canone est ordinaria; quamvis Episcopus constituat Vicarium generalem, non tamen ei confert jurisdictionem, quam habet, sed a canone eidem tribuitur (cap. 2. de offic. Vicar. in 6). A delegato appellatur ad delegantem (cap. Super quaest. §. Porro de offic. deleg); sed a Vicario generali Episcopi non appellatur ad Episcopum, in iis nempe, in quibus est Ordinarius, et non delegatus Episcopi (cap. Romana, de appellat. in 6. et cap. 2. de consuetud. in 6.), ergo est Ordinarius, alias appellaretur ad Episcopum delegantem. Eadem est jurisdictio Episcopi et Vicarii, idemque tribunal. Idem dicendum est de Vicario Capituli Sede vacante, est enim Ordinarius, quum a Canone habeat eandem jurisdictionem, quam Episcopi Vicarius. Quoties ergo in aliquo decreto mentio fit Ordinarii, nisi subjecta materia aliud poscit, intelligitur non tantum Episcopus, sed etiam omnes habentes jurisdictionem ordinariam, quia omnes illi Ordinarii sunt. Quaeritur, an non tantum Vicarius sit Ordinarius quoad ea, quae ipso jure ex officio Vicarii sibi competunt, sed etiam quoad ea,

quae sibi ab Episcopo committuntur et quae ex officio Vicarii non competebant? Distinguendum est. Si Episcopus unica commissione dum constituit Vicarium, committat illi aliquem vel aliquos casus, est Vicarius Ordinarius etiam quoad casus commissos (cap. Translatos, de constitut.). Si autem divisim et seorsim committantur illi casus, est jurisdictio delegata, nisi in commissione fiat expressa mentio Vicariatus; si enim fiat sive in salutatione, sive in progressu, ut: tali Officiali nostro vel Vicario committimus, aut potestatem alias per Nos commissam extendimus, tota jurisdictio erit ordinaria; quia datur tamquam annexa et accessoria ordinariae et ideo ad illius tamquam principalis naturam trahitur. V i c a r i u s f o r a n e u s est delegatus, quia non habet jurisdictionem aliam, quam concessam sibi ab Episcopo; at Episcopus nequit jurisdictionem ordinariam concedere, ut tenent omnes. Imo quando hic Vicarius foraneus constituatur ad universitatem causarum (in certa dioecesis parte), dicendum, adhuc esse delegatum, quia non habet jurisdictionem a Jure, sed ab Episcopo.

Sententia probabilior ait, posse Vicarium generalem Episcopi ex officio, quin specialis commissio necessaria sit, audire confessiones et concedere aliis licentiam audiendi in tota dioecesi, et ita comprehendi nomine proprii sacerdotis in c a p. o m n i s u t r i u s q u e. Multo verius est, posse Vicarium generalem Episcopi ex proprio officio, ex generali institutione Vicariatus (absque speciali commissione) interesse matrimonio, aliique sacerdoti licentiam assistendi concedere. Nam est Ordinarius et comprehenditur in decretis mentionem de Ordinario facientibus. Ex generali commissione Vicariatus potest d e c a u s i s m a t r i m o n i a l i b u s c o g n o s c e r e, ut habet verior sententia et probatur ex c a p. 1. d e f r i g i d. e t c a p. f i n. d e c o g n a t. s p i r i t.; ergo a fortiori poterit assistere matrimonio, idque committere. Idem dicendum de V i c a r i i s h a b e n t i u m j u r i s d i c t i o n e m E p i s c o p a l e m. F o r a n e u s a u t e m V i c a r i u s, licet non possit assistere matrimonio, nec alii licentiam assistendi dare absque speciali commissione: si tamen matrimonialium causarum cognitionem ab Episcopo delegatam habeat, poterit. Si enim potest de causa principali cognoscere, poterit de minus principali et accessoria ac praeambula (reg. cui licet. in 6.).

Demnach ist es eine ausgemachte Sache, quod Vicarius generalis aeque ac contrahentium parochus ex proprio officio et facultate potest absque speciali Episcopi commissione matrimoniorum celebrationi interesse ac etiam simplici sacerdoti licentiam illis assistendi concedere juxta communem sententiam (S. C. C. in T a u r i n e n. m a t r i m. 26. Septemb. 1679, i n P i s t o r i e n. 1719 (validum est matrimonium contractum de licentia Vicarii generalis coram Vicario curato, licet hic nullius ex contrahentibus sit parochus), in S e g n e n. 1736). S. Congregatio, so heißt es in dem Homo Apostolic. (tr. 18. n. 71) censuit, coram Vicario generali Episcopi matrimonium contrahi posse, perinde ac coram parocho (4. Julii 1602, et in Nullius Carpen. matrim. 21. Januarii 1680). Eamdem regulam S. Congregatio secuta et in C a l l i e n. 7. Septembris 1776, licet ei Episcopus hoc prohibuisset, cum non possit hic impedire, quo minus parochus aut Vicarius suus generalis matrimoniis assistat, ut pluries declaravit S. Congregatio. Ebenso Dr. Knopp. Auch der G e n e r a l = V i c a r hat das Recht, die Ehen

der Diöcesanen vor sich oder einem von ihm dazu committirten anderen Priester, selbst ohne Wissen und gegen den ausgesprochenen Willen des Pfarrers der Contrahenten abschließen zu lassen, wenn ihm nach der Regel die volle bischöfliche Jurisdiction übertragen ist. Besteht jedoch neben dem General-Vicar noch ein besonderer Official, so ist bekanntlich der Erstere nur mit der jurisdictio voluntaria, und der Letztere ausschließlich mit der jurisdictio contentiosa betraut, und es bestimmt sich hiernach von selbst deren Vollmacht hinsichtlich vorkommender Eheschließungen. Erst wenn der Official in Folge der gegen die Schließung einer Ehe erhobenen und zu seiner Cognition gebrachten Anstände die Eheschließung verordnet, ist derselbe ex mandato generali, und zwar alsdann mit Ausschluß des General-Vicars, berechtigt, die Ehe in seiner Gegenwart oder in Gegenwart jedes anderen Priesters eingehen zu lassen.

Ueber das Erlöschen der Gewalt des General-Vicars lehren die Canonisten, quod tripliciter potest cessare Vicarii potestas: 1) morte Episcopi jurisdictio Vicarii omnino cessat; nam est prorsus idem tribunal et reputatur eadem utriusque persona (cap. 2. de consuetud. et cap. Romana, de appellat. in 6.). Haec cessatio post mortem est etiam quoad negotia coepta; illa enim perficere nequit Vicarius Episcopo mortuo et in hoc differt a delegato, cujus potestas non exspirat quoad incoepta morte delegantis (cap. gratum, de offic. deleg.); nam Episcopi et Vicarii est unum et idem tribunal, non sic autem delegantis et delegati. Operatur autem effectum haec cessatio per mortem, etiam non intimatam Vicario. Quando ignorat Vicarius mortem aut communiter ignoratur, valent interim gesta per Vicarium, quando communiter ignoratur, quamvis ipse mortis conscius sit, non autem quando communitur scitur, licet ipse ignoret. 2) Suspensa jurisdictione Episcopi per ipsius excommunicationem (quod evenit, quando est denunciatus aut notorius percussor clerici) similiter est suspensa ejus Vicarii jurisdictio, et ita, sicut gesta tunc per Episcopum pertinentia ad jurisdictionem sunt irrita, similiter dicendum est de gestis ab ejus Vicario generali, quia est unum et idem tribunal (cap. 1. de offic. Vicar. in 6.). Quod verum est etiam quoad negotia coepta ante Episcopi excommunicationem, in quo differt Vicarius a delegato. Idem dicendum, si Episcopus est interdictus vel suspensus ob eamdem rationem (scilicet post Concilium Constantiense quando est denunciatus, nam ante denunciationem retinet jurisdictionem). Caeterum suspensa jurisdictione Episcopi per excommunicationem aut suspensionem denunciatam, adhuc potest ejus Vicarius valide interesse matrimonio, aliique id committere, quia neutrum est actus jurisdictionis; qui vero censent, esse actum jurisdictionis, necessario tenentur dicere, non valere, quia usus jurisdictionis suspensus tunc est. Si tamen Episcopus suspensus vel interdictus vel excommunicatus denunciatus aut notorius clerici percussor institueret Vicarium aut parochum aut parochus excommunicatus vicecuratum, illeque assisteret matrimonio aut alii committeret, nihil valeret, quia illa institutio est manifestus actus jurisdictionis et proinde, facta a sic excommunicato, nihil valet; quare ille assistens matrimonio non esset verus Vicarius, parochus aut vicecuratus. 3) Quando Vicarius est revocatus ab ipso Episcopo, si revocatio nota sit Vi-

cario nec communis error adsit, manifestum est, gesta per ipsum esse irrita; quare si matrimonio intersit vel alii committat, nihil valere. Si autem ipse revocationem ignoret, quamvis non sit communis error, valent gesta per ipsum, donec ipsi revocatio intimetur. Exigitur tamen, ut certior fiat Vicarius de revocatione per ipsum Episcopum aut ejus epistolam aut alium nomine ejus, ut per ejus procuratorem vel nuntium ab ipso ad id destinatum.

Endlich versteht es sich von selbst, was Sanchez lehrt: Capitulum (proprie Vicarius capitularis) Sede vacante potest assistere matrimonio vel alii sacerdoti licentiam dare, quia succedit in omni jurisdictione ordinaria Episcopi (cap. his, quae, ad fin. et cap. cum olim, de majorit. et obedient.). Abbates Ecclesiae nulli Episcopo subjectae possunt interesse matrimonio et alii assistendi licentiam concedere, quia sunt Ordinarii habentque jurisdictionem quasi-episcopalem. Non tamen posset Episcopus conjungere matrimonio subditos horum Abbatum vel aliorum habentium jurisdictionem quasi-episcopalem in Ecclesia nulli Episcopo subjecta. Daß der s. g. parochus primitivus (z. B. ein Domcapitel oder ein Stifts-Abt, der nicht jurisdictionem quasi-episcopalem hat) nicht berechtigt sei, den Eheconsens von Brautleuten, die zu den Seelsorgsbezirken gehören, welche ein von dem parochus primitivus dahin gestellter Priester pastorirt, entgegen zu nehmen, dürfte aus der Entscheidung der S. Congregatio Concilii in causa Bovinensi (vergl. §. 208) klar zu entnehmen sein. Wir fügen noch bei die Entscheidung der S. C. C. in causa Nullius Orbitelli jurium parochialium, die 14. Aprilis 1721. Unica parochialis Ecclesia Prioratus nuncupata sub titulo S. Mariae in coelum assumptae exstabat in loco Orbitelli, qui spirituali subest jurisdictioni Abbatis Commendatarii Monasterii SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias. Eam paroeciam anno 1582 in Collegiatam erexit Cardinalis Farnensis, Abbas Commendatarius. »Archipresbyteratus Prioratus (sunt verba bullae erectionis) nuncupatus, qui itidem praeeminentiam et jurisdictionem haberet et curam animarum dilectorum in Christo parochianorum ejusdem Ecclesiae principaliter exerceret, et quatuor Canonicatus et totidem praebendae pro totidem Canonicis, qui simul cum Archipresbytero hujusmodi Capitulum constituerent, ac in animarum curae exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvarent.« Hinc Collegiatam constare decrevit ex uno Priore Archipresbytero, »qui inibi caput existat et principaliter curam animarum hujusmodi exerceat ... in Capitulo duas voces habeat et in Ecclesia hujusmodi omnimodam superioritatem et jurisdictionem exerceat,« nec non ex quatuor Canonicis, »qui simul cum dicto Archipresbytero Capitulum ejusdem Ecclesiae constituant, horas Canonicas, Missas ... celebrare, et personalem residentiam facere nec non in animarum curae exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvare et deservire teneantur, sine alicujus praejudicio.« Defuncto Card. Farnensio in executionem dictae erectionis Card. Aldobrandini, cui praefata Abbatia commendata fuit in Visitatione peracta anno 1591, decrevit, »che il Priore debba servire alba detta cura dell'anime per se stesso due settimane, e i quattro Canonici una settimana per uno due tocchino al Priore, e quattro alli Canonici, dichiarando, che questo s'intende solo, quanto al dare il SSmo Sagramento agl'infermi, battezzare, dare l'estrema

unzione, e non quanto al dir delle messe.« Statutum etiam fuit, ut libri matrimoniorum et baptismatum custodirentur »sotto duplicate chiavi, quali si consegnino all'Ebdomadario, e lui all'altro, tanto che vada sempre per turno, e per consegna.« Anno 1622 in Sacra Scrutatione peracta, dum Abbas erat Card. Ludovisius, haec habentur: »Il Signore Priore . . abbia li libri necessarj per scrivere i battesimi, i matrimonj, i morti et Cresimati, e tutti i soliti della sua chiesa« etc. Rursus anno 1643 Vicarius Apostolicus Orbetellensis in suo proclamate ad exstirpandos juxta Encyclicam Bened. XIV. plures absus in matrimonii celebratione irreptos ita statuit: »Si dichiara, che in questa città il peso di adempire a tutto ciò spetta al Signor Priore Arciprete, e non ai suoi coadjutori, ancorchè la celebrazione del matrimonio seguisse nelle lore settimane.« Anno 1706 Cardin. Josephus ab Auria Pamphilj, cujus vigilantiae tunc Abbatia monasterii SS. Vicentii et Anastasii commendata erat, ad malos usus tollendos, qui in Sacramentorum et praecipue matrimonii dispensatione irrepserant, plura apposite praescripsit die 29. Septembris 1719. Primo ut unus Archipresbyter suorum parochianorum matrimoniis interesset. Secundo id vetuit coadjutoribus Canonicis, reliquisque presbyteris sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda, nisi praestandae assistentiae conjugiis licentia adesset vel Archipresbyteri vel Ordinarii; atque hoc in casu jussit matrimonium describi vel saltem subscribi in parochialibus libris ab Archipresbytero et a sacerdote, qui matrimonio de licentia interfuit.

Res delata fuit ad S. Congregationem Concilii. Habemus in jure, Ecclesiam parochialem erigi posse in Collegiatam, et nihilominus curam remanere penes eum, qui illam antea habebat, quin in Collegium et Dignitatem transferatur. Id namque Juri non repugnat. Nulli etiam Ordinario licet, curam, quae ante erat libera, in servitutem redigere; esset enim illud facere, quod prohibet Tridentinum (Sess. 25. de reform. cap. 9), ita ut, si verum esset, quod Ecclesia servitutis jugo subjecta sit, primaevae libertatis statui eamdem restituere oporteret (Rota). Certum pariter in jure, Ecclesiam curatam duos parochos aeque principales habere non posse, sicut una mulier duos viros; sed ad illius regimen unum tantum praeficiendum esse Curatum; pluries S. Congregatio hanc promiscuitatem rejecit in curae exercitio. Tandem tenent DD., Coadjutores habere tantum administrationem et exercitium illius juris vel curae, quod in principali vel rectore remanet, non vero frui ipso jure vel cura, quia duo in simul eamdem rem et eodem modo in solidum possidere non possunt. Hinc S. Congreg. in Nullius S. Aedisti die 11. Junii 1644 respondit, Canonicos Collegiatae S. Aedisti »teneri curam animarum exercere, quamdiu Archipresbyter legitime absit, vel legitime impeditur, vel plures parochiani eodem tempore egent et aliis similibus casibus.« Statutum namque fuerat in litteris Apostolicis s. m. Clementis VIII. pro illius Collegiatae erectione datis die 7. Aprilis 1600: »Ut Archipresbyter principaliter et Canonici Collegiatae tamquam ejus coadjutores curam animarum exerceant.« Ita etiam S. Congregatio in Bosanen. visitationis SS. Liminum 19. Sept. 1789 et 19. Decemb. 1795. Quaer. An sustineantur praescripta Ordinarii Abbatiae Trium Fontium lata die 29. Septembris 1719

seu potius liceat Canonicis Coadjutoribus absque Ordinarii vel Prioris Archipresbyteri licentia matrimoniis interesse in casu etc. ? S. C. C. die 2. Junii 1721 resp. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. (Vergl. auch die Lehre über die Führung des Trauungsbuches.)

§. 257. Nähere Bezeichnung des parochus proprius hinsichtlich der Eheschließung.

Zufolge des §. 254 Gesagten ist es zur Giltigkeit der Ehe erforderlich, daß die Ehewerber vor dem eigenen Pfarrer ihre Einwilligung erklären. Wir werden uns nun mit der Angabe dessen zu beschäftigen haben, was dazu gehört, daß ein Seelsorger als parochus proprius bei der Eingehung der Ehe (als zuständiger Pfarrer der Brautleute) angesehen werden könne. Die canonistische Doctrin hat sich alle Mühe gegeben, diese Frage zu beantworten Allein auch die vollständigste Casuistik über den parochus propius contrahentium vermag es bei der Mannigfaltigkeit der Lebensverhältnisse nicht zu hindern, daß Umstände eintreten, unter denen es schwer wird, diesen parochus mit voller Sicherheit zu ermitteln. Deßhalb erinnert die Anweisung f. d. g. G. Ö. §. 49: Erscheint es aus was immer für einem Grunde zweifelhaft, welcher Seelsorger zur Vornahme der Trauung berechtiget sei, so ist die Sache vor den Bischof zu bringen und die Entscheidung oder Anordnung desselben abzuwarten. Der Bischof kann nämlich entweder entscheiden, daß dieser oder jener Pfarrer der parochus proprius der Brautleute sei, oder er kann mit Umgehung der Frage, wer der parochus proprius sei, einen Priester zur Entgegennahme der wechselseitigen Erklärung der Einwilligung der Brautleute in die Ehe bestellen. So schreibt der Cardinal Prosper Lambertini (Instit. 33): Quis autem debeat assistere matrimonio, quod aliquando ineundum est ab iis, qui in xenodochiis (xenodochium, a graeco vocabulo, i. e. locus, ubi peregrini gratis suscipiuntur) in gravi vitae periculo versantur, ut animae saluti prospiciant, an sc. Capellanus vel parochus, in cujus ditione illa sita sunt, magna est contentio inter DD., ideoque standum erit in tali casu declarationi Ordinarii. Beachtenswerth ist, was der genannte Cardinal für den Fall bemerkt, wenn vielleicht die Eheschließung mit Wissen des Bischofs nicht vor dem rechten Pfarrer stattgefunden hat. Ut jam inita matrimonia rata firmaque sint, sufficit, si eadem minime ignoraverit, imo pertulerit atque ideo permiserit Episcopus. Auch im §. 70 erwähnt die Anweisung f. d. g. G. Ö., daß wenn aus irgend einer Ursache Schwierigkeiten oder Zweifel entstehen, die Sache vor den Bischof zu bringen sei (vergl. auch §. 200 über die Ehen der Ausländer.)

Dies vorausgesetzt, enthält die Anweisung f. d. g. G. Ö. §. 93 folgende Bestimmung: Der Brautleute eigener Pfarrer ist jener, in dessen Pfarrbezirke sie ihren eigentlichen oder uneigentlichen Wohnsitz haben. Sacra Synodus Tridentina, so lehrt der Cardinal Prosper Lambertini (Instit. 33), eo decreto (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) praecipit, ut

ille solum parochus intersit, cui matrimonium ineuntes subjiciuntur; quis porro ille intelligendus sit, Concilii Patres minime declararunt. Itaque muneris nostri partes duximus, normam aliquam tradere ex actis S. Concilii Congregationis desumptam, cui soli Tridentinam Synodum explicandi facultas conceditur. Cum de matrimonio agitur, proprium eum parochum nuncupandum censuit S. Congregatio, in cujus parochia domicilium positum habetur, non vero illum, in cujus parochia vitae primordia suscepimus. Cum Ordines rite conferri possint per Episcopum, non domicilii modo, sed etiam orginis, ideo ad inquirendum locus oblatus fuit, utrum idem ratione parochi in celebrandis matrimoniis statuendum videretur. Attamen ex ipsis Concilii verbis parochus domicilii satis aperte deprehenditur, quia sacri Canones, cum iisdem verbis parochum quoque originis complecti voluerunt, id expresse declararunt, quemadmodum contigit, cum de sacra Ordinatione sermo haberetur. His veluti fundamentis innititur unanimis scriptorum opinio, ob quam is proprius parochus pro celebrandis matrimoniis judicatur, in cujus ditione domicilium constituitur (eorum, qui per baptismum Ecclesiae associati existunt). Parochus proprius est, so heißt es in der Eichstädter Pastoral-Instruction, qui in contrahentes jurisdictionem habet ordinariam, quam etiam alteri sacerdoti delegare potest. Qualis pro tota dioecesi est Episcopus ejusque Vicarius generalis aut Sede vacante Vicarius capitularis; pro locis vero particularibus ille presbyter solus proprius contrahentium parochus censeri potest, in cujus parochia alter eorum vel uterque habitat et verum vel quasi-domicilium habet; habitatio enim parochianum constituit, et soli domicilii parocho jus competit, matrimoniis assistendi et interposita auctoritate sua iisdem vim et robur tribuendi. Jam vero fieri potest et revera saepissime fit, ut sponsi in ea parochia, in qua vel praedia ipsorum sita sunt, vel ipsi jura communitatis habent, et legum civilium auctoritate nubere habitareque possunt, non solum non habitent, sed ne habitare quidem incoeperint aut intendant. Quocirca, quia in hujusmodi parochia domicilium non habent, ejusdem etiam parochus minime ipsorum proprius dici potest, aut matrimoniis ipsorum assistendo vim et robur iisdem tribuere valet. Parochus proprius, sagen die Canonisten, est parochus habitationis seu domicilii seu quasi talis, et non sufficit parochus originis, nisi etiam sit habitationis. Ad validam assistentiam, schreibt Scavini, requiritur parochus proprius, quo nomine intelligitur, qui hic et nunc habet ordinariam jurisdictionem in contrahentes, ideoque parochus domicilii vel quasi-domicilii, non vero originis. Die S. C. C. hat in Mutinen. matrimonii, die 18. Novemb. 1701 und die 18. Novemb. 1702 also entschieden: Proposito dubio, an proprius parochus contrahentium debeat esse ille, in cujus parochia habent domicilium, an potius in cujus parochia ambo originem traxerunt, censuit debere esse illum domicilii, nullumque declaravit matrimonium contractum coram parocho originis amborum. Zur Näherbestimmung des eigenen Pfarrers bemerkt Sanchez, eum dici parochum proprium ad conjungendum aliquos matrimonio, aliique licentiam conjungendi concedendam, qui in cap. Omnis utriusque, de poenitent. et remission. appellatur proprius

sacerdos ad audiendas confessiones, et dandam alteri sacerdoti audiendi licentiam. Nam sicut in Tridentino petitur, ut assistat proprius parochus vel alius sacerdos ex ejus commissione: ita in cap. Omnis, ut proprius sacerdos excipiat confessiones vel alius de ejus licentia; ergo idem est proprius parochus, de quo Tridentinum loquitur et proprius sacerdos, de quo meminit cap. Omnis. Item quia cap. Omnis sumitur proprius sacerdos pro habere jurisdictionem ordinariam ratione officii, cui est annexa cura animarum, et patet, quia alias non subiungeretur in cap. Omnis, ut quilibet confiteatur proprio sacerdoti vel alieno de licentia proprii, confessarios enim delegatos, qui parochi non sunt, manifestum est, minime hanc licentiam concedere posse; constat autem eumdem esse parochum, qui potest matrimonio interesse vel alii licentiam dare; ergo pro eodem sumuntur.

Die Canonisten vergleichen die Frage über den Episcopus proprius ad Ordines conferendos mit der über den parochus proprius ad assistendum matrimonio. Bei Sanchez (lib. 3. disp. 23) findet sich über jenen Folgendes: Pro Sacramento Ordinis recipiendo decretum est (cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6), proprium Episcopum esse illum, de cujus dioecesi promovendus ad Ordines est oriundus, vel in qua beneficium obtinet, vel domicilium habitationis. Ad hoc autem domicilium comparandum non sufficit qualiscumque habitatio, sed requiritur una cum habitatione animus perpetuo habitandi, alias nullo tempore comparabitur. Quare leges exigentes habitationem decennii procedunt ad praesumendum animum perpetuo habitandi, et subinde domicilium acquisitum esse, quando is animus ex aliis conjecturis non deprehenditur. Non tamen opus est ad domicilium contrahendum, decennio habitasse, sed statim ac quis incipit habitare, animo perpetuo ibi manendi, acquirit domicilium. Hinc fit, sicut domicilium animo et facto constituitur, etiam ad transferendum et deperdendum opus est animo et facto, nempe desertione habitationis in eo domicilio, quare sola mutatione animi perpetuo manendi, dum non mutatur prius illud domicilium habitationis, non deperditur. Nam omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur (cap. 1. de reg. jur.). Noch umständlicher spricht sich hierüber Rigantius (in reg. 24. Cancell.) aus: Domicilium acquiritur natura, voluntate et juris dispositione. Natura acquiritur ex origine (vergl. §. 207). Voluntate ex facto hominis volentis in hoc vel alio loco habitare; et juris dispositione aquiritur quam plurimis modis. Circa domicilium ex voluntate tres casus perpendunt; 1) dum quis expresse proprium animum declarat perpetuo permanendi in loco, ad quem se transtulit; ex tali enim declaratione cum subsecuto facto transmigrationis ad locum, illico contrahitur domicilium absque aliquo lapsu temporis; etiamsi majorem partem bonorum in eum locum non transtulerit, ac etiamsi fuerit medicus, scholarius, Officialis etc., quia per expressam animi declarationem tollitur praesumtio illa recedendi, quae videtur oriri ex causa studiorum, lecturae, Officii etc. Ad differentiam casus, quando quis expresse declarat animum suum de recedendo a loco, ubi habitat, finito officio vel negotio, propter quod illuc se transtulit, vel concurrant conjecturae et circumstantiae tales, ex quibus exclusus remaneat animus

perpetuo ibi permanendi; tunc enim etiamsi per centum annos in dicto loco habitaret et majorem substantiarum suarum partem secum ferret, numquam domicilium contraheret. 2) Quando non verbis, sed facto quis declaravit, velle in loco, in quem ad habitandum se transtulit, domicilium contrahere, puta quia ad locum illum familiam traduxit, majorem fortunarum suarum partem transtulit, bona inibi de novo acquisivit, matrimonium contraxit, publicas collectas persolvit, beneficium fundavit, sepulturam sibi suaeque familiae construxit, in actis seriis et proportionatis domiciliarium et civem se nuncupavit, ad munia, honores et officia civibus impertiri solita admissus fuit etc.; ex hisce enim aliisque similibus circumstantiis, praeseferentibus animum determinatum permanendi in certo loco, contrahitur domicilium, etiamsi per decennium quis ibi moratus non fuerit. Facta enim potentiora sunt verbis; et si per verbalem declarationem, aliquo suffultam adminiculo, illico contrahitur domicilium absque lapsu decennii, longe potiori jure dici debet contractum etiam dicto tempore non elapso, quando concurrunt animum praefatum comprobantia; leg. cives. 7. C. de Incol. lib. 10: »Et in eodem loco singulus habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet, unde cum profectus est, peregrinari videtur, quod si rediit, reperegrinari jam destitit.« Et in leg. Ejus qui 27 ff. ad Municip.: »Si quis negotia sua non in colonia, sed in municipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit in eo foro, balneo, spectaculis utitur, ibi festos dies celebrat, omnibus denique municipii commodis, nullis coloniarum fruitur, ibi magis habere domicilium, quam ubi colendi ruris causa versatur, videtur.« 3) Dum versamur in dubio, quando nempe quis ad habitandum in certo loco se contulit, et numquam se velle aut nolle inibi permanere verbis aut factis declaravit, et in his circumstantiis ex solo cursu decennalis habitationis inducitur praesumtio perpetuo in eodem loco manendi, domiciliumque constituendi. Quae legalis praesumtio tacitae voluntatis, ex lapsu decennii deducta, ex se sola exuberat ad declarandum animum perpetuo domicilium contrahendi in loco decennalis habitationis, nec ullius conjecturae vel adminiculi ope indiget; alias si cum habitatione concurreret aliquod adminiculum, vel conjectura aliqua, tunc non exigeretur lapsus temporis decennalis. Temporis enim diuturnitas ad voluntatis conjecturam, non ad domicilii constituendi necessitatem pertinet. Quod tamen locum sibi non vindicat, ubi constat de causa aliqua accidentali, ob quam quis se transferat ad habitandum in certo loco, inde discessurus causa illa cessante; unde exemplificant Doctores in scholari, qui alio se conferat studiorum gratia, Doctore conducto ad legendum, medico ad exercendam medicinam, mercatore, aliisque id genus. Isti domicilium numquam contrahunt, etiamsi ultra decennium habitarent, quia causa habitandi est diversa ab animo domicilium contrahendi; nisi post completum studium, lecturam, officium etc. taliter continuetur habitatio, ut ex circumstantiis et adminiculis prudenti judicis arbitrio examinandis constet de animo, perpetuo in eo loco permanendi. Haec adnotare placuit circa modum acquirendi domicilium ad tramites juris communis. Sed normam daturus qualitati domicilii ad effectum, ut illius ratione efficiatur quis subditus

pro Ordinibus suscipiendis, Innocentius XII. in Constit. Speculatores haec sancivit: »Subditus autem ratione domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is duntaxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit et nihilominus ulterius utroque casu se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet.«

Dies vorausgesetzt frägt Sanchez, utrum, sicut domicilium originis sufficit pro Sacramento Ordinis conferendo, quamvis promovendus alibi domicilium habitationis habeat: ita etiam sufficiat pro matrimonio; et proinde Episcopus vel parochus domicilii originis possit assistere matrimonio et alii sacerdoti assistendi licentiam dare? Tenendum est, so lautet die Antwort, parochum solius orginis non censeri proprium ad conjungendum aliquos matrimonio. Nam Tridentinum petit assistentiam proprii parochi ad matrimonii valorem; illa autem dicitur propria parochia et dioecesis alicujus, in qua habet domicilium habitationis, et proinde nomine domicilii in dubio non venit originis domicilium, sed habitationis. Ubi Jus canonicum voluit sat esse Episcopum originis, id explicuit, ut in Sacramento Ordinis; ergo non extendi debet ad matrimonium et ad alia Sacramenta, quae jure a proprio parocho ministranda sunt. Non origo, sed habitatio constituit aliquem parochianum. Vagi appellantur domicilio destituti et ea ratione possunt a quocumque parocho Sacramenta recipere, nec curatur de domicilio originis, quod necessario sortiuntur; ergo ad receptionem Sacramentorum non curatur de domicilio originis, sed de solo domicilio habitationis. Unde docent, domicilium originis esse immutabile quoad munera et honores, secus quoad jurisdictionem; amittitur enim translata aliorsum habitatione.

Nach den Bestimmungen der canonischen Legislation gilt der Grundsatz, quod ad id, ut Episcopus censeatur proprius ad promovendum ad Ordines, non satis sit cujuscumque temporis habitatio, nisi adsit animus perpetuo habitandi, atque ita desideretur vera domicilii habitationis constitutio. Es entsteht nun die Frage, an ad id, ut dicatur aliquis parochus proprius ad assistendum matrimonio, exigatur verum habitationis domicilium cum animo permanendi? Die Canonisten unterscheiden da vier Fälle: a) quando quis inhabitat parochiam, figens ibi domicilium, et tunc certum est, effici parochianum illius; b) quando nullibi habet fixum domicilium; tunc valent ea, quae de vagis dicentur; c) quando domicilium in quodam oppido obtinet et petit aliorsum, brevi ad proprium domicilium reversurus, ut si recreationis causa vel ad ruralia exercenda aliquo tendit; et tunc certum est, esse parochianum prioris oppidi, et non illius, ad quod accedit; d) dum quis domicilium habet in aliquo loco et adivit alium, ibi habitaturus ad certum tempus, alicujus negotii expediendi causa, ut eo expedito ad proprium domicilium redeat; ut sunt scholastici in studii loco, mercenarii in domo heri, sollicitatores in Curia et ii, qui pestis aut belli causa fugiunt, redituri illis cessantibus. Difficultas ergo est, an ratione hujus

temporalis habitationis dicatur quis parochianus illius parochiae, quam inhabitat, ita ut ille sit proprius parochus ad assistendum matrimonio et caetera Sacramenta ministranda; mit andern Worten, ob zur giltigen Eheschließung nur der Pfarrer des eigentlichen Wohnsitzes interveniren könne, oder ob es genügt, wenn die Erklärung der Einwilligung in die Ehe vor dem Pfarrer des uneigentlichen Wohnsitzes geschieht? Duplex est sententia, lehrt Sanchez; prima ait, ut vere aliquis dicatur parochianus, exigi animum constituendi ibi domicilium; quare eum, qui habet domicilium in uno loco et transferat se ad alium, non animo permanendi, sed ex causa limitata ad tempus, qua finita rediturus est ad proprium, non censeri illius loci, in quo ad tempus adest, parochianum, sed loci domicilii permanentis. Secunda sententia docet, acquiri parochiam ratione habitationis, quando ea brevis temporis non est, sed in id oppidum aliquis se recipit alicujus negotii expediendi causa, ut eo expedito ad proprium domicilium redeat, ut acquirunt scholastici in loco studii, famuli et mercenarii, non ad breve tempus locantes operas in domo heri, et ii, qui pestis et belli causa aliquo confugiunt. Sanchez spricht seine Ansicht dahin aus, quoad quamvis prior sententia sit prohabilissima, sibi tamen posterior arrideat tamquam verior. Durum enim mihi videtur, ut scholastici et alii, qui majori anni parte, imo et multis annis in aliqua dioecesi habitant, non possint ibi matrimonio conjungi; et ita credo, ad omnia, demto Ordinis Sacramento, effici aliquem parochianum et subditum alicujus dioecesis, quando majori anni parte ibi habitaverit. Hinc infertur a), non opus esse exspectare, ut majori anni parte hi in parochia vel in dioecesi habitaverint, sed statim ac animum habitandi majori anni parte habentes incipiunt habitare, effici parochianos et posse omnia dicta erga illos exerceri. Sicut enim ad domicilium nullius temporis habitatio requiritur, sed statim, ac quis incipit habitare cum animo perpetuo habitandi, illud acquirit: sic statim, ac quis incipit habitare cum animo habitandi toto tempore requisito, efficitur perochianus. Si quis autem habeat animum habitandi majori anni parte in oppido, cum jam respectu illius efficiatur parochianus, licet eo tempore varias mutet parochias, et ita in nulla habeat animum habitandi tempore requisito, recipere poterit Sacramenta omnia ab eo parocho, cui actu tunc subditur, quia non habet alium in oppido. Infertur b), si mulier coram parocho suae parochiae nubat viro et contracto matrimonio eadem die se transferat ad viri parochiam, si matrimonium forte fuit nullum, sitque iterandum, quamvis eadem die, coram parocho, non posse jam assistere priorem illum feminae parochum; quia mutatione illa statim desiit esse parochiana illius, novamque parochiam acquisivit. Quare interesse debet parochus domus, ad quam cum viro se transtulit. Sed rogabis, qualiter parochus, feminae potuerit interesse matrimonio? Cum tunc haberet animum, statim ad viri parochiam migrandi, et ita desiderabatur animus habitandi tempore requisito, non illam deperdit solo animo, sed opus est etiam facto, nempe desertione habitationis in ea, ut supra dictum fuit. Für keinen Fall aber ist quoad matrimonium contrahendum zur Erlangung des Domicils die Erfüllung jener Erforderniße nothwendig, die Innocenz XII. quoad Ordines suscipiendos in Anspruch nimmt. Haec, so bemerkt der Cardinal

Lambertini (Instit. 33), pro illis solum praescribuntur, qui Ordines consequi volunt, nullum tamen reliquis Sacramentis administrandis impedimentum afferunt. Siquidem ut Paschatis praecepto quis satisfaciat, ejusmodi conditiones necessariae non sunt, quod etiam ratione matrimonii constituendum videtur.

§. 258. Der eigentliche und uneigentliche Wohnsitz.

Um den parochus proprius einer oder beider Brautpersonen herauszufinden, kömmt Alles darauf an, daß man den Wohnsitz, das Domicil derselben kennt; denn der parochus proprius hinsichtlich der Eheschließung ist der parochus domicilii aut quasi-domicilii der Brautleute, sive viri sive mulieris. Es können Brautleute, wie Haringer bemerkt, nicht von dem Pfarrer jener Gemeinde getraut werden, wo sie nur ein Besitzthum, oder das Gemeinde- oder Bürgerrecht besitzen, aber nicht auch bereits domicilirt sind oder doch zu wohnen angefangen haben, weil das Domicilium nicht durch ein Eigenthum oder ein Recht zu wohnen, sondern nur durch faktisches Wohnen erworben wird. Der Ort der Geburt ist keineswegs genügend, um ein Trauungsrecht zu begründen; die Competenz zur Trauung hängt durchaus vom Domicil der Brautleute ab. Ein Domicil muß Jeder, der rechtlich nicht als vagus zu betrachten ist, haben, wenn er auch ohne Beruf oder Beschäftigung lebt. Est autem proprius parochus, so heißt es in dem Münchner Rituale, qui matrimonio adesse debet, is, in cujus parochiali districtu sponsi tempore copulationis domicilium figunt (doch müßte die actualis habitatio bereits begonnen haben). Behufs der Erläuterung der Merkmale des eigentlichen und uneigentlichen Wohnsitzes wollen wir vor Allem die trefflichen Bestimmungen der Eichstädter Pastoral-Instruction anführen.

Ne erronea aliqua opinione decepti parochi illorum matrimoniis assistere praesumant, qui minime ipsorum subditi et parochiani sunt, neve hac ratione matrimonia invalida et nulla evadant, necessarium esse ducimus, ut, quis sit proprius sponsorum parochus habendus, fusius explicemus. 1) Inprimis intelligant, domicilium habere eum, qui in loco quodam existens vel eo reipsa perveniens animum habet, perpetuo ibi manendi, donec nimirum alia causa avocet, estque hoc domicilium verum. Quasi-domicilium appellatur, si quis, cum in uno loco habeat domicilium, ad alium se locum confert cum animo ibi manendi tempore longiore, e. g. pluribus mensibus aut etiam annis. Fieri ergo potest, ut unus idemque alio loco habeat domicilium verum, alio quasi-domicilium, imo ut in duobus locis habeat domicilium verum, e. g. si aequali prope anni tempore et pari animo commoretur in utroque loco. 2) Acquiritur vero domicilium, sive verum illud sit, sive quasi-domicilium, ipsa habitatione, neque ad hoc diuturnior in quodam loco commoratio necessaria est, sed sufficit reipsa, etiam per momentum tantum, inchoata habitatio, dummodo cum animo perpetuo et stabiliter, aut saltem, si de quasi-domicilio agitur, per notabile tempus, majorem scilicet anni partem, ibi permanendi fuerit inchoata. Igitur nec sola commoratione seu habitatione, nec nuda habitandi voluntate ejusve declaratione

domicilium acquiritur, sed utrumque simul adesse debet, factum scilicet seu adventus aut reipsa coepta in aliquo loco habitatio, et animus ibi commorandi, donec alia causa avocet (es kommt darauf an, ob der Aufenthaltsort ausdrücklich oder durch concludente Handlungen für denjenigen zu achten ist, in welchem eine Person ihren bleibenden Wohnsitz nehmen, also ihre gesammte Lebensthätigkeit concentriren will). Hinc eum, qui in aliqua parochia habitare intendit, prima decretae et actu coeptae habitationis hora parochianum efficit, licet in locum novi domicilii familia aut suppellex et penus domestica nondum translata sint, vel possessiones necdum ibi comparatae. Id quod saepius apud personas in aliquo officio publico constitutas considerari debet. Contra qui non intendit in loco quodam perpetuo vel saltem ad tempus longius subsistere, licet absque ejusmodi proposito per annum in loco moretur, nec incola hujus loci censendus, nec subditus illius parochi, sed extraneus tantum et peregrinus dicendus est. Si qui vero plura possident praedia in variis parochiis sita, censentur in dubio, et nisi aliunde animus constet, in illo loco fixisse domicilium, in quo eorumdem habitatio est notabiliter diuturnior. 3) Quemadmodum, uti diximus, domicilium non acquiritur, nisi animo et facto, ita illud non amittitur, nisi per utrumque, per ipsum nempe discessum cum animo non redeundi. Igitur, qui animum relinquendi domicilium habet, ab eo vero nondum discessit, illud servat, quamdiu ibidem remanet, et qui discessit cum animo redeundi, illudque servandi, illud non amittit. »Si quis fictitie solum tranfert domicilium, videlicet solo cum animo, in altera parochia celebrandi matrimonium, non vero domicilium ibidem contrahendi, tunc nullum est matrimonium« (S. C. C. die 20. Februarii 1723). Cum igitur parochus sponsi vel sponsae ex alterutrius domicilio vel quasi-domicilio fiat ipsorum proprius, parochi, si ea, quae modo de domicilio diximus, accurate perpenderint, facillime intelligent, quinam in singulis casibus proprius et pro contrahendis matrimoniis idoneus sit parochus.

Hieraus ergeben sich die weiteren Folgerungen der Eichstädter Pastoral-Instruction von selbst: Cum de illo maxime parocho dubium esse solet, in cujus parochia praedia vel jura sita sunt, quorum causa sponsis nubendi facultas ex legum civilium norma impertitur: in ejusmodi parochia sponsi vel ante matrimonium contrahendum jam habitant, vel non habitant. 1) Si prius, videndum est, utrum alter tantum vel uterque ibidem domicilium habeat. Nam a) si uterque eo in loco tum ante matrimonim tum tempore, quo contrahitur, habitat, illius loci parochus **solus** erit proprius et ad assistendum matrimonio idoneus. b) Si alter tantum eo in loco, alter vero alibi habitat, coram utriusque loci parocho valide matrimonium contrahitur, nec alterius parochi litteris dimissoriis opus est, dummodo tempore, quo matrimonium contrahitur eo in loco, in quo celebrandum est, alter ipsorum reipsa adhuc habitat. 2) Quodsi vero ante matrimonium, vel tempore, quo contrahitur, sponsorum neuter in parochia, in qua eorum praedia sita vel jura communitatis data sunt, facultasque nubendi est concessa, domicilium habuerit, sed in aliis parochiis, sive uterque in eadem, sive quilibet in alia habitaverit, coram praefatae parochiae parocho matrimonium valide contrahere nequeunt, nisi prius alter vel uterque cum animo permanendi

ibi habitare incoeperit. Hinc a) si alteruter in illa parochia domicilium jam acquisiverit, tum coram novi hujus domicilii parocho, tum coram eo, in cujus parochia alter adhuc habitat, valide matrimonium contrahitur. b) Si uterque ante contractum matrimonium prius domicilium reliquerit, et in loco, ubi obtenta nubendi facultate in posterum domicilium figere intendit, habitare incoeperit, hujus loci parochus solus erit proprius. Quare si sponsi in priori vel unius vel alterius domicilio matrimonio jungi optarent, illius prioris domicilii parochus nonnisi obtenta per litteras dimissorias novi domicilii parochi facultate ipsorum matrimonio assistere, suaque praesentia vim et robur addere posset. c) Si denique neuter in alia parochia habitare incoeperit, parochus quoque illius loci nullum omnino matrimonio assistendi jus habet, sed is tantum proprius et ad assistendum idoneus est, in cujus parochia sponsorum alter vel uterque revera habitat, et tempore, quo matrimonium contrahitur, domicilium habet.

Apertam esse Tridentini dispositionem, quae vult praesentiam proprii parochi, ut matrimonia valide contrahantur, nullus ambigit; quia vero non exprimit, an viri an mulieris esse debeat, placuit, ut si sponsi diversae parochiae sint, alterutrius contrahentium parochi praesentia sufficiat, ut pluries declarasse Sac. hunc Senatum refert Fagnan. atque ita in praxi servatur, licet in pluribus locis consuetudo servetur, ut matrimonia coram parocho sponsae contrahantur ex causa cujusdam honestatis; honestius siquidem visum est, ut sponsus sponsam in ejus parochia quaerat, quam contra, tum etiam quia hac ratione quaevis tollitur inter parochos aemulatio. At quis sit et quomodo proprius parochus intelligatur, nec expeditam hactenus rem esse, neque eamdem regulam in omnibus indistincte casibus locum habere posse in comperto est, pluresque ob id tum inter Theologos tum inter Juris consultos fiunt disputationes (Fagnan. in cap. significavit; de paroch.). Ex his videri potest, inutilem esse quaestionem, quam facit Episcopus; nam si viri principes ex universa Polonia Varsaviam confluentes, suaque ibi palatia habitantes matrimonia contrahunt, disquisitio de proprio virorum parocho nihil pertinet ad matrimonii validitatem, cum ad hanc satis superque esse possit praesentia parochi sponsae, si sponsa Varsaviensis sit. Caeterum in casu, de quo quaestio est, qui proprie disputari potest in ea duntaxat specie, in qua et sponsus et sponsa Varsaviam aliunde convenerint, videtur parochos Varsaviae aliorumque locorum, ubi magnates sua palatia incolunt, proprios dici posse, ut matrimonia rite recteque ab illis contrahantur; sola quippe habitatio, nisi levandi animi gratia fit aut valetudinis causa, sive qua alia brevi exitum habitura, satis est, ut magnates, qui animum procul dubio habent, tamdiu ibidem moram faciendi, quamdiu vel Regi placuerit vel negotium postulet et necessitas exigat, parochiani fiant illius Ecclesiae suae, qua lares aedesque suas habent. In Sacramento siquidem matrimonii ad differentiam Sacramenti Ordinis, qui speciali ratione verum strictumque domicilium postulat (cap. nullus, de temp, Ordin. in 6), is proprius dicitur parochus, in cujus parochia contractus tempore alter ex contrahentibus habitat, qui incolatus juxta moralem loquendi modum non deest, et satis esse reputari debet ille, quem habent magnates, sive Varsaviae sive alibi proprias aedes habitantes; moraliter enim et recte loquendo habitare, non hospitium habere dicuntur. Neque ullam vim facere debet indeterminatio animi, quam urget Episcopus; distinguenda enim est indeterminatio animi quoad tempus habitandi ab indeterminatione animi quoad domicilium contrahendum; damus equidem indeterminatum esse Magnatum animum quoad tempus habitandi, pendent enim a voluntate Regis, a negociis, a necessitate, sed non videtur dici posse, Magnates habere indeterminatum animum quoad domicilium contrahendum; hunc enim determinatum animum contraxerunt, dum Varsaviae vel alibi vel aedes conduxerunt vel emerunt, ita ut si res recte consideretur, Magnates illi dici debeant diversa domicilia contraxisse. Neque mutat diversitas illa et pluralitas habitationum, quia in his circumstantiis, cum uterque parochus tum originis tum domicilii proprius sit, et

hac ratione accipi debeant parochi Varsavienses eo tempore, quo Magnates Varsaviae in eorum parochiis moram trahunt, ut ad matrimonii validitatem sufficiat praesentia parochi, in cujus parochia contrahentes habitant tempore contractus, ut recte monent DD. et S. Congregatio consulta generaliter: »An proprius parochus quis dicatur, in cujus parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahitur?« respondit, ita dici, ut refert Fagnanus, qui subdit, interrogatam Sac. Congregationem de validitate alterius matrimonii contracti coram parocho loci, ubi brevem moram traxerant contrahentes, respondisse, ut brevis mora exprimatur, »quod si fuerit saltem unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate, alias de novo referendam in Congregatione.« Dispositiones vero Sac. Canonum de vagis locum habere nequeunt in proposito dubio; vagus enim dicitur ille, »qui domicilio relicto naviget, vel iter faciat quaerens, quo se conferat, atque ubi consistat« ait Juris consultus, vel ille, »qui nullibi certam et constantem sedem domiciliumque habet«, ut tradunt DD. (cf. caus. Jadren. 24. Augusti 1720). Vagis igitur hisce comparari profecto nequeunt Magnates illi, qui nec quaerunt, quo consistant, neque incertas habent sedes, sed tantum, una relicta, aliam petunt, ut plurimas, non incertas eos habere sedes dicendum sit. Quaeritur: An et quomodo sit rescribendum in casu etc.? Was hierwegen veranlaßt wurde ist in dem Thesaurus resolut. S. C. C. nicht enthalten.

Dieß vorausgesetzt, spricht der Cardinal Lambertini von den eigentlichen Häuslingen öffentlicher Wohlthätigkeitsanstalten, für welche der Pfarrer des Bezirkes, in dem solche Anstalten gelegen sind, der parochus proprius ist. Matrimonia pertractantur cum puellis expositis, quae in hospitio spuriorum detinentur, vel cum aliis puellis, quae caeteris hujus urbis (Bononiensis) hospitiis includuntur. Si de primis agitur, is parochus adhibendus est, cujus parochiae illud publicum hospitium subjicitur, idque servandum omnino in posterum decernimus. Id enim non consuetudo solum, sed etiam ratio apertissime poscit, quam S. Congregatio die 22. Aprilis 1651 his verbis ostendit: »Gubernatores hospitalis expositorum civitatis Eugubinae asserentes, sacerdotem ibi in Confessarium deputatum cum approbatione Episcopi hucusque puellis expositis administrasse matrimonia praeviis denunciationibus in Ecclesia ipsius hospitalis, supplicant pro declaratione, hujusmodi matrimonia coram eodem sacerdote celebranda esse et non coram rectore Ecclesiae parochialis, inter cujus limites praedictum hospitium existit. Sacra Congregatio censuit, matrimonia dictarum puellarum esse celebranda coram proprio parocho, non autem corom dicto Capellano hospitalis.« Aliae vero puellae, quae in aliis hospitiis servantur juxta veterem consuetudinem, quam firmam perpetuamque volumus, matrimonium inibunt coram parocho, cujus ditioni hospitium cooptatur. Hospitii enim proventibus aluntur dotemque accipiunt, ob quam causam paterno domicilio relicto tamquam ipsius hospitii filiae haberi possunt, ex quo si aliquando discedant, suos domesticos invisurae, exiguum tempus officiis his impenditur, nec umquam, nisi depositi ac custodiae nomine per hospitii rectores cuipiam committuntur. Ratio hujus generalis dispositionis esse

videtur, so erläutern die Canonisten die Sache, quia quousque puellae hujusmodi in hospitio commorantur, nullum habent aliud domicilium, quippe parentibus quibuslibet omnino carent expositae. Hinc quiquid sit de exceptione illa quoad virgines, quae in septis monialium educantur, qua monasterii parochus ab earum matrimonio benedicendo excluditur, si paternum, maternum vel fraternum domicilium habebunt, quo casu conjunget eos parochus, cui domicilium hoc subjicitur: ea sane non videtur locum sibi vindicare in casu de expositis, quibus pater, frater, materque est ipsum pium hospitium, cujus tamquam filiae haberi possunt.

Hieher gehört die am 17. September 1842 bei der S. C. C. verhandelte causa Florentina brephotrophii quoad matrimonia. Infantibus juvandis, quos parentes misere abjecissent, institutum prostat Florentinae pium nosocomium usque ab anno 1421, quod ab Ordinarii jurisdictione exemtum ac S. Sedi immediate subjectum Apostolico diplomate effecit Nicolaus V. anno 1454. Ad rem quod pertinet, praestat referre, quae munia expleat pium Institum erga puellas in ea domo receptas, quae ita recenset hodiernus Praeses: »Lo stabilimento quanto alle sue alunne, mentre vi sono introdotte, tiene il sequente sistema: le considera e le denomina come sue figlie, impone loro il nome, le consegna a nutrici estranee, e le salaria fino all'età di anni 14, le provvede di vestiario, di medico e medicinali nell'occasione, e pensa fino a pagare alla parochia a cui appartengono, una tassa funeraria in casi di morte, si chiama loro erede, quando avvenga, che decadono senza altri eredi, o senza testamentaria disposizione per essere informato della loro morale condotta; le riceve dentro le sue una tutte le volte, che lasciando i tenutarj, od i padroni pensano di ritornare fino all'età di 35 anni e collocandosi dentro questa età in matrimonio spirituale o temporale passa loro una dote non minore di scudi 40.« Usque ad annum 1748 praefuit brephotrophio Ecclesiasticus rector, qui parochi etiam munia gessit quoad matrimonia puellarum ad illud spectantium. Ab hoc tempore factum est, ut laicus praepositus fuerit pii operis regimini; quare matrimonia praedicta inita sunt per multos annos, ut iis adstiterit sacerdos Capellani curati nomine in ipso nosocomio auctus cum delegatione Episcopi, quatenus opus sit in singulas vices. Tandem sub anno 1810, ipsis postulantibus piae domus praesidibus, nosocomii Ecclesia effecta est ab Archiepiscopo parochialis, atque ab ea aetate »i Curati di questo luogo pio considerando, che lo Spedalè esercita sopra le sue alunne: diritti di patria potestatà, e che tiene sempre aperto il locale come a loro domicilio, giusta l'esposto di sopra hanno creduto fin qui di essere autorizzati indipendimente della delegazione de'parochi, o degli Ordinarj de luoghi dell'ultimo domicilio di dette alunne ad assistere ai matrimonij delle medesime.«

Jam vero duo haec Sacratissimum Principem adprecatur hodiernus nosocomii Praeses, I) ut »qualora la sommna sapienza della Santità Sua giudicasse non essere i motivi sopra descritti copaci di dare al Curato di questo Spedale il carattere di proprio Parroco per queste fanciulle; per impedire i tanti gravissimi sconcerti, che potrebbero aver luogo della riconosciuta nullità di tanti

matrimonij, sembrerebbe della somma importanze, che Sua Beatitudine per la pienezza della potestà sua si degnasse di convalidare in radice tutti i matrimonij dei quali ora si tratta, che per mancanza di legitimità di Parocco potrebbero aversi per clandestini.« II) Animadvertens, »che ad impedire innumerevoli disordini, non può lo Spedale non obbligare le alunne che stanno presso i Tenutarj, o che sono a famulato, e trattano dinanzi a lui lo cose tutte spettanti al loro matrimonio Che il domicilio dei Tenutarj, e le case, ove le alunne sono a famulato, possono essere ancora a lontanissime distanze da Firenze, e in diverse Dioecesi, mentre nei regolamenti non vi è prescrizione, che limiti il luogo, ove lo Spedale può inviare ed accordare a tenuta, o a famulato le sue alunne; e quindi necessitate le medesime a transferirsi a Firenze per eseguire i sponsali, che sempre, ed in ogni caso per sistema inalterabile si stipulano alla presenza dei Ministri dello stabilimento, che in questa brancia sono stati sempre Ecclesiastici, talvolta avviene, che i Tenutarj o i Padroni ricusano di riprenderle per quel tempo, che debbon farsi le proclame, ricusandosi di sorvegliarle, e riprendendole senza aver celebrato il loro matrimonio, potrebbe molte volte travandosi in pericolo l'onestà di queste alunne; di più avvenendo spesse fiate il caso per la loro qualità, che trovino lo sposo nella casa stessa, ove dimorano, verebbero a violare il divieto delle nostre leggi sinodali, della coabitazione sub eodem tecto, nè sarebbe cosa facile di poter sempre ottenere dai rispettivi parochi, o Ordinarj la delegazione, in quanto che non obbligati potrebbero ricusarsi di farla, e molte volte non impreviste circostanze de'luoghi potrebbe non dare luogo sufficiente a dimandarla«, hinc petiit a Sanctitate Sua, »quando occorra secondo l'eposto caso, a volersi degnare di autorizzare il Curato pro tempore di questo Spedale ad assistere (validamente) e lecitamente a tutti i matrimonj delle alunne di questo stabilimento, qualunque sia stato in avanti il luogo del loro domicilio.«

Rogatus Archiepiscopus renunciavit, quae sequuntur: »Sarebbe troppa anditezza il far rilevare alla Sagra Congregazione . . . che non sembrano convincente le ragioni prodotte a stabilire la patria potestà, specialmente in ordine al Sacramento del matrimonio, e che ogni privilegio è cessato. Pare però convenientissimo, che la Sagra Congregazione prenda in considerazione. 1) La sanazione in radice dei matrimonii celebrati alla persenza del Paroco di quello Spedale tra alcuni non abitanti nello Spedale medesimo. 2) La compilazione dei processi sulla libertà di stato, che lo Spedale stesso pretende sugli alunni, che hanno vagato in diverse Dioecesi, perchè i registri dello Spedale stesso ne danno prova, e propongono un risparmio di tempo e di spese; e in ciò si spera, che saranno rispettate le attribuzioni de'rispettivi Ordinarii. 3) Finalmente che sia prevenuto il caso, pria più volte accaduto, che affrettando il richiamo delle alunne allo Spedale pochi giorni innanzi matrimonio, qual Curato pretende, che siano di sua giurisdizione, perchè nell'atto del matrimonio abitano nello Spedale medesimo.«

Ex Concilii Tridentini sanctione debet matrimonium iniri coram proprio parocho; quis autem sit hic proprius parochus disputant Doctores. Et primo generatim

certum est, proprium dici illius loci, ubi contrahentes habent domicilium; in specie vero pendet judicium a cujusque contrahentis domicilii praefinitione. Ex dictis (a Benedicto XIV.) habent EE. VV. juris opportuna momenta, ut primam et alteram petitionis partem librare valeant, an sc. methodus adhuc habita quoad parochum, qui matrimoniis adstitit, legitima fuerit, an servari subinde debeat etiam quoad futurum. Quodsi juri haud consonam decreverint, habent ex facti specie peculiares rationes et adjuncta, ut decernant, an in casu, de quo agitur, sanari mereantur matrimonia ab anno 1810 ad hanc diem contracta ac indulgeri pro futuris matrimoniis ex aequitate expediat. Quaeritur: a) an et quomodo consulendum sit Sanctissimo pro sanatione quoad matrimonia inita? b) an et quomodo annuendum sit precibus quoad matrimonia contrahenda in futurum? S. C. C. resp.: ad a) affirmative ad cautelam pro sanatione in radice cum declaratione legitimatis prolis et facta adnotatione tam in libris Cancellariae Archiepiscopalis, quam brephotrophii; ad b) affirmative in omnibus, dummodo puellae, quae tricesimum quintum annum non excesserint, redeant ad brephotrophium ante matrimonium et acta status liberi conficiantur ab Ordinariis, apud quos commoratae fuerint facto verbo cum Sanctissimo.

Uebrigens kömmt noch aus Monacelli zu bemerken, quod matrimonia puellarum expositarum degentium in conservatoriis seu hospitalibus non debent neque possunt contrahi coram rectoribus seu Capellanis eorumdem locorum, sed coram parocho proprio, in cujus parochia sita praedicta loca reperiuntur, celebranda sunt, ut pluries declaravit S. Congregatio Concilii apud Pignatell. consult. 396. tom. 1. et nuper in Suessana. 7. Septemb. 1697, weßhalb Dr. Knopp richtig erinnert, daß der Hausgeistliche von Waisen- und Findelhäusern und ähnlichen Erziehungs-Anstalten nur dann als parochus proprius quoad matrimonia contrahenda der Häuslinge angesehen werden kann, wenn er in seinem Ernennungsdecrete ausdrücklich als solcher bezeichnet ist; regelmäßiger gesetzlicher parochus proprius ist der Pfarrer, in dessen Pfarrei die genannten Anstalten liegen.

In Betreff der Zöglinge von Erziehungs-Instituten ist die Entscheidung der S. C. C. in Turritan. die 19. Decembris 1648 zu beachten. Educandae valide contrahunt coram parocho Ecclesiae parochialis, intra cujus limites situm est monasterium, ratione nempe quasi-domicilii. Matrimonium contractum a puella, quae existit in monasterio pro educatione, ad crates monasterii coram testibus et parocho Ecclesiae parochialis, intra cujus limites situm est monasterium, validum reputatur, etiamsi parochus fuerit alio praetextu vocatus, nisi aliud obstet. Dagegen spricht sich der Cardinal Prosper Lambertini über die Verehlichung der erwähnten Personen folgendermaßen aus: De virginum matrimoniis sermo est, quae in septis Monialium educantur. De illis profecto nulla habetur controversia, si quivis pareret decreto S. Congregationis causis Episcoporum ac Regularium praepositae, quod his verbis continetur: »Expositum fuit in S. Congregatione nomine Monialium, pravos usus inductos esse contra regularem disciplinam et Monialium quietem ob virgines educandas, quae data fide et viro jam destinatae per consanguineos invitae monasteriis de-

tinentur; Eminentissimi Cardinales juxta decreta generalia aliaque super hac re per Sacram Congregationem edita, ac praesertim die 13. Januarii 1634 et die quoque 9. Novembris 1635 aliisque deinceps temporibus Eminentiae Vestrae has litteras scribendas jusserunt, ut virgines omnes, quae futuras nuptias data fide promiserint, jussu Eminentiae Vestrae, interposita etiam S. Congregationis auctoritate ex monasteriis abeant, licet Ordinario minime subjectis, et ad parentum domos revertantur.« Tunc enim in loco proprii domicilii constitutae procul dubio ad matrimonium ineundum parocho uti debent, cujus ditioni paterna aedes adscita judicabitur. Magno studio curabimus, ut, quae per S. Congregationem praescripta sunt, observentur. Cum tamen id aliquando difficile sit, ideo inquiri debet, utrum in matrimoniis ejusmodi proprius parochus is nuncupetur, in cujus parochia est monasterium, an parochus, in cujus ditione puellae domicilium collocatur. Itaque si puella, quae matrimonii fidem praestitit, in aliaparochia (ejusdem civitatis) domicilium non habeat, tunc parochus, quem primo loco nominavimus, puellam in matrimonium conjunget; si autem (in loco quasi-domicilii) paternum, maternum vel fraternum domicilium habebit, tunc parochus, cui domicilium idem subjicitur, pro conficiendo matrimonio praesens assistet. Nam puella, so erklärt die Sache Clericatus (de Sacram. matrim. decis. 35. n. 15), si ponatur a parentibus in aliquo monasterio Monialium, non censetur deserere domicilium paternum, sed in parochia sui domicilii habere suam habitationem; et ideo si nuptui tradatur, ejus matrimonium celebrandum est coram parocho, sub cujus parochia est domicilium ejus paternum. Und an einer anderen Stelle: Non exigui quoque momenti statutum Romani Cleri existimandum est, quo de juvenibus, qui in Seminariis et Collegiis educantur, sermo instituitur. Nam si vita decedant in iis locis, pecunia pro funeribus ducendis parocho domicilii persolvitur, si domicilium habeant, sin minus, is fructus in eum parochum confertur, in cujus ditione Seminarium vel Collegium constituitur. Nonnulla huic statuto superaddita sunt, quae deinde in peculiari Congregatione per Clementem XI. delecta die 11. Januarii 1702 unanimi consensu probata et ipsius Pontificis oraculo vivae vocis confirmata fuerunt. Inter caetera illud praecipitur, ut non solum in juvenum funeribus, qui in Seminario vel Collegio degunt, sed etiam pro efferendis puellis, quae in monasteriis educantur, et in matrimoniis ipsarum conficiendis eadem ratio ac norma servetur. Publicationes autem matrimoniales fiant tam in parochia domicilii, quam Collegii, monasterii aut Conservatorii, in quo commorantur. In gleicher Richtung heißt es in dem bei der S. C. C. in causa Neapolitana vom Jahre 1767 erstatteten Referate: De puellis educationis causa in monasteriis vel Conservatoriis degentibus recepta est a DD. distinctio. Aut hac aliunde habent proprium domicilium et tunc matrimonium coram parocho proprio domicilii contrahere debent. Aut vero non habent in alia paroecia domicilium et tunc matrimonium contrahendum est coram parocho illius paroeciae, in qua situm est monasterium. Verum in additionibus ad Statut. Cler. rom. cap. 3. de jure eligend. sepultur. §. 9. cautum habetur: »Si scholastici sint exteri vel nullum habeant in Urbe domicilium, ad parochiam, intra cujus fines situm est Colle-

gium, non solum quoad funeralia, sed etiam quoad matrimonia pertinere statuimus. Si vero domicilium in Urbe non habentes ad amicorum vel conjunctorum aedes ratione infirmitatis aliave quacumque de causa, non derelicto tamen Collegio se transtulerint, ibique decesserint, ad parochiam Collegii pertinere declaramus. Hoc idem servandum erit in puellis et aliis, quae educationis vel famulatus, aliave quacumque de causa accidentali in monasteriis aut Conservatoriis degunt, quarum cadavera tumulanda esse mandamus in sepulchro majorum, si habeant, vel in Ecclesia parochiali, intra cujus limites unaquaeque proprium habet domicilium, quatenus absque electione sepulturae decesserint. Si vero sint exterae vel non habeant in Urbe domicilium, servetur, quod de scholasticis supra dictum est, tam in funeralibus quam in contrahendo matrimonio, prout etiam declaratum fuit in Congregatione particulari sub die 19. Januarii 1705.« Declaratio autem haec facta fuit in vim universalis legis (Ursaja, discept. 30. lib. 1. p. 2); ubique proinde servanda pro recta Concilii Tridentini interpretatione; maxime quia in qualibet Concilii Tridentini vel Apostolicarum Constitutionum ambiguitate »sola Urbis consuetudo, velut in conspectu Sedis Apostolicae inducta haberi solet pro lege in universo Orbe et normam Episcopis aliisque inferioribus Praelatis tribuere debet«, ut totidem verbis inquit Rota in Majoricen. parochial. 2. Julii 1708. Scavini meint aber, quod dispositio, cujus meminit Benedictus XIV. (Notific. 33) respicit tantum Statum Romanum, cujus quidem talis est usus, ut educandae, collegiales, familiares ac famuli, si habent domum vel familiam in alia paroecia, ad hanc pertineant tum quoad matrimonium tum quoad funera; proclamationes tamen matrimonii in utraque paroecia fieri deberent. Nach Scavini wäre also die oben angeführte Declaration der S. C. C. in Turritana normgebend, wobei derselbe jedoch bemerkt: Educandae tamen peccant in loco monasterii contrahendo, cum id sit prohibitum a S. Congregatione Concilii 9. Novembris 1635, quae quidem vult, ut dictae puellae exeant e monasterio et in domnum parentum revertantur ibique contrahant. Mit Scavini stimmt Dr. Knopp überein, der ein Quasidomicil annimmt für die Zöglinge einer höheren Lehranstalt, dann für die Zöglinge männlicher und weiblicher Erziehungs-Institute in den Pfarreien, innerhalb deren Grenzen solche Anstalten gelegen sind, zugleich aber auf die weise Vorschrift der S. C. C. sich beruft, zufolge deren solche Personen die pflichtmäßige Rücksicht gegen ihre Familie bei ihrer Eheschließung nicht außer Acht lassen, und daher ihre Ehe vor dem Pfarrer des elterlichen Domicils, wenn nicht ganz besondere Schwierigkeiten dagegen sind, eingehen sollen.

Postremo, so heißt es weiter in der Instit. 33 des Cardinals Lambertini, de famulis et ancillis agendum superest, quae penes dominos vitam traducunt (sermo est de illis famulis, qui Bononiae nati, non modo quasi-domicilium in aedibus domini, sed etiam proprium paternum, maternum aut fraternum obtinent, wie derselbe Cardinal in seiner 88. Unterweisung erläutert und somit Dienstleute bezeichnet, die zu Bologna einen eigentlichen und uneigentlichen Wohnsitz hatten), de quibus idem ac de puellis, quae in monasteriis pro educatione servantur omnino statuendum judicamus. Nam idem Romani Cleri

statutum, in quo de funeribus res est, matrimonia simul complectitur, ac de funere servorum haec decernit: «Familiares et famuli Cardinalium seu aliorum Principium ac Praelatorum nec non aliorum quorumcumque, qui habent domum et familiam in alia parochia, ad illam pertinere statuimus, licet apud dominum infirmentur et occumbant.« Hanc normam (cui ipsa constat Urbis consuetudo, quaeque veluti in conspectu Sedis Apostolicae inducta habetur pro lege in universo Orbe et normam Episcopis inferioribusque aliis Praelatis tribuit, ut monet Rota in Majoricen. parochial. 2. Julii 1708) in civitate ac dioecesi (Bononiensi), cum de matrimoniis agitur, omnino servandam jubemus. Poenae autem in deliquentes arbitrio Nostro statuentur. Am 24. Mai 1788 kam bei der S. C. Concilii die causa Eugubina zur Verhandlung. Der Bischof hatte berichtet, quod parochi in contrarias scinduntur opiniones. Vetus et non interrupta consuetudo in Eugubina civitate fuit, ut puellae famulantes a parocho illius parochiae, in qua famulatum praestant, conjungerentur, praesertim numquam refragante parocho paterni domicilii, et revera in cathedralis Ecclesiae matrimoniorum libro plura exstant exempla usque ab anno 1553 in documentum, quod bis centenariam consuetudinem exhibent. Qui vero contrariam tenent opinionem, asserunt, matrimonium celebrandum esse coram proprio parocho, qui alius esse non potest, nisi parochus domus paternae, ea freti ratione, quod famulae, quum sponsalia contraxerunt, ad paternas remittuntur domos. Der Referent bemerkte, daß hier ganz dieselben Umstände obwalten, wie bei den Frauenpersonen, die in Klöstern erzogen werden. Hinsichtlich der in civitate Eugubina herrschenden Gewohnheit machte er aufmerksam, quod contraria quidem viget Eugubii biscentaria observantia, cujus notissima est virtus, illudque animadversione dignum, quod nulla ante Benedictinam Institutionem erat lex, quae de famularum parocho decerneret. Centenaria autem observantia pro jure et lege in iis, quae non ex scripto descendunt, observari solet. Ponderandum tamen, an Benedictina Institutio, quae Bononiensem respicit civitatem et dioecesim, jus faciat universale. Si accipienda esset pro lege, Eugubinam fortasse consuetudinem laedere posset. Non raro enim haec S. Congregatio similes consuetudines ex nova lege neglexit, ac praesertim in Illerden. 28. Maji 1785 (vergl. die Lehre von der Nuptial-Benediction). Dieß vorausgesetzt, erließ die S. C. C. auf die Frage: »an matrimoniis famularum assistere debeat parochus domicilii paterni, seu potius alter, in cujus parochia puellae famulatum praestant? die Weisung, ut Episcopus per decretum juberet, ut matrimoniis puellarum, quae famultatum Eugubii praestant, assistat parochus domicilii paterni, materni, fraterni ejusdem puellae, quatenus illud habeant in eadem civitate, si non habeant, assistat parochus domicilii, in quo degunt, quatenus in eadem civitate matrimonium contrahant. Scavini bemerkt auch hier: Idem (quod de educandis) de famulis et ancillis valet, quae penes dominos suos quasi-domicilium contraxerunt, qui ideo eo in loco valide matrimonium celebrant.

In dem Olmützer Diöcesan-Rituale kömmt (de Sacramento matrimonii) ein eigener Absatz vor unter der Aufschrift: Decisiones dubiorum circa jus parocho-

rum copulandi desponsatos in diversis occurrentibus casibus. Dort werden folgende Fälle entschieden: 1) Quaesitum fuit, a quo copulandi sint, qui in aulis dominorum ad tempus inserviunt et ibidem permanendi aut domicilium figendi animum non habent? Respondetur: Non a parocho, sub quo tempore servitii morantur, copulandi sunt, sed a parocho originis, nisi obsistat loci distantia, puta viginti plus vel minus milliarium aliaeque circumstantiae rationabiles contrarium suadeant. (Es ist hier die Rede von unterthänigen Personen, die in früherer Zeit verpflichtet waren, eine Zeit hindurch auf den Meierhöfen ihrer Herrschaften in ein Dienstverhältniß zu treten, welche Verpflichtung ein Ueberbleibsel der ehemaligen Leibeigenschaft war und dermalen bereits aufgehört hat). — 2) Contingit frequenter, quod domini alias Olomucii vel Brunae degentes sua dominia visitent, ibidemque alicui puellae ex gynaeceo nuptias facere cogitent, ideoque instent, ut loci parochus copulet. Quid agendum? Respondetur: Cum domini in dominiis suis ubique domicilium fixum habeant et familia censeatur sortiri forum dominorum, si tanto tempore subsistant in dominiis, ut trinae promulgationes fieri possint, copulentur (vergl. den vorhin bezogenen §. 43 der Anweisung für die geistlichen Gerichte Oesterreichs). — 3) Quaeritur, a quo sponsus et sponsa copulandi sint, qui in aliquo loco serviunt, ibidemque domicilium figere cogitant, origine autem aliunde sint? Respondetur: ab eo parocho copulandos, ubi majori temporis parte permanserunt et Sacramenta perceperunt (vergl. §. 43 der Anweisung). — 4) Quid, si sponsa v. g. Brunae inserviisset potiori ex parte, parentes autem sponsae Olomucii degentes, vellent eam Olomucii elocare; ad quem parochorum spectabit copulatio? Respondetur: Si sponsalia solemniter contracta sint Brunae, ad Brunensem curatum copulatio spectabit, quia ibi per servitium domicilium fixit. Si vero sponsa, ubi inserviit, nulla sponsalia contraxit, et veniens, ponamus Olomucium, ad locum originis, ubi parentes aut cognati sunt, sponsalia contrahat, tunc copulatio ad Curatum Olomucensem seu originis spectabit. Haec resolutio intelligenda est, si sponsa in loco parentis aut ex paritate rationis alibi, quam ubi antea inserviit, domicilium fixura sit. Quod si sponsa ad eumdem prioris sui domicilii parochum redire velit et solummodo visitationis causa parentes vel amicos accessit, talis non censetur domicilium reliquisse, ideoque copulatio spectabit ad parochum domicilii. Imo esto, sponsa ex servitio abeat cum animo domicilium figendi alibi, si tamen tempore servitii sui sponsalia contraxit, copulatio ad parochum domicilii, ubi servierat, pertinebit. Nec refert, an intra, an extra illius limites sponsalia contraxerit, per hoc enim a jurisdictione ordinarii sui non eximitur. Quia, si domum post contracta sponsalia ex servitio abeat, jam ut sponsa abit, et parochus domicilii habet jus acquisitum in illam, ut sponsam (vergl. §. 43 der Anweisung).

Allein diese Entscheidungen beseitigten nicht alle sich ergebenden Zweifel über das Copulations-Recht der Pfarrer, weßhalb eine erläuternde Verordnung des Olmützer Consistoriums vom 10. März 1767 des Inhaltes nachfolgte: Indigne ferimus tot tantasque dissensiones inter Curatos, qui occasione decisionis dubiorum Ritualis Olomucensis tribunal nostrum indesinenter infestant et causam sat

dilucidatam inanibus dubiis involvunt ac resolvendam proponunt; membra enim quatuor decisionum adeo clara idioma latinum callenti cernuntur, ut ulteriore declaratione sui opus non habeant, sed per modum principii ad solvendos obvios casus deservire possint. D e c i s i o p r i m a. Sponsa Brunae inserviens relicto servitio Olomucium ad parentes animo cum sponso post nuptias Olomucii domicilium vel quasi-domicilium figendi rediens, matrimonium coram parocho Olomucensi tamquam proprio contrahere debet. Unde quisque concludet: sponsa, quae novem annis sub parochia A. inserviit, resignato servitio et decreto quasi-domicilio ad parochiam B. transiens ibidem cum sponso permansura, non a priore parocho servitii, sed altero habitationis copulari debet, etiamsi prius sponsalia contraxisset; sponsalia enim vel promulgationes non inducunt domicilium, nec parochianum efficiunt. D e c i s i o s e c u n d a. Si tamen sponsa haec Brunam redire velit, esto parentes Olomucii visitando sponsalia contraxerit, coram parocho Brunensi matrimonium celebrabit, quia domicilium et parochiam Brunensem non deseruit, ex quo clarius elucescit, sponsalia ad solemnisandum in loco matrimonium nullum vinculum superinducere, sed solum domicilium, quod sicut animo seu perpetuo seu majore aut notabili anni parte habitandi sine facto actualis habitationis non acquiritur, ita nec amittitur, nisi corpore et animo locus habitationis deseratur. D e c i s i o t e r t i a. Multo magis talis sponsa coram parocho Brunensi matrimonium inire debebit, si in loco servitii Brunensis post nuptias habitare constituat, quamvis sponsalia Olomucii solemniter contraxisset. Ex iisdem ergo principiis bene fluit d e c i s i o q u a r t a. Si sponsa usque ad contractum matrimonium in servitio vel loco servitii permanere intendat, coram parocho, cui locus servitii subest, copulanda est; esto post contractum matrimonium alibi domicilium constituere et ad aliam parochiam transire velit, vel prius post contracta sponsalia ad locum constituendi domicilii parandarum nuptiarum causa excurrerit; necdum enim prius domicilium et parochiam dimisit, nec novum deficiente facto habitationis sola destinatione subinde post nuptias ibidem habitandi acquisivit. — Membra igitur haec ita distributa et rationibus juris firmata nullum ambigendi locum curionibus relinquunt, dilucide enim docent modum domicilium, consequenter et jura parochialia acquirendi vel amittendi; domicilium enim, uti praemissum est, seu verum, seu quasi tale basis et fundamentum est unicum juris parochialis ad effectum legitime contrahendi matrimonii, ita ut semper concludendum sit: Sponsi vel sponsae cessante domicilio non sunt mei parochiani, ergo coram me matrimonium contrahere nequeunt; vicissim sponsa domicilium suum parochiale necdum deseruit, ergo tamquam parochiana mea me assistente copulari debet. An autem animus quasi-domicilium figendi et prius deserendi subversetur, ex conjecturis et circumstantiis et praecipue fine desumendum est. Quae omnia resectis quibusdam terminis Ritualis, qui minus intelligentibus occasionem dubitandi praebuerunt, eo fine recapitulanda duximus, ut tandem inanibus controversiis et altercationibus finis imponatur.

Aus Scavini kömmt noch Folgendes zu bemerken: I n f i r m i e x t r a n e i extra casum praecisae necessitatis non possunt contrahere coram parocho, in

cujus loco hospitale situm est. At possunt (ex S. C. C. 22. Aprilis 1622), si ibi jam domicilium vel quasi-domicilium contraxerunt. Dazu erinnert der Cardinal Prosper Lambertini (Instit. 88): Facultate licentiam assistendi matrimonio concedendi utuntur Episcopi, cum matrimonia fiunt in nosocomiis, Capellanis nimirum concedentes, ut parochi munere fungantur ob eam videlicet causam, ut controversiis aditus occludatur, quae inter illos ac parochos haberi frequenter consueverant, aut etiam ipsos inter parochos, in quorum nempe ditionibus aut domicilium haberet aegrotus aut nosocomium positum esset. Und an einer andern Stelle derselben Unterweisung: Quisnam eligi debeat, quo praesente matrimonium in xenodochiis peragatur, inter Capellanos (xenodochiorum) et parochos, in quorum ditione sita sunt xenodochia, magno studio contenditur. Itaque praecipimus, ut quoties haec eveniant, statim nos de more certiores faciant, ut statuamus, qui matrimonio celebrando intersit, ac diligenter caveamus, ut necessarium hujus rei momentum in actis descriptum conservetur (vergl. auch §. 199 de testimonio status liberi).

Hinsichtlich der Eingekerkerten verfügt derselbe Cardinal Folgendes: Accidere potest, ut carceribus detenti matrimonium poscant. Superiori tempore, ut accepimus, res peracta fuit coram parocho, in cujus ditione carceres positi sunt. Nos profecto in examen revocare nolumus, quae jam diuturnitate temporis invaluerunt. Nam ut jam inita matrimonia rata firmaque sint, sufficit, si eadem minime ignoraverit, imo pertulerit, atque ideo permiserit is, qui eo tempore sapienter hanc Ecclesiam administrabat, quemadmodum Concilium Tridentinum his verbis asseruit: »Qui aliter, quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia etc.« Duobus ac sane diversis modis carceribus inclusi tenentur. Aliqui perpetuo vel ad certum tempus, non quidem pro custodia, sed pro poena in carcerem conjiciuntur, quorum parochus is dicitur, in cujus parochia carceres collocantur (in hoc enim casu carceratus in illa parochia acquirit domicilium). Alii vero pro custodia solum in carcerem detruduntur, donec ipsorum causa judicis sententia cognoscatur; horum parochus is judicandus est, ubi domicilium situm habent, non autem parochus, ubi carceres positi sunt, cum ipsi nihil magis expetant, quam ut dissolutis vinculis paternas aedes revisant. Cum haec ita sint, in celebrandis ejusmodi matrimoniis, parochus proprius accersendus est. Accedit S. Concilii Congregationis decretum die 26. Maji 1707 in causa Farfensi matrimonii promulgatum insertumque Cleri romani statutis. Quamobrem illi, qui carceribus perpetuo vel ad certum tempus includuntur, si matrimonium exposcant, intersit parochus, cujus parochiae carceres subjiciuntur; si qui vero loco custodiae carceribus detinentur, horum administri prius moneantur, ut si forte in alia parochia domicilium habeant, diligenter perscrutentur, et si id deprehendant, rursus inquirant, utrum aliquae causae intercedant, ob quas allata superius norma praetermitti possit ob facultatem, quae, ut dictum est, in Episcopos a Tridentina Synodo confertur; ob eamdem rationem praemonendi sumus, si advena inclusus carcere aliquam ex hac civitate vel dioecesi mulierem in matrimonium deposcat. In derselben Richtung sagt Scavini: Exteri carceribus detenti non

possunt ibi contrahere, si custodiae tantum causa ibi detineantur. At possunt, si ibi ad poenam sit carcer ad debitum tempus eis assignatus. Auch nach Dr. Knopp besteht ein Quasidomicil für die Sträflinge in Arbeits- und Zuchthäusern in den Pfarreien, worin diese Häuser liegen. Es muß jedoch ausdrücklich bemerkt werden, daß rücksichtlich des Domicils solcher Personen, welche nur zur Sicherheit in Haft gebracht worden sind, keinerlei Anwendung eintritt, so lange deren Verurtheilung auf lebenslängliche oder zeitweilige Kerkerstrafe noch nicht erfolgt ist. In Oesterreich wird der Fall der Eheschließung einer zur Kerkerstrafe verurtheilten Person nicht leicht vorkommen, zumal das bürgerliche Ehegesetz (vergl. §. 193) die Verurtheilung zum Tode oder zum schweren Kerker als ein bürgerliches Eheverbot angesehen und behandelt wissen will.

Im Allgemeinen hat das Wiener FE. Ordinariat unter dem 21. December. 1856 folgende Anordnung getroffen: „Da die Frage, ob ein Ort die rechtliche Geltung eines uneigentlichen Wohnsitzes habe, von mannigfach sich kreuzenden Verhältnissen abhängt und allgemeine Bestimmungen nicht hinreichen können, um in jedem gegebenen Falle den Zweifel auszuschließen, da ferner mehr als die Hälfte der Mir anvertrauten Gläubigen in der Hauptstadt und ihrer nächsten Umgebung wohnt, wo die Frage des uneigentlichen Wohnsitzes von besonderer Wichtigkeit ist, so verordne Ich, wie folgt: Wenn Jemand in der Erzdiöcese Wien einen eigentlichen Wohnsitz hat, so darf kein Pfarrer Meines Kirchensprengels, in dessen Bezirke derselbe einen uneigentlichen Wohnsitz hat oder in Anspruch nimmt, die Trauung vornehmen, ohne von Mir oder von dem Pfarrer des eigentlichen Wohnsitzes hiezu die Erlaubniß erhalten zu haben. Die Verletzung dieser Vorschrift schadet zwar an sich betrachtet der Giltigkeit der Ehe nicht, doch ist der betreffende Pfarrer dafür verantwortlich. Dagegen soll der Pfarrer des eigentlichen Wohnsitzes ohne wichtige Gründe, welche er Meinem Generalvicariate vorzulegen hat, dem Pfarrer des eigentlichen Wohnsitzes die Erlaubniß zur Vornahme der Trauung niemals versagen.

§. 261. Praktische Fälle, betreffend die Erklärung der Einwilligung in die Ehe coram parocho proprio.

1) F. et B. statu libero in Episcopali Curia probato, quum parochum ad denunciationes procedere jubere peterent, interrogati a Notario, quis eorum parochus esset, falso, per errorem tamen ac sine contemtu clavium, parochum S. Demetrii esse responderunt, in cujus parochia jam pridem habitaverant, sed tunc temporis non habitabant. Qui peractis denunciationibus solita ab Ordinario licentia instructus, ut adesse posset matrimonio contrahendo inter F. et B. ejusdem parochiae, consensum recepit. Quum vero F. postea de hujus matrimonii validitate dubitare coepisset et Theologorum consilio fretus consensum coram proprio parocho et duobus testibus renovandum censeret, a B. ad quaestionem: an casu, quo non esset ipsius conjux, vellet matrimonialiter sibi copulari? responsum habuit absolute negativum. Nihilominus habita nuper notitia, quod inter declarationes desumptas ex bibliotheca Cardin.

Bellarmini et typis impressa ad cap. 1. Sess. 24. de reform. matrim. exstat infra scripta: »Licet non proprius parochus, sed alius de consensu Episcopi, intersit, matrimonium tenet, etiamsi Episcopus credat, fuisse vocatum parochum,« spem aliquam validitatis matrimonii concepit; sed ad omnem dubietatem removendam supplicavit declarari: An matrimonium inter ipsum et B. contractum fuerit validum? S. Congregatio rescripsit affirmative; 9. Septembris 1684. (vergl. hierüber Nicollis, tom. 2. lit. M. §. 2 n. 21. und lit. S. §. 3. n. 66).

2) Causa Salisburgen. matrimonii, die 16. Junii 1696. Initis sponsalibus inter Martinum et Catharinam, matrimonium publice contrahere volentes, filii Martini ex prima uxore suscepti opposuerunt impedimentum affinitatis ex illicita copula secuta inter unum ex dictis filiis et sponsam, quod formiter probatum exstitit per examen dicti filii et aliorum filiorum ex auditu dictae sponsae, quae tamen factum negabat. Lata proinde sententia pro denegatione matrimonii, praedicti Viennam se transtulerunt, ibique coram parocho alieno, sine proprii licentia, publice matrimonium inierunt et consummarunt. Hinc delata causa ad Urbem, fuit primo injunctum praeceptum de non cohabitando, ac propositis dubiis: a) an matrimonium hujusmodi fuerit validum, et quatenus negative, b) an devenire liceat ad novam illius celebrationem absque Apostolica dispensatione? S. C. C. resp. ad a) negative; ad b) »firmo remanente praecepto, habeatur melior informatio super impedimento affinitatis.« Quoad primum, tale matrimonium haud dubie erat nullum, utpote celebratum coram non proprio parocho contra dispositionem S. Concilii, quae in illis partibus est recepta. Nec ex quo habitarent Viennae, proprius parochus ille dici poterat, quia ad hunc effectum opus fuisset, ibidem acquisivisse domicilium cum animo permanendi, et licet allegaretur bona fides resultans ex assertione illius parochi, asserentis se habere legitimam potestatem assistendi, ut innuit Rota decis. 99 num. 13 cor. Seraphin. et decis. Panimol., tamen casus harum decisionum est diversus, quia parochus ibi testabatur de licentia Ordinarii (Nicollis).

3) Causa Bovinen. matrimonii, die 7. et 28. Septembris 1697. Marcus Atello natus in civitate Bovini post defunctam primam ejus uxorem in civitate S. Severi consuetudinem habere coepit in oppido Foggiae dioecesis Trojanae cum Joanna Spera muliere conjugata, quam in statu concubinatus ibidem retinuit spatio annorum septem. Reversus postmodum ad patriam una simul cum dicta Joanna continuavit in eodem concubinatu per alios quindecim annos, venditans apud omnes, dictam Joannam esse sibi in matrimonio junctam. Comperto autem per Decanum curatum Cathedralis, nullum inter eos exstare matrimonium, injunctaque per Episcopum separatione, decreverunt inter se ad illud realiter devenire. At non habentes fidem obitus primi viri praefatae Joannae, ambo de mense Octobri 1692 Foggiam se contulerunt animo contrahendi inibi matrimonium, eoque secuto illico repetendi Bovinum, ut coram testibus fide dignis et tota vicinia declararunt. Sed postquam commorati fuerant per paucos dies in dicto loco, simulata per Marcum mortali infirmitate, praevio examine trium testium super statu libero utriusque, praemissis duabus tantum denuncia-

tionibus, fuerunt de licentia Episcopi in matrimonium copulati ab Archipresbytero illius loci. Biduo post reversi ad civitatem Bovini exhibuerunt fidem hujusmodi matrimonii coram Decano Cathedralis, qui dubitans de ejus validitate tamquam contracti in fraudem parochi proprii domicilii, recursum habuit ad hanc S. Congregationem pro declaratione, datisque litteris ad Episcopos Trojanum et Bovinensem, cum eorum relationes inter se discordant, asserente primo, dictos conjuges domicilium contraxisse in Terra Foggia per decennium et ultra inibi habitando et ulterius dictam Joannam numquam alteri viro junctam fuisse; altero vero referente, illos habere domicilium Bovini a quindecim annis et ultra et praesertim de tempore contracti matrimonii, et insuper dictam Joannam in virum habuisse Franciscum Rampam, de cujus obitu non constabat, necessarium fuit ad eruendam veritatem, exquirere informationem Episcopi Asculani in Apulia, qui ex ore proprio ejusdem Joannae confirmavit in omnibus relationem Episcopi Bovinensis. Ortaque ex dictis relationibus polygamiae dubitatione, causa remissa fuit ad S. Congregationem Supremae Inquisitionis, quae postquam factis variis diligentiis compertum habuit, virum praefatae Joannae jam decessisse anno 1673, causam denuo remisit ad S. Congregationem. Quare hodie ad instantiam dicti Decani Bovinensis, utroque conjuge monito, sed ratione paupertatis non informante, decernendum superest: An matrimonium contractum inter Marcum et Joannam in casu, de quo agitur, sustineatur? S. Congregatio distulit propositionem; dein die 28. Septembris 1679 respondit negative et ad mentem, quae est, ut insinuetur Episcopo, ut curet renovari matrimonium coram proprio parocho.

4) Causa Mutinensis, die 18. Novembris 1702. Matrimonium inire cupientes vir quidam et mulier, ab Ordinario dispensationem super tribus denunciationibus reportarunt cum facultate assistendi matrimonio directa parocho loci, ubi uterque habitabat. Cujus loci nomen a scriptore abrasum fuit et loco illius positum nomen urbis, in qua uterque natus erat; quare parochus proprius habitationis videns, facultatem sibi non esse directam, coram se matrimonium celebrare non permisit, sed eam remisit ad parochum loci utriusque nativi, coram quo matrimonium per verba de praesenti ac servata forma S. Concilii Tridentini contraxerunt. Deinde discesserunt et mulier cum alio viro, praevia falsa testium depositione super ejus statu libero et ommissis denunciationibus, coram parocho matrimonium inivit. Prius illud matrimonium declaratum fuit nullum.

5) Causa Neapolitana matrimonii, die 8. Julii 1719. Caecilia Sannini matrimonium contraxit cum Laurentio Appetito coram parocho S. Catharinae in Foro Magno Civitatis Neapolitanae. Cum autem post aliquot dies cohabitationis Laurentius fugam arripuisset, Caecilia aliud matrimonium contraxit cum Januario Avitabile, cum quo tres liberos procreavit. Secundum matrimonium fuit contractum absque eo, quod nec certus advenisset nuntius de morte primi viri, nec rumor ullus de eadem morte praecessisset ; adeoque post aliquot annorum intervallum, cum Laurentius vir rediisset ad civitatem Neapolitanam, exorta est controversia super nullitate primi vel secundi matrimonii, et

a Curia Archiepiscopali primum fuit declaratum validum delataque causa ad hanc S. Congregationem; de hac eadem re in praesenti est inquirendum. Contendit Caecilia, validum esse secundum matrimonium et per consequens primum nullitate laborare, utpote contractum coram parocho S. Catharinae in Foro Magno, qui nec erat suus, nec Laurentii Appetiti parochus; dicit etenim Caecilia, suum parochum fuisse illum S. Mariae ad Cancellos et parochum Laurentii fuisse illum S. Mariae de Rotunda, in quo rerum themate matrimonium cum Laurentio contractum, utpote non contractum coram parocho sponsi aut sponsae, dici debet, quod fuerit nullum, juxta Concil. Trident. Sess. 24. cap. 1 de reform. matrim. Absque eo, quod quidquam facere valeat, quod ejusdem Caeciliae fratres habitarent in parochia S. Catharinae et quod in eadem parochia fuerint factae denunciationes, quandoquidem ex domicilio fratrum non infertur domicilium sororis et praesertim, quando, prout in casu praesenti, soror, hoc est, Caecilia, probat, se habitasse seorsim a fratribus cum Joanna Amita, quod ipsum videtur esse dicendum, etiam loquendo de denunciationibus, cum novum non sit, quod denunciationes fiunt matrimoniales etiam in parochiis, in quibus sponsi non habitant, dummodo in dictis parochiis aliqui adsint, qui de impedimentis possint habere notitiam. His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere: »An matrimonium contractum per Caeciliam Sanninam cum Laurentio Appetito coram parocho S. Catharinae in Foro Magno sustineatur in casu etc.? Resp. Dilata et Archiepiscopo Neapoli juxta instructionem.

6) Causa Caesenaten. seu Forolivien. matrimonii, die 20. Februarii 1723. Antonius Romagnolus Caesenas captus amore Angelae de Nave, filiae Silvii pariter Caesenatis et Barbarae Bricciole Foroliviensis, anno 1722 tempore bacchanalium ex improviso a domo paterna et patria aufugit, nec umquam sciri potuit, ubi moraretur, nisi postquam ex ejus litteris scriptis ad Burghesium Romagnolum suum patruum deprehensum est, eum esse in domo rurali territorii Montiani; et cum in iisdem litteris patruum exorasset, ut accederet ad se liberandum, ex quo non habeat intentionem, Angelam ducendi in uxorem, uti dictae Angelae consanguinei exoptabant, patruus ad locum accessit et nepotem liberavit et eum secum duxit ad civitatem Caesenatensem. Post lapsum nonnullorum dierum Antonius iterum aufugit et petiit civitatem Foroliviensem, quam Angela etiam petiit et Antonius se recepit in conventum Patrum Carmelitarum discalceatorum et Angela in domum Mariae Randaninae de Bricciolis suae aviae maternae et tutricis, uti dicitur, propter transitum matris ad secunda vota. Post haec Angela et Antonius per apocham subscriptam coram quinque testibus sponsalia contraxerunt et in dicta apocha Angela medio juramento declaravit, se venisse Forolivium, ut ibi domicilium eligeret, protestando se velle in futurum vivere sub tutela et cura suae aviae maternae; sed cum Episcopus Caesenae requisitus pro fide status liberi eam transmittere recusaverit, et Eminentissimus Ravennae Legatus praeceperit Angelae, ut haberet domum pro carcere et ab ea non discederet, et Episcopus Forolivii parocho S. Blasii inhibuisset, ne se in hoc matrimonio ingereret absque praeviis justificationibus status liberi, Angela et Antonius ad Ecclesiam parochialem S. Blasii ex impro-

viso devenerunt; Angela enim post supradictum praeceptum Cardinalis Legati se receperat in cubiculum ejusdem parochialis parum distantis a domo, in qua praecedenter habitaverat, et coram duobus testibus et parocho, fidei rudimenta et doctrinam christianam puellis explicante, per verba de praesenti se conjuges esse declararunt. Contracto hoc matrimonio exortaque super ejus validitate controversia, eadem delata est ex rescripto Sanctissimi ad hanc Sac. Congregationem; cumque Antonius et Angela post emissam declarationem per publicum documentum, in quo dixerunt, se sponte et absque ulla seductione vel fraude aut minis matrimonium contraxisse, se transtulissent ad Terram Bagnacavalla, sub dioecesi Emmi Episcopi Faventini, datae fuerunt ad ipsum litterae, ut informaret et omnibus remediis juris cogeret, ut Angela et Antonius viverent separati, et ut Antonius reponeretur in loco tuto ad effectum, ut suam liberam explicaret voluntatem, superventisque dictis Emmi responsionibus, in quarum prima ait, Antonium se explicasse, quod matrimonium liberrime contraxerat, et in secunda refert, dictum Antonium in exteras et ignotas regiones abductum fuisse, disputanda in praesenti proponuntur bina dubia, quorum alterum respicit validitatem vel invaliditatem matrimonii, et alterum subministrationem alimentorum et sumptus litis; cumque totum quaestionis pondus consistere videatur in examinando, an parochus, coram quo contractum fuit, esset proprius Angelae parochus, contendentibus illis, qui scribunt pro validitate matrimonii, parochum talem esse censendum, tum propter domicilium ab Angela in ejus parochia contractum, tum quia ad rem, de qua agitur, is dicitur proprius parochus, in cujus parochia tempore contractus contrahentes habitabant, et potissimum quando propter impedimenta, quae timebantur, non potuit contrahi matrimonium in parochia, in qua conjuges antecedenter degebant, et e contra contendentibus illis, qui scribunt pro nullitate, domicilium fuisse fictitie et sine animo et sic nullo modo contractum, et parochum proprium pro matrimonio non esse, nisi illum in cujus parochia alter ex contrahentibus verum habet domicilium: mei muneris esse censui, nonnullas antiquas et recentes Sac. Congregationis declarationes adferre, ut tutum in hac gravi controversia ab EE. VV. ferri possit judicium. Quaeritur itaque: a) an matrimonium sustineatur in casu etc.? b) an et pro qua summa sint administranda alimenta et sumptus litis in casu etc.? Sacra Congregatio Concilii respondit: Ad primum affirmative; ad secundum affirmative arbitrio Emmi Praefecti. In hac causa in tantum responsum fuit pro validitate matrimonii contracti in civitate Foroliviensi a viro et muliere Caesenatibus, qui ad effectum illud contrahendi Caesena discesserant et Forolivium petierant, in quantum mulier ante matrimonium solemniter declaravit, se domicilium eligere in civitate Foroliviensi, quod etiam fieri posse ab ipsa existimatum fuit, cum avia materna esset dictae mulieris tutrix et curatrix et haec in civitate Foroliviensi habitaret.

7) Causa Firmana matrimonii, die 24. Aprilis 1723. Bartholomaeus Cordella e civitate Firmi cupiens matrimonium contrahere cum Clara Paradisi e civitate Montis Alti devenit ad subscriptionem capitulorum matrimo-

nialium, quae nedum ab ipso, sed etiam a Laurentio patre Clarae subscripta fuerunt. Deventum deinde fuit ad probationem status liberi utriusque sponsi et subsequenter ad denunciationes in parochialibus Ecclesiis et in eo, quod attinet ad parochiam S. Zenonis civitatis Firmi, quae erat parochia Bartholomaei, expletae fuerunt omnes tres denunciationes, et in eo, quod spectat ad parochiam Montis Alti, sub qua Clara degebat, prima denunciatio expleta fuit, sed ad alias deventum non est propter impedimentum, uti asseritur, praestitum a Sebastiano Colombono, fratre Episcopi Montis Alti, qui cupiebat eamdem Claram ducere in uxorem. Laurentius Clarae pater abhorrebat a nuptiis filiae cum dicto Sebastiano, adeoque ut eam averteret a praedicto matrimonio, quod exoptari dicebatur tam a Sebastiano quam ab Episcopo ejus fratre, se transtulit una cum ipsa ad Montem Gibertum, dioecesis Firmanae, ea intentione, ut filia permaneret in domo Hieronymi Morigi sui leviri, usquequo matrimonium contraheret, etiamsi oporteret, quod in dicta domo quatuor annis permaneret, ad quem effectum Clara secum detulit omnia pro suo usu necessaria. Accessus hic ad Montem Gibertum contigit mense Julii 1722 et parochus Montis Giberti testatur, sibi fuisse a Hieronymo Morigio confidentialiter dictum, Claram in sua domo esse permansuram, usquequo matrimonium contraxisset. Testatur idem parochus, suam Ecclesiam fuisse a Clara habitam tamquam propriam parochiam, habitaque a se notitia sponsalium ab ipsa contractorum cum Bartholomaeo, se fecisse eam examinare tam super rudimenta fidei, quam super vera voluntate. Nonnulli menses elapsi sunt, absque eo, quod aliquid fuerit gestum. At die 8. Novembris ejusdem anni, cum Bartholomaeus et Clara ex improviso ad Ecclesiam accessissent, coram parocho, qui confessiones excipiebat, alta voce mutuum expresserunt consensum de matrimonio, quod tunc contrahere intendebant, uti colligitur ex depositione testium, qui dicto actui intervenerunt. Post haec consummatum fuit matrimonium, cumque Promotor Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Firmanae praetenderet, illud nullum fuisse sub obtentu, quod fuerit contractum coram non proprio parocho alterutrius ex contrahentibus, vel ad minus illicitum fuisse, utpote contractum absque denunciationibus et sic largo modo clandestinum, devoluta causa ad hanc S. Congregationem, disputantur bina dubia: a) an constet de validitate matrimonii in casu etc.? et quatenus affirmative, b) an et quae poena sit imponenda conjugibus in casu etc.?

Quoad punctum nullitatis nihil occurrit notatu dignum, cum in Congregatione habita die 20. Februarii 1723 occasione causae Caesenaten. seu Foroliviens. matrimonii deductae fuerint omnes theoriae DD. et resolutiones hujus S. Congregationis circa parochum, coram quo contrahendum est matrimonium, ut illud sit validum, hoc tamen intercedente discrimine inter causam Caesenatensem et hanc, de qua nunc agitur, quod in prima alter ex conjugibus instabat pro nullitate matrimonii, et in hac tam vir, quam femina instant pro validitate. Quoad aliud vero punctum matrimonii largo modo clandestini, utpote contracti non servato ritu Ecclesiae, Bartholomaeus et Clara admittere videntur, se poenitentiam salutarem mereri, exclusa quavis poena corporis afflictiva et signanter, quia ipsorum intentio fuit, praemittere denunciationes, nisi interpositum fuisset

impedimentum juxta ea, quae in superioribus dicta sunt; et quia in Constitutionibus synodalibus imponitur poena excommunicationis adversus consummantes matrimonium, non praemissis denunciationibus, respondetur, id non esse absolute statutum, sed quatenus parochus conjuges admonuerit, ne ad consummationem deveniant, quae admonitio non fuit facta a parocho Montis Giberti, ut ipse testatur. S. Congregatio respondit ad dubia superius proposita: ad 1) affirmative; ad 2) esse solvendam aliquam eleemosynam Ecclesiae parochiali Montis Giberti arbitrio Emmi Praefecti et amplius. Emmus Praefectus subinde decrevit, praefatam eleemosynam solvendam esse in scutis decem.

8) Causa Leopoliensis matrimonii, die 10. Junii 1724. Regius Princeps Constantinus Sobieski, filius gloriosissimi Joannis III., Poloniae regis, cum dubitare coepisset de validitate matrimonii a se contracti die 16. Novembris 1708 in civitate Gedani cum Comitissa Josepha de Wessell, praeclarae nobilitatis virgine, et subinde consummati, habuit recursum ad Sedem Apostolicam, quae per Breve causam delegavit Archiepiscopo Leopoliensi, qui sententiam tulit, in qua validum fuisse declaravit matrimonium, Principemque cohaerenter condemnavit ad praestanda Comitissae obsequia matrimonialia uti suae legitimae conjugi. Delata fuit subsequenter causa ad hanc S. Congregationem, disputatoque die 20. Septembris 1715 sequenti dubio: »an matrimonium esset validum?«, affirmativum prodiit responsum, informante tantum Comitissa, et Principe jura sua deducere negligente, et in sequelam mox memorati rescripti, prodiit coram A. C. decretum super ejus executione, taxatis alimentis nobili mulieri suppeditandis in annuis taleris 6000; assumtoque subinde inter partes quodam tractatu amicabilis concordiae, res eo devenit, ut, constituto annuo proventu librarum 16000 monetae Franciae super vectigabilus illius regni favore Principissae duraturo usque ad exitum causae, indulta fuerit Principi facultas jura sua experiendi in quocumque tribunali super praetensa nullitate matrimonii; quocirca iterum delata causa ad hanc S. Congregationem cum clausula, ut procederet cum voto Rotae, propositum fuit in dicto auditorio die 6. Martii 1722 dubium: »an matrimonium sustineretur?«, omnibusque suffragantibus responsum fuit affirmative (»satis enim esse, ut matrimonium coram parocho alterius ex conjugibus ineatur, et habitatio localis ad effectum, ut parochus istius valide contrahentes conjungere in matrimonium possit, non requiritur, ut ex longa permanentia sit contracta, sed per duos menses sat est juxta S. Congregationis Concilii resolutiones, quas hoc nostrum tribunal reverenter suscipere et semper sequi passim protestatur«), et quia D. Principis defensores in eadem audientia instabant pro concessione Remissoriae et subdelegatione judicis in partibus, rescriptum fuit: ad mentem, quae fuit, ut opportunum super ea re dubium proponeretur, uti colligitur ex decisione edita die 6. Martii 1722 coram Rmmo Lancetta Decano.

Ad tramites rescripti Rotalis institutum fuit particulare examen super concessione Remissoriae et admissione Positionum, adeoque proposito die 4. Maji 1722 subsequenti dubio: »an esset concedenda Remissoria, et an et quomodo

essent admittendae Positiones?« responsum fuit: »negative quoad concessionem Remissoriae et quoad admissionem Positionum, affirmative juxta modum«, et modus fuit, ut non retardato cursu causae admitterentur Positiones clausae et sigillatae, sed postquam ab aliquo ex auditoribus Rotae in causa suffragaturo et ab ipso Ponente Positiones examinatae et recognitae fuissent (decis. die 4. Maji 1722 coram Rmmo Decano).

Petita fuit a Principe nova audientia eademque fuit concessa quoad Positiones tantum; cumque in Rota habita die 15. Martii 1723 nulla ob suffragiorum scissuram capta fuisset resolutio die tandem 14. Maji 1723 proposito consueto dubio, »an esset standum vel recedendum a decisis?« responsum fuit: »pro persistentia in decisis juxta modum«, et modus fuit, quod Positiones darentur apertae et quod a Ponente eae resecarentur, quae impertinentes aut captiosae visae fuissent, et ad formam istarum resolutionum S. Rotae auditorium demandavit, causam expediri super denegatione Remissoriae et Positionum admissione et subsequenter deventum fuit ad causae expeditionem, hoc est ad prolationem sententiae, nec non ad exhibitionem voti, in quo dictum est, Sacram Rotam esse in sensu pro denegatione Remissoriae et admissione Positionum modo mox exposito.

Secuta voti editione Principis defensores insteterunt coram me (S. Congregationis Secretario), ut dubium subscriberem super executione vel non executione voti; cumque ipse responderim, aliud esse decisionem, aliud sententiam et aliud esse votum, nec S. hanc Congregationem posse in hac causa procedere, licet edita esset decisio et prolata foret sententia, nisi votum ulterius exhibitum fuisset, fuit a praedictis defensoribus coram me justificatum, nedum Rotam edidisse decisionem et protulisse sententiam, sed etiam votum exhibuisse novaque a me subinde excitata difficultate, quod decisio, sententia et votum non respiciebant validitatem matrimonii, cujus judicium adhuc in Rota pendebat, sed Remissoriam tantum et Positiones, in quo rerum themate congruum videbatur, ut causa in hac S. Congregatione proponeretur, cum ex una parte iidem Principis defensores causam dicerent esse in hac S. Congregatione radicatam et ad eam consequenter pertinere, ut inspiceret de subsistentia vel insubsistentia voti Rotalis, sive illud pertineret ad validitatem matrimonii, sive ad Remissoriam et Positiones, et ex alia parte Principissae defensores saepius auditi consensum praestarent disputationi dubii super Remissoria et Positionibus in hac S. Congregatione, ne dubitare viderer de jurisdictione, de qua partes ipsae non dubitabant et proposita a defensoribus Principis ratio penes me esset maximi momenti, deveni tandem ad subscriptionem sequentis dubii: »An votum Rotale super denegatione Remissoriae et Positionum clausarum sit exequendum, vel potius concedenda sit Remissoria et Positiones admittendae sint clausae in casu etc.?« Porro in eo, quod attinet Remissoriam, cum Princeps probare intenderet, matrimonium nullitatis vitio laborasse, ex quo bini testes eidem non interfuerint, censuit Rota, non esse locum Remissoriae, ex quo ad id probandum nihil aliud afferri poterat, quam attestatio alterius testis, qui matrimonio interfuit, cujus dictum etiam judicialiter receptum non erat profuturum, tum

quia unicus testis non probat, tum quia ejus dicto semper adversaretur parochi fides, et tandem, quia idem testis examinandus fatetur, se interfuisse celebrationi matrimonii et una cum D. Comitissa Wessel adfuisse etiam quandam mulierem, amicam suam, in quo rerum themate assertus defectus alterius testis supplementum reciperet ab interventu hujus mulieris, uti plene habetur in citatis Rotae decis. Et quia praeter mox expositum articulum alii a defensoribus Principis exhibiti fuerunt, Principissae defensores totis viribus contendunt, eos non esse admittendos; nec enim, inquiunt, esse admittendum illum, quo probari praetenditur, nec Principem nec Principissam contraxisse domicilium in civitate Gedani, cum pro validitate matrimonii satis sit, quod eidem intersit parochus alterutrius ex contrahentibus, parochusque Gedani esset parochus. Principissae, quae per decem menses ante matrimonium in dicta civitate habitaverat (et in eodem loco permansit duobus fere annis post illud contractum), consimileque putant ferendum esse judicium de caeteris articulis, in quibus probandum proponitur, nec alterum ex testibus, qui matrimonio interfuisse dicuntur, nec mulierem loco testis in decisione subrogatam potuisse audire verba contrahentium, neque sacerdotem, qui pariter matrimonio interfuit, fuisse parochum subrogatum, tum quia nullus datur fumus talis absentiae memoratorum testium, ut audire non potuerint, tum quia ex attestatione Officialis Gedanensis desumitur, sacerdotem, qui matrimonio interfuit, fuisse parocho subrogatum; sermonemque dirigendo ad Positiones, iidem Principissae defensores earum admissionem non impugnant, dummodo exhibeantur apertae, cum ita sit stylus auditorii Rotae, et sit etiam de Jure communi, quando agitur de muliere, quae debeat respondere, non attento, quod id non procedat, quando agitur de muliere virili animo praedita, cum pudor, quo affici solent mulieres in contrahendo matrimonio, lapsusque duodecim annorum a die, quo illud contractum fuit, sint circumstantiae praeponderantes forti et virili animo Principissae. Principis e contra defensores toti sunt in demonstrando relevantiam materiae articulatae et sic necessitatem Remissoriae, quae in quacumque Instantia est concedenda, quando materia est relevans et quaestio respicit causam matrimonialem et quatenus fumus materiae articulatae esset necessarius, fumus quoad celebrationem matrimonii coram non proprio parocho deducitur ex verisimilitudine, cum Comitissa addicta obsequiis serenissimae Principissae Poloniae et penes ipsam Olaviae moram trahens, se ad civitatem Gedani transtulerit ad effectum contrahendi matrimonium et sine animo relinquendi servitium Principissae; fumus quoque quoad defectum verae subrogationis in parochum, loquendo de presbytero, qui interfuit matrimonio, nedum reponitor in hoc, quod ejus subrogatio non fuit descripta in libro, quo matrimonia describuntur, sed etiam in maxima inverisimilitudine, quod parochus loci voluerit alium subdelegare, ut assisteret non vulgari matrimonio, sed matrimonio a regio Principe contrahendo; et fumus denique circa defectum praesentiae duplicis testis eruitur ex depositione licet extrajudiciali alterius ex testibus, qui fuit praesens matrimonio et alterum testem asseruit non fuisse praesentem, sed valde distantem a conspectu presbyteri et sponsorum, ita ut nec audire potuerit, quae coram ipso gesta sunt. Et in eo,

quod attinet Positiones, iidem Principis defensores dicunt, eas admitti debere, sed clausas, cum id sit de Jure canonico juxta gloss. in cap. 1. in verbo statuimus, de confessis in 6, quod Jus est in Sacris Congregationibus praecipue attendendum. Quocirca quaeritur: »An votum Rotale etc. ut supra?« S. Congregatio die 9. Junii 1725 respondit: »Affirmative ad primam dubii partem et negative ad secundam et amplius.«

9) Causa Venafrana seu Nullis Montis Cassinensis matrimonii, die 6. Decembris 1727. Anna Gentilis nata est in Terra Bareae dioecesis Montis Cassinen., cujus Terrae Hyacinthus pater erat oriundus et cives. Anno 1692 praedictus pater a memorata Terra discessit et se contulit ad civitatem Venafri una cum filiis et filiabus, continuantibus habitationem in eadem Terra fratre et sorore Hyacinthi, qui adhuc in ea habitant. Contracta fuerunt sponsalia in civitate Venafri inter Annam Gentilem et Joannem Bapt. Roccum, cumque contrahere voluissent matrimonium et supplicem libellum porrexissent Curiae Episcopali, noluit haec concedere licentiam sub obtentu, quod mulier alia contraxisset sponsalia cum Josepho Marchetta. Anna videns impedimentum, a dicta civitate Venafri discessit comite Philippo Gentile, germano fratre, et se contulit ad Terram Bareae, in qua, uti dictum est, habitabant patruus et amita et in eorum domum se recepit, elapsisque quadraginta diebus continuae morae, cum Joannes Bapt. Roccus die 21. Novembris 1725 supervenisset, die immediate sequenti contractum fuit ab ipsis matrimonium coram Archipresbytero in dicta Terra curam animarum exercente et coram testibus, nullis tamen praemissis denunciationibus, et dum Archipresbyter Missam celebraret et conversus ad adstantes dicebat: Dominus vobiscum. Anna et Joannes Bapt. recursum habuerunt ad hanc S. Congregationem, petendo declarationem nullitatis matrimonii, tum quia fuerat contractum per vim et metum, tum quia non fuerat contractum coram proprio parocho et S. haec Congregatio die 5. Julii c. a. deputavit advocatum Ursayam in matrimonii defensorem qui conclusit pro validitate matrimonii, tum quia metus non est probatus, tum quia pro validitate facit resolutio hujus S. Congregationis in Caesenaten. seu Forolivien. matrimonii 20. Februarii et 26. Junii 1723, quam reverenter amplexa est Rota in Leopolien. matrimonii 19. Februarii 1723 §. Non constito, coram b. m. Corro. Quaeritur: An matrimonium sit validum in casu etc.? S. Congregatio respondit: Dilata et proponatur cum iisdem scripturis.

10) Causa Spoletana, die 19. Martii 1737. In oppido Nursiae, in quo finibus non sunt distinctae parochiae quinque ibidem existentes, sed ex certis familiis ibi sparsim domicilium habentibus constant, haec viget consuetudo, ut nuptias non sponsae, sed sponsi parochus conciliet, exteri vero, qui domicilium ibi collocarunt, rectori Ecclesiae matricis subsint et coram eo matrimonia contrahant, quamquam in reliqua Spoletana dioecesi nuptias ecclesiastico ritu conciliare soleat parochus sponsae. Mota inter rectores Ecclesiae matricis S. Mariae et Ecclesiae S. Benedicti quaestione, num, quoties feminae e familiis huic Ecclesiae parochiali addictis nubant viris alienigenis, matrimonium contrahi de-

beat coram parocho sponsae, vel potius coram rectore Ecclesiae matricis: non impugnat quidem parochus S. Benedicti, quod si agatur de exteris, qui sedem jam posuerint in eo oppido, matrimonio ab eis ineundo intersit parochus Ecclesiae matricis, quippe qui sit habendus tamquam parochus incolarum, qui minime recensentur inter familias addictas ipsi parochiali Ecclesiae S. Benedicti. Sed negat, idem jus posse competere rectori Ecclesiae matricis quoad matrimonia contrahenda ab advenis, sese ad oppidum illud conferentibus eo tantum consilio, ut in conjuges sibi adjungant feminas ibi degentes, deindeque statim cum eis revertantur in patriam. Inquit enim, rectorem Ecclesiae matricis eo casu censeri non posse parochum proprium neque sponsi neque sponsae, ideoque matrimonium contrahi oportere coram parocho Ecclesiae S. Benedicti, cui subsit sponsa, ut satisfiat Tridentinae sanctioni imperanti praesentiam parochi ipsorum contrahentium. Ad hoc suum jus asserendum parochus S. Benedicti docet etiam, pluries inita fuisse matrimonia inter exteros et feminas in ipso oppido habitantes, non coram rectore Ecclesiae matricis, sed coram aliis parochis, e quorum grege erant sponsorum familiae. At contra rector Ecclesiae matricis contendit, priscum esse morem, ut coram illius Ecclesiae Praeside contrahantur matrimonia inter feminas Nursinas ac viros exteros, qui etiam nullum antea domicilium habuerint in eodem oppido et ad hoc demonstrandum nonnulla profert documenta. Quaeritur itaque: »An matrimonia ineunda in oppido Nursiae inter sponsum forensem et domicilium ibi non habentem, et sponsam Nursinam celebrari debeant coram parocho S. Benedicti tamquam proprio parocho sponsae, seu potius coram parocho Ecclesiae Matricis S. Mariae in casu etc.? S. C. C. resp.: Affirmative ad primam partem, et negative ad secundam et amplius.

Resolutionem hanc memoratus Rector matricis Ecclesiae, impetrato novae audientiae beneficio, hodie nititur impugnare, cumque praecipuum intentionis suae fundamentum constituere videatur in asserta tum veteri tum recenti consuetudine sibi suffraganti, ut hanc uberius comprobet, juratum aliorum trium parochorum testimonium profert, itidemque plura exempla ex matrimoniorum libro desumpta, quibus satis constare autumat, rectorem Ecclesiae matricis matrimoniis inter viros alienigenas et mulieres Nursinas celebratis semper interfuisse, additque praeterea definitivam Vicarii generalis sententiam, qua sub annum 1733 pronunciatum fuit, Andream Giorgi, domicilium in Silla populorum adhuc retinentem, veluti oppidi Nursiae non indigenam, ita in hunc finem sibi subesse, ut matrimonium cum Joanna Buchi ex parochia S. Benedicti conjungi deberet; inde enim concludi putat, omnia matrimonia, quae inter alienigenas et feminas Nursinas iniri contingat, coram se suisque successoribus tamquam propriis ad id exterorum parochis contrahenda esse, in vim sc. alterius quoque antiquissimae consuetudinis in hoc oppido vigentis, juxta quam, uti praemissum est, parochus sponsi matrimoniorum celebrationi assistat, cum de caetero communiter in Jure receptum sit, tam coram sponsi, quam sponsae parocho valide matrimonium celebrari. At quia adversus consuetudinem opponitur in facto, nedum eam legitime praescriptam non esse, quin imo ex iisdem matrimoniorum libris emergere,

pluries inita fuisse matrimonia inter exteros et feminas in d. oppido moram trahentes non coram rectore Ecclesiae matricis, sed coram aliis parochis, e quorum grege erant sponsorum familiae, in Jure autem sancitum haberi, quod matrimonium contrahi debeat coram proprio parocho ad praescriptum SS. Tridentinae Synodi (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1), quodque ad hunc effectum proprius parochus dicatur tantum ille, in cujus parochia alter ex sponsis domicilium obtinet: idcirco ad hujus controversiae decisionem duo potissimum sunt examinanda, alterum nempe, num consuetudo per rectorem matricis Ecclesiae allegata dici possit legitime inducta, vel potius ex iis, quae adversus illam excipit parochus S. Benedicti excludatur, alterum vero, an ratione assertae hujus consuetudinis viri exteri ad controversum effectum rectori matricis ita subditi effici valeant, ut ipse duntaxat nuptiis inter illos et feminas Nursiae et aliis parochis subjectas contrahendis possit valide interesse; licet enim quoad administrationem quorundam Sacramentorum, sepulturam aliave parochialia jura alienigenae ex consuetudine vel alio nomine possint parocho Ecclesiae matricis subesse, secundum ea, quae late firmavit Rota et resolvit Sac. Congregatio in Caven. funeralium 7. Februarii 1733, id tamen in matrimonio contrahendo peculiare esse videtur, ut illud celebrari nequeat, nisi coram eo parocho, in cujus parochia alteruter ex sponsis fixum habet domicilium. Quaeritur itaque: »an sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. die 16. Martii 1737 resp. in decisis et amplius.

11) Causa Consentina seu Bisinianen. matrimonii, die 15. Aprilis 1752. Sponsalia cum Beatrice Petrelli cive Bisinianensi absente, sed pro ea spondente Francisco patre, contraxit die 7. Octobris 1747 Marcus Alitto civis pariter Bisinianensis. His sponsalibus cognitis a Francisco Alitto Marci patre primo filium custodiri in palatio Principis Bisiniani, inde ad matrimonium impediendum nihil transeat in Episcopali Curia apponi curavit. De vi, quae a patre et fratribus inferebatur, pluries conquestus est scriptis libellis ad Episcopum Bisinianen. ejusque Vicarium generalem Marcus Alitto, eorum implorans auctoritatem et postulans, ut praevia dispensatione a publicis denunciationibus matrimonium contrahi permitterent coram sacerdote ab Episcopo deputando ob parochi sui repugnantiam. Haec ubi pater postulari a filio rescivit, metuens, ne impetraret, quae postulabat, filium transtulit in civitatem Consentiae; incertum tamen est ex facto, qua ratione id fecerit; nam Beatrix contendit Marcum translatum fuisse, ut militiae daretur, contendit militem factum fuisse Legionis provincialis, cujus Tribunus erat Princeps Bisiniani, contendit in statione militum fuisse, sed apud amicum paternum. Testes utrimque proponuntur. Illud certum est, Marcum, cum esset Consentiae, in eadem voluntate matrimonium contrahendi perstitisse; petiit enim ab Episcopo Bisininanensi testificationem suae libertatis et status liberi, quam cum impetrare non posset, lapsis jam 10 aut 12 diebus, quibus Bisiniano Consentiam translatus fuerat, sponsam accivit, eaque die 7. Novembris 1747 Consentiam perventa, una simul aggressi sunt parochum Cathedralis Ecclesiae Consentinae nihil tale cogitantem et coram eo ac testibus solemnia matrimonii verba protulerunt: »questo è mio marito; que-

sta è mia moglie,« ut ipse parochus retulit, vel, ut ajunt testes: »Signor Capellano mi affido a questo;« parocho eos increpante et requirente, quinam essent, ac excommunicationem minanti respondit Beatrix »meglio scommunicato che svergognata.« Rem illico detulit parochus ad Curiam Episcopalem, et delata quoque fuit ad regium Tribunal, a quo statim Beatrix detenta fuit, et Marcus primum in statione militari detentus, inde in carceres conjectus fuit, demum Beatrix dimissa Bisinianum rediit; Marco e carceribus dimisso assignatum fuit pro custodia palatium regiae Audientiae; nec diu in eo stetit libertatem assecutus atque ita abductus fuit a patre et fratribus Bisinianum et in conventu Patrum Capuccinorum detentus; inde Neapolim concessit, ubi mandatum dedit impugnandi matrimonium Procuratori judiciali in Curia Archiepiscopali Consentina. Proponitur mandatum procurae Beatricis ad renunciandum liti et causae, sed contra illud dubia movet defensor matrimonii et de falsitate suspectum habet. Quidquid hujus rei sit, Curia Archiepiscopalis Consentina de validitate vel nullitate hujus matrimonii cognovit, sed dum cunctatur rem definire, Marcus preces obtulit Sacro huic Tribunali. Audito Archiepiscopo rescriptum fuit die 8. Augusti 1750, ut »procederet ad ulteriora, prout juris fuerit, servata tamen ad amussim forma Constitutionis Sanctissimi D. N.« Pronunciavit tandem Archiepiscopalis Audientia, validum fuisse matrimonium. Appellavit Marcus et aucturitate Sac. hujus Tribunalis praefixus fuit terminus Beatrici ad jura sua proponenda, sed nondum venit in jus. Causa igitur inter Alitto et defensorem matrimonii proponitur. Disputat pluribus Marci postulator, sponsalia nulla fuisse vel ab iis recedendum esse, etiamsi valida dici possent; disputat sententiam Curiae Archiepiscopalis nullam esse et injustam, cum matrimonium nullum fuerit, tum quia defuerunt solennia omnia et praesertim denunciationum, tum quia defuit consensus contrahentium, qui coram parocho et testibus verba de futuro matrimonio contrahendo protulerint, qualia sunt: »mi affido a queste et io mi affido a questa,« tum denique quia defuerit proprius et verus parochus, qualis reputari non poterat ille Cathedralis Ecclesiae Consentinae neque ratione Beatricis, quae illa ipsa die Bisiniano Consentiam advenerat, neque ratione Marci, qui ante 10 vel 12 dies Bisiniano Consentiam traductus, neque facto neque voluntate domicilium ullum contraxerat in civitate Consentina.

Nullam habendam esse rationem contra disputat defensor matrimonii de iis, quae contra sponsalia, quae ex publicis tabulis constant, et contra validitatem sententiae Archiepiscopalis Audientiae Consentinae proponuntur. Matrimonium validum esse, cum scitum omnibus perspectumque sit, defectum solemnium et denunciationum illicitum quidem, at non irritum facere matrimonium; de consensu contrahentium in matrimonium dubitari non posse, cum uterque ultro in domum parochi convenerit ad illud contrahendum, expressumque consensum educi ex verbis illis relatis a parocho, »questo e mio marito, questa e mia moglie,« neque alio sensu accipienda esse illa, quae referunt testes, »mi affido a questo, et io mi affido a questa,« quod synonima sint ex usu regionis illius. Rem igitur esse deducendam ad unum defectum veri parochi. Explorati autem juris esse, satis esse parochum proprium alterutrius ex contrahenti-

bus; Consentinum parochum fuisse proprium Marci, qui licet paucos ante dies Bisiniano Consentiam venisset, venerat tamen, ut ibi, vellet, nollet, moraretur ut miles, neque Consentia discedere poterat, dato nomine suo militiae, patre aut volente aut id agente ex condicto cum Principe Bisiniani Tribuno Legionis, ut legibus militaribus eluderet leges de libertate matrimonii contrahendi, ita ut Consentinus esset parochus necessarius Marci, qui prorsus, ac relegati, accipiendus sit, quibus licet inviti certo loco sint, ut qui carceribus obstricti sunt, licet tamen matrimonia coram parocho carcerum aut loci relegationis contrahere. Haec defensor matrimonii. Quaeritur: an constet de nullitate tam sponsalium, quam praetensi matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. negative. Die 29. Julii 1752. Pugnam novis armis copiisque instructus instaurat Marcus Alitto, et omissa disputatione de sponsalibus totus est, ut matrimonii nullitatem demonstret. Quaeritur itaque: An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. resp. In decisis et amplius.

12) Causa Reatina nullitatis matrimonii, die 11. Decembris 1756. Utero gravis Barbara Felli stupri reum postulavit in Curia Collis Alti Franciscum Fratinium. Captus igitur Franciscus e Terra Paganici, quae etiam Barbarae patria erat, in carceres Arcis Collis Alti traductus fuit, silente semper stupri causa. Crimen negabat Franciscus et protestabatur, subiturum se quamcumque poenam potius, quam matrimonium cum Barbara contracturum; sed diuturno tandem carcere fracta ejus constantia, ducturum Barbaram spopondit Arcis Praefecto. Hic certiorem de hac promissione reddidit Loci Baronem, qui ei mandavit, ut curaret contrahi matrimonium. Ratus Arcis Praefectus Franciscum longa mora in carceribus jurisdictioni parochi Arcis subjectum esse, huic rem omnem aperuit addens, quod tamen parochus negat, hanc etiam esse Episcopi Reatini voluntatem. Advocata igitur Barbara e Terra Paganici in ipsa Carcerum capella, in quam Franciscus a lictoribus ductus fuerat, contractum fuit matrimonium coram parocho Arcis. Dimissus inde Franciscus, ubi sese in locum tutum recepit, Barbaram in uxorem agnoscere recusavit, neque ullam thori et habitationis societatem cum ea habere voluit. Delata ad Episcopum tunc temporis Reatinum scientia hujus matrimonii et ratus, nullum fuisse, utpote contractum sine sua vel parochi contrahentium venia, litteras dedit ad Archipresbyterum Paganici, quibus ei mandavit, ut conjugibus thori separationem indiceret, donec coram proprio parocho matrimonium renovarent. Barbara interim a Leone Cafolli compressa, uteroque iterum gerens, sponsalia cum eo contrahere non dubitavit. Franciscus igitur, adito novo Episcopo Reatino, postulavit, nullum declarari matrimonium, quod in Arce Collis Alti cum Barbara contraxit; adhaesit postulationi Barbara, quae matrimonium contrahere vult cum Leone Cafolli. Causa tandem in Curia Episcopali definita fuit sententia, qua declarata fuit nullitas matrimonii.

Defensore vero appellante, delata est ad hoc Sacrum Tribunal et disputat Franciscus, nullum fuisse matrimonium duplici ex capite: 1) defectus proprii parochi, 2) defectus liberi consensus; negat parochum Arcis Collis Alti proprium fuisse parochum, cum in ea Arce custodiae causa detineretur, ne

stupri judicium inane esset fuga accusati, ideoque proprius esse non possit Arcis parochus; diversum, si non custodiae causa, sed poenae sive perpetuae sive temporalis, detentus fuisset, ut pluries respondit Sacrum hoc Tribunal. Secundo capite ex antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus idem matrimonium probari contendit, defuisse in eo liberum consensum. Dubium est: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Scribat defensor matrimonii. Scripsit hic et pluribus disputat, parochum carcerum esse proprium parochum Francisci Fratini, neque probari metum directum, ut contraheretur matrimonium. Quaeritur ut supra? Sacra Congregatio Concilii die 12. Februarii 1757 respondit. Dilata et transportentur acta criminalia Curiae laicalis.

13) Causa P i s a u r e n. die 18. Junii 1757. A monasterio civitatis Mantuae, in quo erat educationis causa, Pisaurum translata fuit nobilis virgo Theresia Carandinia et triduo moram traxit in avita domo, quae est intra fines parochiae cathedralis Ecclesiae, seseque inde recepit in monasterium Divae Mariae Magdalenae ejusdem civitatis. Mox in sponsam designata, egressa est ex monasterio et ne sola in eadem avita domo esset, a patre collocata fuit, donec cederet nuptiarum dies, apud Marchionem Arduinum, cujus aedes sitae sunt in alia parochia S. Luciae. Capitulum cathedralis Ecclesiae rescivit, eidem parocho datum fuisse munus explorandi voluntatem et consensum puellae in matrimonium ab ea contrahendum, et suspicans, ne idem parochus S. Luciae Theresiam connubio jungere vellet, adiit Episcopum monens, proprium puellae parochum esse illum cathedralis Ecclesiae. Episcopus contra censebat, esse illum S. Luciae. Ad rem dirimendam potestatem fecit Vicario suo generali, ut matrimonio Theresiam jungeret. Exemplo perniciosum id reputans Capitulum venit ad hoc S. Tribunal, ut declaretur, matrimonium hoc contrahi debuisse coram parocho Cathedralis. Auditus Episcopus sententiam suam defendit, proprium Theresiae parochum fuisse illum Ecclesiae S. Luciae, non Cathedralis. Causa nunc proponitur, reluctante parocho S. Luciae, qui litem hanc agere non vult, et disputat Capitulum, gentem Carandianam lares suos fixisse in parochia Cathedralis, in libros animarum ejusdem parochiae relatam fuisse, Sacramenta recepisse, solvisse decimas personales, patrem puellae eamdem domum apertam tenere, eamque toties incolere, quoties Pisaurum redit, ita ut ambigi non possit, gentem Carandianam contraxisse parochialitatem in Ecclesia cathedrali, ideoque matrimonium a Theresia contrahi debuisse coram parocho Cathedralis, non coram parocho S. Luciae; neque ad rem pertinere habitationem Theresiae in aedibus Arduinis, et pluries ab hoc Sacro Tribunali decretum fuisse, ut spectanda sit praesens habitatio alterutrius ex sponsis, ut apud Fagnan. et Pignatell., quia non habitationis, sed hospitationis causa Theresia esset in aedibus Arduinis, donec sc. matrimonii dies veniret, et ideo sicuti puellae educationis gratia in monasterio retentae matrimonium contrahere debent coram parocho domicilii, ita et Theresia; praesentem habitationem satis esse, ubi adsit animus contrahendi parochialitatem; alias si non hoc animo, sed vel custodiae, vel hospitii vel cujuscumque actus causae eventualis quis habitet, sola haec habitatio satis sit ad alia Sacramenta,

non ad matrimonium valide contrahendum, ut ex cap. 2. de sepult. in 6. tradunt DD. Haec atque alia Capitulum. Quaer. An pro contrahendo matrimonio proprius parochus puellae de Carandinis fuerit ille S. Luciae, sive potius Vicarius curatus Cathedralis Ecclesiae Pisauri? Sac. Congreg. Concilii resp. Ad mentem.

14) Causa Neapolitana matrimonii, die 1. Septemb. 1759. Post aliquot annorum consuetudinem inter Franciscum Pinellium Tocci Ducem et Antoniam de Notariis, aegre ferente hanc consuetudinem Caesare Pinellio Ducis filio, ipsoque magistratu saeculari civitatis, decreverunt ipsi sese matrimonio secreto conjungere. Opem petierunt a sacerdote, qui ad alium sacerdotem confugit. Hic cum haberet Breve S. Poenitentiariae pro contrahendo secreto matrimonio, illud tradidit, ut Dux et Antonia eo uterentur. Hoc Brevi adierunt sacerdotem Josephum Speranza, parochum Ecclesiae S. Mariae della Incoronatella, qui neutrius erat proprius et coram eo, quem deceperunt, dicentes, Antoniam ejus esse parochianam, matrimonium contraxerunt die 13. Decemb. 1756, voluitque Dux, ut parochus ille testimoniales litteras matrimonii praelata die signaret ad vitandas magistratus molestias; scripta igitur fuit dies 1. Aprilis eodem anno. Parochus deceptionem inde novit et dicit lacerasse Breve, quod directum erat proprio latorum parocho, neque voluit matrimonium in libro describere. Re comperta a Caesare Pinellio adiit Curiam Archiepiscopalem et separari eos postulavit, nullumque declarari matrimonium uti contractum coram parocho neutrius proprio. Mulier in monasterium conjecta fuit, et suscepta est cognitio validitatis matrimonii servata forma Constit. »Dei miseratione.« Formiter repetitis testibus, Duce, muliere et parocho, ut verificaretur, cuinam Breve Poenitentiariae esset directum, an proprio latorum parocho, an etiam cuicumque Confessario ex approbatis et quomodo, quave forma contractum fuisset, nihil certi erui potuit, cum tot sint variationes et contradictiones, ut rem plane dubiam reddant et ambiguam, neque aliud educi possit, quam quod supra narravimus. Aliam viam tentandam judex censuit, curavitque e domo parochi illius educi probationes. Repertus est liber matrimoniorum secreto contractorum, in eoque plura inserta erant Brevia Sac. Poenitentiariae, data etiam tempore proximo matrimonio, directa proprio latorum parocho simul et Confessario ex approbatis. Rem tandem ita expedivit sententia sua judex, ut pronunciaverit non constare de nullitate matrimonii, et quod ad validitatem attinet, coadjuvari voluit probationes exhibitione Brevis facienda a parocho, firma interim manente separatione conjugum. Appellavit Antonia ad hoc Sac. Tribunal et causa nunc proponitur, disputantque Dux et Antonia, respondendum esse pro validitate, quia, licet contractum fuerit coram parocho neutrius proprio, incertum tamen sit, an proprium parochum voluerit Magnus Poenitentiarius, cujus facultates sunt, ut cuicumque Confessario ex approbatis potestatem facere possit et fecisse hoc casu dicendus sit, alias parochus ille sciens neutrius esse proprium, praesentiam non praestitisset. Eoque amplius, quod litteras dedit testimoniales contracti matrimonii, quodque alter testis sacerdos dicat ultra verba proprio latorum

parocho alia adjecta verba, quae exciderunt ab ejus memoria, quaeque alia esse non potuerint, quam sive cuicumque Confessario ex approbatis, praesertim, cum plura alia in libro reperta sint Brevia ita inscripta, et fortasse unum ex illis fuerit, quod a contrahentibus exhibitum fuit parocho Sanc. Mariae della Incoronatella. Nullum vero huic habendam esse fidem in iis, quae dixit, cum ejus fides enervetur ab iis, quae gessit, quae dicta sunt ab aliis testibus. Hinc recte pronunciatum fuisse a Curia Archiepiscopali non constare de nullitate matrimonii, cum in hac incertitudine pro matrimonii validitate sentiendum sit. Illud vero male, quod de matrimonii validitate non liquere dixerit, cum si nullum non fuit, validum esse debeat; male quoque desideravit, coadjuvari probationes validitatis exhibitione Brevis; nam si illud a parocho, qui praesentiam praestitit, laceratum fuit, impossibilis exhibitio sit et spes omnis perierit validitatem probandi, neque permittendum sit, Ducem et Antoniam, qui virenti sunt aetate, perpetuo esse disjunctos, licet non constet de nullitate matrimonii ab ipsis contracti. Haec Dux et Antonia. A Caesare nihil habuimus. Videant EE. PP., qua juris ratione res expedienda sit, et an praxis Sac. Poenitentiariae sit, ut pro matrimoniis contrahendis Brevia inscribantur etiam Confessario ex approbatis, quidquid secus sit in casu revalidandi matrimonia jam contracta, vel in casu, quo res sit de diuturno concubinatu cum sobolis procreatione et cum opinione communi civitatis, concubinarios veros esse conjuges. Quaer. An constet de nullitate seu potius de validitate matrimonii in casu etc.? Sac. Congregatio Conc. respondit: dilata et scribat defensor matrimonii. Paratus hic est, suum dare libellum; die 22. Septembris 1759 Sacra Congregatio Concilii respondit: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam; et die 24. Novembris 1759 stetit in decisis.

15) Causa Anconitana nullitatis matrimonii, die 10 Maji 1760. Comes Ludovicus Bernabei clam nullisque praemissis denunciationibus matrimonium contraxit in sua rurali domo Montis Daghi cum Anna Bulgarelli coram parocho ruralis Ecclesiae Montis Angeli, pluribus adstantibus testibus. Matrimonium, ex quo coram neutrius contrahentis parocho celebratum esset, nullum proclamavit in Curia Episcopali Anconitano Antonius Martelli, ut tueretur sponsalia Magdalenae filiae suae inita cum Ludovico die 15. Januarii 1759. Acta causa, receptis probationibus, Curia Episcopalis sententiam tulit pro validitate matrimonii. Et conjuges praevia benedictione nuptiali, quam eisdem jussu d. Curiae impertitus est parochus Montis Angeli, post expletam salutarem poenitentiam ac post solutam mulctam, individuam vitae consuetudinem, pendente lite intermissam, reassumpserunt. Querelam nullitatis prosequitur Antonius in hac. S. Congregatione, et quoniam indubia est incompetentia parochi quoad Annam, quae tempore nuptiarum certum habebat domicilium in parochia S. Petri civitatis Anconae, idcirco disputat, incompetentem quoque fuisse parochum respectu quoque Ludovici, ut nullum arguat matrimonium contractum non servata forma Tridentina. Domicilium sane, a quo metitur competentia parochi, majores Ludovici habuerunt in avito palatio Anconae posito sub cura Ecclesiae pa-

rochialis S. Petri. Comes autem Philippus Bernabei, Ludovici pater, a quo divertit uxor die 24. Octobris 1743, secessit in oppidum Montis S. Firmanae dioecesis, ubi domum urbanam, aliamque domum ruralem aeque instructam, pluraque praedia possidebat, ibique post sexennii moram defunctus est die 7. Febr. 1750. Post genitoris obitum Ludovicus, qui educationis causa interea permanserat in Collegio Auximi, Anconam rediit, avitumque palatium cum matre inhabitavit; at illud postea vendidit cum nonnullis mobilibus die 2. April. 1759, asportatis caeteris mobilibus partim ad ruralem domum Montis Daghi, partim ad dd. domos oppidi Montis Sancti.

Pro validitate igitur matrimonii celebrati die 20. April. inquirendum est de novo domicilio contracto per Com. Ludovicum. Is enim circa finem mensis Februarii, relicta matre in palatio Anconae nondum vendito, accessit ad ruralem domum Montis Daghi, in ipsa moram alternando et in altera sua domo prope mare sita in territorio oppidi Montis Sancti, »utrobique consueta venandi occasione gaudens pro loci et temporis opportunitate,« ut inquit Episcopus in sua relatione, et quandoque etiam reversus est ad civitatem Anconae. Circa principium autem mensis Aprilis, ut asserunt testes Ludovici, vel die 22. aut 23. Martii, juxta depositionem testium Antonii, se contulit Ludovicus ad eamdem domum Montis Sancti prope mare sitam, nec inde discessit usque ad Vesperas diei 19. Aprilis; tunc enim iter suscepit versus domum Montis Daghi, ibique mane diei 20 perventus, matrimonium circa horam secundam noctis celebravit, ut dictum est, et eadem nocte redivit cum sponsa ad eamdem domum prope mare Territorii Montis Sancti. Anconam quoque venit Ludovicus occasione litis super validitate matrimonii, moram trahens in Collegio Scholarum piarum, et denuo post finem litis reversus est ad praed. domum Montis Sancti. Et illuc iterum accessit cum tota familia circa finem Augusti, postquam a mense Julio cum matre et uxore moratus fuerat in domo rurali Montis Daghi, si fides adhibenda est tribus testibus ab Antonio inductis die 9. Septemb., quamquam vir sacerdos in declaratione jurata die 22. Decemb. asserat, se moram traxisse prope Montem Daghum in mensibus Aug., Septemb., Octob. et Novemb. et in esso per d. tempo vidisse Com. Ludovicum ejusque familiam, quorum insuper moram in monte Dagho tempore d. declarationis idem testis aliusque sacerdos testantur.

Contendit autem Ludovicus, domicilium pro contrahendo matrimonio acquisivisse in domo rurali Montis Daghi statim, ac post conclusam venditionem palatii urbani in ea coepit inhabitare cum intentione ibidem permanendi; et animum continuae permanentiae nititur probare, ex quo eadem domus publico Oratorio contigua et parum distans a civitate Anconae sufficientem continet habitationem et ruris oblectamentum ac urbis commoditatem praestat; et ex quo ad illam instruendam nedum mobilia venditi palatii asportavit, sed etiam plures in ea fecit reparationes, ibidemque successive constituit suam totiusque familiae habitationem; addit insuper testes comprobantes suas animi declarationes tam ante quam post venditionem palatii factas, transferendi domicilium ad eamdem domum, inde inferendo illud acquisitum fuisse statim incepta habitatione,

non exspectato aliquo tempore. Et nihil obstare putat moram factam in oppido Montis Sancti, tum quia referenda est ad reparationes domus Montis Daghi eo tempore continuatas, quae impediebant illius habitationem et ideo tamquam mora occasionalis non tollit domicilium antea quaesitum, tum insuper, quia posset ad summum producere duplex domicilium, unde sufficere debet, matrimonium fuisse contractum coram alterutro duplicis domicilii parocho (Rota).

Antonius contra defendit, nihil suffragari moram ante venditionem palatii, cum fuisset occasionalis causa venationis et causa vitandi jurgia propinguorum pro sponsalibus cum ejus filia contractis, minusque prodesse moram in domo Montis Daghi post matrimonium, cum per eam nequeat convalescere praecedens matrimonium nulliter contractum; post venditionem vero moram non verificari, nisi in die contracti matrimonii, quod satis non est pro acquirendo domicilio, sed requirebatur habitatio saltem per mensem continuata ante matrimonium (Fagnan.) et propterea deficiente vera et effectiva habitatione, nihil prodesse assertas declarationes animi, ibidem transferendi domicilium, quia domicilium re et facto transfertur, non nuda contestatione, id est, protestatione. Caeterum alios producit ipse testes affirmantes, saepe Ludovicum mentem transferendi domicilium ad oppidum Montis Sancti manifestasse, illorumque depositionem verisimilem magis fieri autumat ex traductione mobilium in idem oppidum facta, ex congruentia habitandi potius in oppido, quam in agro, ex praesumta affectione ob domicilium a patre in eodem oppido continuatum usque ad obitum et ob possessionem majoris partis suorum bonorum in eo Territorio existentium. Episcopus de more auditus adhaeret validitati matrimonii. Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Negative et amplius.

16) Neapolitana matrimonii, die 1. Julii 1767. De matrimonii validitate initi anno 1669 inter nobilem virum Franciscum de Robertis ac Luciam Copiello infimae conditionis mulierem gravis post obitum Francisci biennio inde secutum exarsit quaestio inter Franciscum dicti Francisci filium ac Equitem del Cinque, dum de successione ad Primogenituram institutam a Cardinali Roberto de Victoriis controversia postmodum fuit. Cum enim dicta Lucia oriunda et incola Casalis Sancti Petri Neapolitanae dioecesis e loco sui domicilii profecta Neapolim se contulerit atque ibi recepta in hospitio Patrum Soc. Jesu, quod situm est intra limites parochiae S. Mariae ad Rotundam, post moram per bimestre circiter ibi habitam, nuptias cum dicto Francisco parochiano S. Mariae vulgo a Canciello praemissis denunciationibus contraxerunt coram parocho S. Mariae ad Rotundam, id in quaestione fuit, an is esset sponsae parochus, et ita servata foret Concilii Tridentini forma. Ex actis Curiae Archiepiscopalis, quae matrimonium praecesserant, constabat, testes super libero statu utriusque conjugis examinatos fuisse, quorum alter deposuerat, sponsum aliquando Casalim S. Petri petiisse »per suo trattenimento, dove trattava matrimonio con detta Lucia«; sponsae vero soror testata fuerat, sponsam numquam discessisse a dicto Casali, »se non che da due mesi a questa parte, che è venuta in questa Città di Napoli dentro il Conservatorio dell'Ospicio de PP. Gesuiti per maritarsi«; omnesque testes convenerant, sponsam oriundam e Casali S. Petri jam a duobus mensibus in d. ho–

spitio commoratam esse; hinc praemissis trinis denunciationibus in Ecclesiis S. Mariae ad Rotundam et S. Mariae a Canciello data fuerat a Curia Archiepiscopali licentia matrimonium contrahendi his verbis: »Rev. parocco, a chi spetta, essendo fatte le tre debite publicazioni, e non essendovi altro canonico impedimento, farete nella vostra parochiale chiesa il matrimonio contrahendo tra D. Francesco Roberti, e Lucia Copiello della Rotunda servata la forma del Sagro Concilio di Trento.« Re ad Sac. Congregationem ablegata, utraque parte comparente, quaesitum est in Congregatione diei 17. Novembris 1714: »An matrimonium inter Franciscum de Robertis et Luciam Capiello fuerit nullum«, rescriptumque fuit negative.

Ut nova jura pararet Hieronymus del Cinque, plures testes formiter examinari obtinuit. Examen Neapoli completum est. Sed ope concordiae quaestio omnis postmodum absoluta fuit. Nunc vero Comes Fulvius Roberti, Francisci junioris filius bona primogenitalia transactione cessa vindicare satagens, ne sibi antiqua quaestio de matrimonii validitate et legitimitate obstaculo sit, iterum supplicat, validum declarari matrimonium initum anno 1696 inter Franciscum Roberti et Luciam Copiello. Inquit trinas praecessisse matrimonii denunciationes; ambos contrahentes coram parocho S. Mariae ad Rotundam et duobus testibus consensum praetitisse; undique idcirco servatam fuisse formam Concilii Tridentini et perperam initum conjugium de nullitate redargui. Ambigi vero non posse, parochum S. Mariae ad Rotundam fuisse proprium sponsae parochum, sponsam jam per bimestre in hospitio intra limites illius parochiae sito moram duxisse, ibique educationis causa, et non animo statim recedendi se recepisse; omnemque defuisse causam, cur in fraudem Concilii a patria recederet et ad hospitium confugeret; moram proinde in dicto hospitio satis fuisse ad parochialitatem S. Mariae ad Rotundam acquirendam, tum ex juris dispositione, tum ex universali dioecesis consuetudine, de qua parochi in examine deposuerunt. Advertit insuper, Curiam Archiepiscopalem licentiam contrahendi matrimonium direxisse parocho S. Mariae ad Rotundam, cui sponsam subjectam esse duxit. Amplius praesumi quoque delegationem parochi Casalis Sancti Petri, semel ac matrimonium publice ac palam praeviis denunciationibus in facie Ecclesiae celebratum fuit; conjuges absque querela ulla usque ad obitum convixerunt ac genita proles pro legitima ab omnibus semper recognita. Parochum proinde S. Mariae semper pro proprio sponsae parocho habendum esse ex delegatione vel Curiae Archiepiscopalis vel parochi Casalis S. Petri. Demum concludit, ambos conjuges jam decessisse; nunc quaestionem solum institui pro effectu legitimitatis prolis. Satis autem esse, ut matrimonium putativum sit et bona fide contractum, ut validum declaretur pro prole legitima habenda, et eadem capaci ad succedendum haereditatibus, legitimis descendentibus relictis (cap. pervenit, qui filii sint legit). Descendentes ab Equite Hieronymo del Cinque, licet moniti, nondum libellum dederunt.

Perpendendum est, an dicta Lucia animo habitandi vel potius tantum contrahendi matrimonium sese receperit in dicto hospitio; an obstaculo sit domicilium a Lucia habitum in Casali S. Petri ad Paternum, quod licet duobus

milliariis a civitate Neapolitana distet, proprium quoque parochum habeat, distinctam insuper communitatem constituat et per suos Consules regatur, tamen membrum est et de pertinentia civitatis, ac iisdem fruitur privilegiis, ut colligitur ex testibus formiter examinatis. Perpendendum demum, matrimonium celebratum fuisse praeviis consuetis solennitatibus in facie Ecclesiae; in pacifica ejusdem possessione virum usque ad obitum permansisse et, nonnisi eodem secuto, quaestionem institutam fuisse pro effectu legitimatis prolis (cap. 2, 8, 9, qui filii sint legit.). Quaeritur: an sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. die 29. Augusti 1767 resp. in decisis et amplius.

17) Causa Pisana nullitatis matrimonii, die 29. Julii 1769. Captus amore Catharinae Dormier, quae sub fratris et leviri custodia Liburni morabatur, Joannes Feroe, natione Danus et religione Lutheranus, matrimonium cum ea inire curavit. Impedimento autem erat cultus disparitas, utpote quia Catharina catholicis fuerat orta parentibus; hinc ambo Curiam Rhaetorum, vulgo Coira sese contulerunt, exhibitisque Ordinario testimonialibus litteris de utriusque statu libero, ibidem die 27. Julii 1763 matrimonio fuerunt ritu catholico copulati. Liburnum inde reversi, ac paucos post dies profecti Alexandriam Egypti, illinc Rosettam adierunt. Cum autem nobilis quidam Anglus catholicus, Joanni amicitia junctus, eidem suasisset, ut negociationis causa Hollandiam peteret, discessit Joannes, eidemque nobili Anglo uxoris curam commisit. Dum autem vir iter agebat, redditae sunt Catharine uxori litterae, quibus inopinatus illius interitus nunciabatur. Necessitate proinde compulsa mulier, Anglo nubere constituit, cumque huic connubio parochus interesse recusaret, in quamdam domum alio praetextu accersitus, coram eo ambo steterunt, ab eoque nil tale cogitante benedictionem extorserunt. Post haec novi conjuges Jerosolymam petierunt, ubi Anglus, haeresi ejurata, novum una cum uxore matrimonio praestitit consensum coram P. Custode Terrae Sanctae, in illis infidelium partibus Ordinario. Non multo post in Egyptum rediit Joannes Feroe suam repetiturus uxorem, quam Anglo jam desponsatam audiverat. At reditum negans ad primum virum, prioris matrimonii nullitatem ex defectu praesentiae proprii parochi deduxit. Deinde suadente Vicario Apostolico recessit ab Anglo et in matrimonium sese recepit. De his omnibus ab eodem Vicario Apostolico certior factus est Archiepiscopus Pisanus, coram quo Catharinae pater instetit pro declaratione nullitatis prioris matrimonii. Archiepiscopus judicium hac de re instituit servatis servandis, cognitisque juribus utriusque partis, pro validitate matrimonii sententiam dixit. Contrarium tamen eadem infirmata sententia pronunciavit Sac. Nuntiatura Florentiae, ad quam provocationis querela delata fuit. Quare in hac sententiarum pugnantia res pendet a judicio S. Congregationis.

Matrimonii nullitas ex defectu praesentiae proprii parochi desumitur. Animadvertunt enim defensores Catharinae, eum matrimonii parochum esse oportere, qui parochus est habitationis. Non sufficere autem habitationem quamcumque, sed eam requiri, quae conjunctum habeat animum per aliquod temporis spatium permanendi, proinde per unum saltem integrum et continuum mensem protractam esse debere (Benedict. XIV. ad Archiepisc. Goanum).

Constare ajunt, utrumque conjugem a Curia Rhaetorum tum natione tum domicilio exterum fuisse. Neutrum animum habuisse ibidem permanendi, figendique domicilium, sed tantummodo illuc sese contulisse, ut matrimonium contraherent, quod Liburni ob cultus disparitatem inire non poterant. Neutrum praeterea per mensem saltem ante matrimonium eo in loco mansisse, sed tertia vel quarta die post ipsorum accessum contraxisse matrimonium. Hinc inferunt, omnia in fraudem legis acta fuisse atque idcirco manifestam esse matrimonii nullitatem. Addunt immerito Joannem Feroe tamquam vagum reputari, ut ei coram quocumque parocho et quovis in loco matrimonium contrahere licuerit. Advertunt enim, illum dici vagantem, qui proprio relicto domicilio ex loco in locum se transfert sedem quaerens, ubi se sistat, nullum certum habet domicilium vel quasi. Nihil autem ex his de Joanne et Catharina affirmari posse. Catharinam quippe ajunt Liburni jam habuisse domicilium, quod, antequam nuptias contraheret, numquam per suum discessum amittere aut dimittere voluisse censeri potest. Joannem vero dicunt domicilium habuisse in Norwegia. Hoc autem non censeri dimissum per solum discessum, nisi animus illud dimittendi concurrat. Hunc autem animum non habuisse Joannem; nec in eo praesumi posse sustinent, cum verosimile non sit, ipsum paterna bona, de quibus saepe locutus fuerat, repudiare voluisse, sed potius praesumi debere, illum lucri tantum et mercaturae causa paternos reliquisse lares, proindeque Joannem nullo modo vagantem dici posse.

Probant insuper, eundem Joannem domicilium seu quasi Alexandriae Egypti acquisivisse, prout ex illius ore audivisse testatus est Vicarius Apostolicus. Idque etiam deprehendi ex Consulis munere, quod ibidem gerebat et ad quod exercendum ipsemet, cum esset Liburni, Alexandriam redire velle significavit. Asserunt etiam intermedio illo tempore, quo ipse Liburni moratus fuit, novum eo in loco acquisivisse domicilium, cum pluribus mensibus ibi habitaverit. Et hoc agnitum quoque a Joanne fuisse dicunt, qui, ut Ordinarium Curiensem ad benedicendas nuptias induceret, praetexit, licentiam habuisse ab Archiepiscopo Pisano suo Ordinario, eamque ex testimonialibus litteris status liberi satis resultare. Negant praeterea, Joannem a servanda Concilii lege fuisse exemtum, quia etsi natione Danus, nihilominus matrimonium contraxerat in Curia Rhaetorum secundum Concilii legem Liburni vigentem, quam proinde etiam servare tenebatur. Advertunt autem, exemtionem non esse personalem, quae comitetur personam, sed realem tantummodo, quae locum non excedit, eamdemque exemtionem Joannem amisisse ex mora et incolatu Liburni protracto, ubi lex Conciliaris viget.

E converso matrimonii defensor contendit, dubitari nullo modo posse, quin v a g i qualitas Joanni aptissime conveniat, cum ab ineunte aetate patriam deserens, in itineribus semper versatus fuerit ac nullibi domicilium constituerit. Nec hujusmodi qualitatem excludi a declaratione, qua ipse domicilium Alexandriae Egypti habuisse testatus est, cum hujusmodi declaratio rejicenda sit, utpote continens nudam ac simplicem assertionem per modum narrationis, nec ullo documento, nec juramento firmata comperiatur. Eodem quoque vitio laborare

epistolam ostensam, cum praesertim ejus autographum apud ipsum scribentem fuerit repertum. Falsum esse ait, quod loci mutatio a Liburno ad Curiam Rhaetorum matrimonii validitati officere possit, cum unusquisque ex naturali libertate jure suo uti valeat. Nec satis liquere, conjuges Curiam Rhaetorum petiisse, non animo ibidem lares figendi, sed solum matrimonium contrahendi, quo vix contracto Liburnum redierunt. Observat enim, nullo modo de hac illorum mente et intentione constare; nec audiendos esse testes asserentes, brevi tempore ibidem esse commoratos, tum quia isti testes Catharinae consanguinei sunt et affines, tum etiam, quia ad dissolvendum matrimonium non alii admittuntur testes, nisi qui sint omni exceptione majores (cap. 1. de consanguin. et cap. in litteris 24, de testib.), tum insuper quia examini fuerunt subjecti non audito, neque requisito matrimonii defensore, quemadmodum praescribit Constitutio »Dei miseratione« clausula sublata et decreto irritante roborata; tum demum, quia mendaces fuerunt in designandis iis testibus, qui matrimonio adstiterunt, cum ex matrimoniali Fide alii adhibiti legantur ab illis, quos ipsi retulerant. Concludit tandem, quod si qua fides his testibus esset adhibenda, nihilominus exclusa a Joanne vagi qualitas non remaneret, cum necesse non sit, ut vagus ante matrimonium domicilium acquirat in loco, ubi illud contrahit. Nec ad vagi qualitatem induendam requiri affirmat, ut quis originis et patris domicilium deserat. In isto enim casu sustinet, nullos fore aut dici posse vagos, nisi qui incertis orti parentibus huc illuc semper dispersi vagati essent, vel qui passi essent infortunium omnimodae eversionis loci, in quo nati fuerunt. Incerta autem esse, quae de patre divite, deque paternorum bonorum copia asseruntur, quin imo praesumi, omnia fuisse a Joanne repudiata, cum post suum a patria discessum adeo alienus fuerit a paterna domo, ut ne patri quidem vel consanguineis quidquam de se umquam nuntiaverit. Perperam quoque proponi subdit, Joannem adeptum fuisse domicilium Alexandriae, ubi tres Consulatus gesserat. Despiciendum namque dicit testem de hisce Consulatibus deponentem, vel quia Catharinae consanguineus frater, vel quia unicus et singularis, vel etiam quia locutus est ex ore Joannis, qui lucrosa munera facile venditare potuit, ut nuptias sibi conciliaret. Caeterum munera hujusmodi satis superque excludi ex ea, in quam Joannes incidit, inopia ac rei familiaris angustia. Neque etiam subsistere domicilium Liburni acquisitum, quod a duobus probatissimis testibus similiter excluditur. Illudque etiam hac in re animadversione dignum censet. munus exercitoris navis onerariae, quo Joannes fungebatur, eum impulisse, diversas adire urbes absque ullo animo permanendi, qui tamen omnino requiritur ad domicilium, vel quasi acquirendum. Tota itaque res ab eo pendet, an Joannes Feroe fuerit, nec ne vagus.

Quaeritur: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 26. Augusti 1769 resp. Affirmative.

18) Causa Caesaraugustana, die 20 Martii 1770. Antonius et Nicolasia civitatis Caesaraugustanae absque denunciationibus coram sacerdote, qui post parochi obitum veluti regens ac viceparochus habebatur, matrimonium inierunt, quod nullum declaratum fuit ab Officiali Metropolitani. Verum quum ex

triginta et ultra testium depositione constaret, sacerdotem illum pro vero parocho habitum fuisse, quoniam omnia, quae ad parochi munus ex Jure pertinent, peragebat, et sacerdos annuente parocho recens creato et consentiente Archiepiscopo constitutus in parochia fuisset vacationis tempore pro Sacramentorum administratione, ita ut non solum communis opinio adesset in populo, sed titulus quoque coloratus in sacerdote, ad dubium: an constet de valore matrimonii in casu etc.? S. Congregatio respondit affirmative.

19) Causa Vigilien. matrimonii, die 25. Maji 1844. Francisco Molinario nuptias inire cupienti cum Gratia Ruggieri anno 1830, obstitit coram Episcopali Curia Maria Baccari impedimentum opponens ligaminis ob matrimonium cum ea jam die 14. Januarii 1828 contractum, cujus historiam hisce retulit verbis eadem die, qua initum est, Abbas, seu parochus Collegiatae Ecclesiae S. Matthaei: »In questa mattina delle ore 17 circa, mentre nella medesima chiesa stava esercitando il Sagramento della Penitenza, si sono presentati innanzi di me il celibe D. Francisco Molinari del fu Domenico, e figlio della Signora D. Guilia Rana, di anni 24 civili, e la soluta D. Marietta Baccari di anni 18 figlia di D. Aurelio, e D. Angela di Liddo, tutti domiciliati qui in Bisaglia. Esso Signor Molinari, facendosi avanti, mi ha detto di voler ratificare quanto io aveva attestato un'anno addietro, cioè ch'egli voleva per sua legitima moglie D. Marietta Baccari, ivi presente; immediatamente dopo la sudetta Marietta Baccari, ripigliando la parola, ha sopraggiunto a voce alta: io vogliò per mio legitimo sposo il Sign. D. Francesco Molinari. Queste dichiarazioni rispettive le hanno fatte alla mia presenza, mentre vi erano molte persone in chiesa, che le hanno udite.« Hac autem attenta oppositione, dum publicationes suspendit Curia alterius, quod a Molinario expetebatur, matrimonii, processus acta explevit circa primum, quod opponebatur; ac tandem controversiam diremit sententia lata per Canonicum Rutigliani ab id ab Episcopo specialiter deputatum in absentia Vicarii generalis, qua declaratur: »dictum matrimonium inter Franciscum Molinari et Mariam Baccari habitum cor. R. Abbate D. Vincentio Bruni, qui non erat parochus proprius partium contrahentium, non esse legitimum, ideoque nullum et invalidum; ideoque nullum esse etiam impedimentum oppositum matrimonio futuro.«

Ab hac sententia cum ad S. hunc Ordinem provocasset Baccaria, factum est, ut Molinarius ac Gratia Ruggieria moras pertaesi, spretisque solennitatibus, quas incassum expetierant, conjugium invicem attentaverint sueto more, sc. se sistentes coram parocho Ecclesiae cathedralis, dum Sacrum faceret, pronunciata in ejus ac testium praesentia mutua alteri uti maritum et uxorem adhaerendi absoluta voluntate.

His omnibus S. Ordini sub annum 1835 patefactis, is, dum processus Acta transmitti jussit, partibus insimul Francisco Molinari et Mariae Baccari ad deducendum jura sua terminum praefigi mandavit, non retardata interim separatione ejusdem Francisci et Gratiae Ruggieri sub poenis statutis in Constitut. »Dei miseratione.« Quibus ita satisfecisse retulit Episcopus: »Mandatis Vestris obtemperaturus Actorum copiam in causa vertente inter D. Franciscum Molinari

ex una parte et Mariam Baccari, pro ligaminis impedimento ad EE. VV. transmitto; ex quibus intelligent, terminum quatuor mensium utrique parti praefixisse sub die 7. Octobris 1843 ad deducendum jura sua. Interea EE. Vestras iterum atque iterum exoro, ut, rebus ad exacti judicii trutinam revocatis, quantocius animi Vestri sensus mihi aperire dignemini. Agitur enim de altera puella, nobili loco nata, cui nomen est Gratia Ruggieri, ex qua praedictus Molinari habuit filios, qui nec legitimi censentur, nec pro regni legibus juribus civilibus fruuntur.«

Nihilominus post haec diu neglecta mansit causa ex partium incuria; tandemque cum in eo esset, ut proponeretur, extemplo actrix Baccaria solemnem emisit in actis renunciationem, qua protestabatur: »perchè emerge che non può affatto reggere l'impedimento, e per non dispendiare lei ulteriormente, e far dispendiare ingiustamente il Signor Molinari . . . perciò renuncia expressamente agli appelli, e per parte sua rende libero il Signor Molinari a potere contrarre matrimonio con qualsivoglia altra donna gli riuscirà.« At de re agebatur sane gravissima, de Sacramento sc. matrimonii, cujus favore ex SS. Canonum censura vel ipse officiosus defensor provocare tenetur, si pars devicta cedat, nec absque altera conformi sententia aditus patet novis nuptiis contrahendis. Non attenta hinc Baccariae renunciatione, allegatione ac animadversionibus defensoris matrimonii ex officio deputati, unico nititur argumento, qui Molinarii jura tuetur, ut nullum irritumque probet matrimonium, de quo agitur, illud sc. fuisse clandestinum, nec coram proprio parocho contractum. Constat enim ex fide parochi Ecclesiae cathedralis, »che detta Maria Baccari figlia di D. Aurelio ed Angela di Liddo è mia figliola abitando da molti anni nella mia parochia«; nec non ex fide parochi collegiatae Ecclesiae S. Adeoni, »come D. Francesco Molinari figlio del quondam D. Domenico, e della Signora D. Giulia Rana è stato sempre in mia parochia, escluso l'anno 1827, che abitò nella parocchia della Catedrale«; quare ambigi nequit, curionem Ecclesiae S. Matthaei, in cujus praesentia nuptiae attentatae sunt Molinarium inter et Baccariam, neutrius contrahentis proprium parochum exstitisse, siquidem proprius ille sit ad matrimonii effectum, in cujus parochia habitant contrahentes tempore matrimonii, ut ait Barbosa.

At vero processum in hac causa confectum carpit imprimis officiosus Sacramenti vindex, illumque duplici ex capite nullitatis redarguit, quod praesentia omnino defuerit defensoris matrimonii, quam veluti substantialem judicii partem sub expressa nullitatis censura exegit Benedictus XIV. in Constitut. »Dei miseratione«, et quod delegatus fuerit quaestionis actibus absolvendis ac ferendae sententiae Canonicus Rutigliano contra expressum sancitum S. Concilii Tridentini Sess. 24 de reform. cap. 20. Ad intrinsecam quaestionis indolem quod attinet, perpendit pacificum esse, matrimonium quoad materiam, sc. plenum contrahentium consensum rite contractum fuisse, idque tum ex antecedentibus, tum ex consecutis demum adjunctis ex ipso processu elicitis roborari. De forma, quae, unice in dubium venit, haud satis sollicitum fuisse instat judicem, ut apertissime, prout decet in re tanti momenti, constaret de qualitate parochi, pro-

prius fuerit, nec ne, alterius ex contrahentibus. Sane proprium suspicari sinit ipsa per parochum S. Matthaei contrahentibus coram ipso mutuam sibi fidem pollicitis facta monitio; siquidem naturali ommissa animadversione, se proprium parochum non esse, sollicitus exstitisse fertur de extrinsecis duntaxat defectibus: »Io senza postarmi dal Confessionale ho detto ad essi, che non poteva impartire la benedizione nuziale, perchè mancava il consenso de'genitori, come anche le altre vitualità canoniche e civili.« Testimonia vero parochorum a Molinario uti superius allegata omnem minime dubitationem eliminant, quando fieri posset, ut vel vir vel mulier, seu eorum parentes haberent duo domicilia, videlicet ultra parochiam S. Adeoni et Cathedralis, etiam in prochia S. Matthaei, quo in casu coram hujusmodi parocho valide contraxissent (Sanchez). Constat praeterea ex actis processus, post matrimonium coram parocho S. Matthaei contractum, biennalem accessisse cohabitationem Francisci cum Maria, et communem vicinorum propinguorumque opinionem a testibus confirmatam, quod essent ad invicem conjuges; atqui hoc labente tempore fieri forte potuisset, quod matrimonium denuo habuerint ratum coram proprio parocho. Quaer. An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Dilata et praevia sanatione processus, facto verbo cum SSmo, scribatur Archiepiscopo Administratori, ut adstante defensore matrimonii formiter examinentur cum juramento parochus Cathedralis et S. Adeoni, utrum coram alterutro renovatus fuerit consensus a Maria Baccari et Francisco Molinari, nec non Abbas S. Matthaei, utrum vir domicilium habuerit in sua paroecia ante matrimonium diei 14. Januarii 1828, transmissis actis.

Die 24. Augusti 1844. Expletis ab Archiepiscopo Administratore, quae desiderabantur, redit controversia. In habito examine coram deputato matrimonii Curatore bini parochi, Cathedralis sc. et S. Adeoni jurisjurandi fide obtestati sunt, »che Maria e Francesco Molinari non hanno dato mai alla mia presenza, nè rinovato il consenso del voluto matrimonio.« Parochus vero S. Matthaei juramento, pariter adstante praefato defensore firmavit, »che D. Francesco Molinari non domiciliò mai (sc. in sua parochia) nè prima del voluto matrimonio sotto il di 14. Gennaro 1828, nè dopo, avendo sempre abitato in altra parochia.« Res cum ita se habeant, proclamatam esse matrimonii nullitatem urget Molinarii defensor. Verumtamen Sacramenti vindex in Urbe, cui nupera quaestionis acta communicata sunt, dolet praefatos tres parochos non examinatos quidem formiter fuisse, uti urgebat S. Congregatio; sed simpliciter fuisse interrogatos; sc. ommissae sunt normae, quas de formali examine tradit Innocent. III. cap. 37 de testib. de singulis circumstantiis diligenter inquirendiis, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama et certitudine. Subinde etiam conqueritur, quod defensoris deputati praesentia non hominis illa fuerit, sed potius Tarpejae rupis, quippe mutus adstiterit, nec de ulla disquisitione sollicitus, etsi multa disquirenda de jure fuissent, nempe an vir et mulier per illud tempus, quo post attentatum matrimonium uti conjuges habiti sunt, describi in libris parochialibus sese fecissent uti conjuges, an prolem susceperint, et si nata proles, quorumnam parentum nomina prae se

tulerit et an et cujus instantia nomina parentum descripta fuerint in libris parochialibus, uno verbo, an intercesserit coram parocho alterutrius contrahentium aliquod ex illis factis, per quae de jure inducitur renovatio consensus? Quaer. ut supra. S. C. C. resp. Affirmative.

20) Causa Neapolitana matrimonii, die 14. Decembris 1844. Jam ab anno 1819 mutuo sese deperierant Eques Joseph de Ruggero, adolescens 18 annos natus et Gratia Sorrentino 29. annum egressa, quam collegio valedicens domi repererat ille cubiculariae munere perfungentem. Porro mox eo devenerunt amores, ut mater Gratia effecta fuerit ac scriptam promissionem Rogerius in ejusdem manibus die 13. Februarii 1823 tradiderit, qua confessus, »esser stata (Gratia Sorrentina) da me deflorata per la prima volta e quindi in cinta,« declaravit: »mi obbligo a non recedere dalla promessa fattale di prenderla in legitima sposa nella forma prescritta dalle leggi civili e canoniche, lo che prometto di eseguire subito che sarò nello stato di sostenere il peso di un matrimonio. Laddove per una causa qualunque una qualsiasi combinazione frastornasse il successo di questo matrimonio . . . allora mi obbligo, giusta i dettami di giustizia di riparare alle rovine da me cagionate alla predetta D. Grazia Sorrentina di somministrarle quello che sarà di giusto e che potrà bastare a riparare gli accennati inconvenienti, e ciò senza pregiudizio dell' obbligo da me spiegato di prenderla in isposa.« Quid, quantum insudatum fuerit, ut promissiones hujusmodi suum sortirentur effectum, praesertim ex parte mulieris, cui mater ferebat suppetias, apparet ex allegatione et Summario per Rogerii defensorem distribuendis. Illud hic referre est, Rogerium et Sorrentinam labente Aprili 1824 stetisse coram parocho S. Joannis a Teduccio, qui locus est prope Neapolim, ubi plures etiam Neapolitanae familiae rusticationis gratia commorari solent, ibique praesentibus testibus repetitam solemniter fuisse fidem de futuro matrimonio, quae in parochialibus illis registris ita relata fuit: »D. Giuseppe de Roggero figlio del fù D. Pietro Antonio di Napoli . . . ha promesso future nozze a Donna Grazia Sorrentino figlia del fù D. Giovanni nativa di Napoli da più mesi in questa mia parochia avanti di me paroco, e testimonj Felice Lapolleria e Francesco Ripa;« quin tamen parochi subscriptio subsequatur. Atque insequenti Majo promissum hoc matrimonium nullis tamen praemissis juris solemnitatibus celebratum est de sero domi, quam Sorrentina jam diu a paternis Rogerii laribus rejecta inhabitabat, »in vià di S. Gennaro de Poveri,« adstantibus testibus et coram homine presbyteri personam prae se ferente, et qui renunciabatur parochus, quique his omnibus satisfecit ritibus, quos Ecclesia praescribit in matrimonii celebratione. Et pacifice sane inter Rogerium et Sorrentinam omnia (saltem publice) processerunt, donec ad aures pervenit mulieris, non parochum quidem nuptiis ab ipsa contractis benedixisse, sed larvatum hominem, adeoque illas nullitate laborare; tunc enim trepida, ne alias Rogerius appeteret nuptias, relata sponsalium fide, quae ad S. Joannem a Teduccio iniverat, impedimentum sponsalium apud Archiepiscopalem Curiam apponi curavit die 3. Septemb. 1824. Mox filium sibi enatum, quem Rogerius expositorum domui crediderat, sibi obtinuit restitui, mox annuam praestationem

assecuta est 300 ducat. in sui filiique sustentationem; ac denique coram Archiepiscopali Curia agi nedum de sponsalibus, de quorum impedimento tantum sollicita fuerat anno 1824, sed et de matrimonio, obtestans, »aver contratti non solo solemni sponsali col Signor de Ruggero, ma anche valido matrimonio collo stesso.«

Miris hinc inde deductis ariolationibus in infinitum protrahi causae definitio visa est. Has inter gravissima locum habuit concertatio super actorum falsitate vel abrasione, de qua in suis animadversionibus notitiam praebet matrimonii in Urbe defensor, quam necesse fuit S. Ordinis jussu obtruncare, ac diremit omnino interlocutoria sua sententia primae actionis judex, integritate actorum solenniter proclamata. Tandem Metropolitana prodiit sententia sub die 16. Decembris 1839, qua declaratum est, »assertum matrimonium post sponsalia secutum, neque juxta praescriptum S. Conc. Tridentini, neque in facie Ecclesiae initum fuisse, proindeque nullum; figmentum vero matrimonii a Sorrentina deductum dici non posse matrimonium et pleno jure improbandum, prout improbamus . . . pro cujus effectu infra mensem ab hac Curia expediri mandamus tam D. Josepho de Ruggero, quam D. Gratiae Sorrentino litteras testimoniales status liberi, ut valide et licite cum aliis matrimonium valeant celebrare. . . . Item definitive sententiamus, sponsalia a dicto D. Josepho de Ruggero cum D. Gratia Sorrentina inita, fraudulenta et illicita esse et quamvis aliquo modo utpote consensu perfecto contrahentium cohonestari valeant juxta aliquorum Theologorum placita, tamen ex causis allatis, expressis, deductis et probatis, ut in actis et rescindibilia esse et dissolvenda, prout praesenti definitiva sententia rescindimus et annullamus et Dominum Josephum de Ruggero ab obligatione illa adimplendi auctoritate per sacros Canones nobis tributa liberamus.«

Haec sententia est, a qua provocatur ad Sac. Ordinem. Unum adnotare est, querelas super actis adulteratis iteratas fuisse a Sorrentina, etiam coram hac S. Congregatione; eo sub obtutu, ut de eorum integritate judicaretur, antequam super merito principalis causae disceptaretur; ast ne in aevum vetustissima causa protraheretur justitiae consonum visum est reponere: »Utatur jure suo in die propositionis causae.« Quum vero nullum hac super re protulerit amplius monumentum oratrix, nil habeo, quod perpendendum hodie subjiciam. Referam, quae hinc inde super matrimonii et sponsalium validitate et nullitate vicissim disseruntur.

Argumentis tum ex jure tum ex facto petitis nullum fuisse matrimonium conclamat Ruggerii orator, quippe quod non solum compertum manet, neutrum parochorum tum mulieris tum viri celebrationi adstitisse, verum usque adhuc ignoratur, quinam perditus ille fuerit, qui tanti sacrilegii se fecit auctorem. Eadem Gratia fatetur, perperam insudasse ad conquirendam matrimonii fidem, quoniam »avendo fatte diligenze per vedere chi fosse stato questo Paroco, trovò che non era stato questo nè Paroco nè Prete, perchè si era portato alla Parochia delle Vergini, indi a Santa Maria degli Angeli alle Croci e non avevo trovato quel Prete che se le era dato a credere per Paroco,« Consonat huic

filiae confessioni ejus genitrix Sanctoria inquiens matrimonio interfuisse »un sacerdote, che si annunziò per Paroco, ma che in effetto credo, che non fosse stato tale.« Idemque Cajus, qui rerum pars magna fuit, tandem declaravit Josepho, »che poteva allontanarsi da Donna Grazia, giacchè il matrimonio non era valido essendosi fatto tutto falso.« Et tandem Gratiae parochus ita eam alloquebatur: perchè avete chiamato il Paroco di San Giovanellio che era da voi distante, e non avete chiamato me Vostro Paroco che ero a voi vicino?« Idem reponit circa testes, quorum ignoratur nomen, actus genealogici et de quibus adhuc tenebrae undique manent. Lucius (quem antiquum Gratiae ludimagistrum et lenonem exhibet), qui interfuit ritui veluti Compare, juramento affirmat, sibi fuisse ignotos tum adhibitos testes, tum personatum Administrum. Inquit sane: »ignoro chi fosse stato quel Prete; di più vidi tre uomini Paesani, due de quali a me erano ignoti, il terzo era Antonio Caso l' Ecclesiastico indicatomi Paroco da me non conosciuto; e senza che avessi saputo o qual Parocchia si appartenesse si pose la Cotta e li congiunse in matrimonio.« Denique Gratia, dum utriusque Siciliae regem adprecabatur, inquiebat mille poenarum dignum esse Ruggerium, »che sposò con falsità la ricorrente.« Hisce in facto adnotatis, translatitia ex jure theoremata pandit Ruggerii defensor et nullum ex omni capite praetensum Gratiae conjugium clamat. Negat subtilibus momentis sponsalium existentiam, sique ea locum habuisse comperirietur, talia esse subsumit, ut nulla declarentur, quippe quod spectata parochi a Theoduccio fide argui haud ex ea potest sponsalitii contractus natura ac desiderata mutua sponsio et repromissio futurarum nuptiarum. Si ad matrimonii promissionem attendatur, eodem syngrapha redolet defectu, cum adsit ex una nuda promissio, ex altera servetur acceptationis silentium. Praeter hoc intrinsecum et substantiale assertorum sponsalium vitium, eorum arguit nullitatem ex minorenni aetate Josephi de Ruggero, ex dissensu et indignatione parentis, qui ad obitum usque infensissimus exstitit, ne tale vinculum arctaretur, ex nuptiarum earumdem indignitate, quae absurdam unionem inducerent domini locupletis cum vilissima ancilla. Enucleat denique factorum adjuncta circa paratam a Gratia seductionem, circa probatam ejus loquacitatem, lubricumque vitae genus, atque concludit adversari conjugalis societatis sanctitati, ut ingenuus vir, generis nobilitate praeclarus, se cum vili ancilla conjugio foedet. Pro coronide demum animadvertit, neutiquam in praesentiarum posse disceptari circa sponsalium existentiam, validitatem et executionem, dum huic judicio formiter Gratia renunciavit, ac tantum asserunt velle matrimonii validitatem tueri juxta praescriptam methodum Benedictinae Constit. »Dei miseratione.«

At vero urget pro matrimonii validitate Sacramenti vindex. Certum est (ait ille), aliquem uti parochum nuptiis interfuisse ac universi in hoc consentiunt testes et contrahentes; unum quaeritur, an sacerdos ille alterutrius ex contrahentibus fuerit parochus. Atqui ambigi nequit, in genere talem fuisse ex credentia ipsorum contrahentium ac testium, qui declarant credulitatem suam deduxisse ex visu, quia nempe eum viderant ea cuncta gerentem, quae a parocho in his rerum adjunctis praestari solent. Hoc posito fidem eis adhiben-

dam omnino sustinet, etsi addant, parochum non novisse in individuo, tum sc. ex Tridentino jubente, ut testes actui praesentes sistant, non ut parochum personaliter noscant, tum ex regula juris, de qua Rota in recen. decis. 264. p. 5. dec. 69: »Testes de credulitate admittuntur, quando deponunt de actu latente in animo et in intellectu, si circa negotium principale deponant de scientia ex proprio corporis sensu.« Cum itaque quinque testes omni exceptione majores nec non contrahentes exploratum sibi esse firment primum, hoc est hominem se vidisse sacerdotalibus vestibus indutum, caeteroquin personaliter ignotum ea omnia serio agere, quae a parocho geruntur, certum et alterum esse debet, sc. judicium testium, hominem illum fuisse parochum; idque firmiter tenendum est, quousque de falsitate, quae numquam praesumitur, legitima ex adverso afferantur monumenta. Atqui id vir non praestitit adhuc. Objicitur utique mulieris confessio de anno 1827 coram regio magistratu: »un finto parroco, almeno tale lo credo;« sed vel id errore excidisse mulieri facile credes, si animadvertas, mulierem ipsam non trepidasse de parochi falsitate, nisi cum querelam movit contra virum de filii restitutione, id est post annum et ultra ab inito matrimonio, tunc enim certiorem factam fuisse a parocho S. Mariae Angelorum et altero S. Adaucti, quorum alterutrum per se vel per alium nuptiis benedixisse censuit, eos latere prorsus secutam solemnitatem. Porro ubi re penitus cognita causam rescivit jussu regis a Metropolitana Curia definiri, in judicium venit obtestans validum dici matrimonium et veram parochi praesentiam. Praeterea etsi mulier in ea sententia perseveraret, audienda non esset, quia (ut ait Gonzalez ad decret. lib. 4. tit. 18. cap. 6) »nec ipsi conjuges, postquam contraxerunt, amplius conqueri aut accusare matrimonium possunt et conjux accusans matrimonium videtur taedio, ira, vel odio vel desiderio novarum nuptiarum hoc facere.« Patet ex his etiam, quam temere in medium proferatur assertio viri, se audiisse a Cajo, parochum esse fictum, eoque magis spernenda est, quia pro se dicit ille testimonium et quia Cajus ipse deposuit in processu, parochum fuisse accitum a viro, idemque iteravit in ipso mortis articulo. Non officit pariter ommissa matrimonii descriptio in libris parochialibus; cum enim id jussum sit tantummodo probationis ergo, ommissio hujusmodi merito spernitur, si aliunde constet de matrimonio (Rota). Nec majoris momenti est bini Neapolitani parochi affirmatio, ipsos nihil nosse de matrimonio; nam praeterquam quod hi suspecti sunt, utpote ita asserentes ad vitandas poenas in parochos latas, ommissis solemniis et descriptione, nuptiis benedicentes; eorum negativa assertio positiva destruitur omnium testium, qui parochum adfuisse nuptiis asseverant. Quibus accedit, parochum, qui conjugio adfuit, eum ipsum esse potuisse (S. Joannis a Teduccio), qui adstitit sponsalibus; sane constat, Roggerium et inibi habere alterum cum sua familia domicilium »il casino a Dietrabianca,« ubi reapse celebrata sunt sponsalia, et ad quod se transtulisse per annum fere Rogerium referunt aliqui testes, cum mulieri natus est filius. Quantum porro ad probationes, deficiunt ad conjugii validitatem labefactandam (urget Sacramenti assertor); tantum praesumtiones omnes et universa factorum adjuncta ad eam undequaque roborandam collimant. Ita sane est silentium et condormitio per

annos servata, exortaque proles, antequam de matrimonii nullitate vox admoveretur; ardens contrahendi matrimonii votum, quod in utroque conjuge testes affirmant; solemnitas ipsa data sponsalibus, qua caeteroquin opus non fuisset; inutilis tandem disquisitio personae, seu illius larvati presbyteri, qui nuptiis fertur adfuisse, dum contra maxime interesse deberet Roggerii, individuam ejus personam designare, eique id facile fuisset, qui, teste Cajo, personam ipsam accivit. Si quilibet actus praesumi debet de jure validus, id maxime censeri par est de magno matrimonii Sacramento. Caeterum etsi parochus ille non demonstraretur, qui nuptias in themate absolvit, sustineri adhuc Sacramentum concludit ejusdem vindex, ex errore communi. Siquidem in facto certum, nec contrahentes nec testes dubitasse de opposito; in jure autem exploratum, parochum etiam putativum intrusum nuptiis assistere, quia tunc pro bono reipublicae supplet Ecclesia defectum jurisdictionis (Pont. de matrim. lib. 5. cap. 20).

De sponsalibus nihil habet assertor matrimonii, quia obtestatus est Roggerus, ne in eam provinciam ille descenderet, quae tramites excedit ejus officii. Dum autem in eo eram, ut pauca pro munere meo adderem super ea re ex quaestionis actibus excerpta, adfuit mihi adolescens ex Roggerio et Sorrentina genitus, qui, assumto tandem defensore, causam comperendinari postulavit. At ulteriores impertiri inducias prohibuit adversarii renuentia, qui jam pluries in id ipsum indulserat, ac gravem sibi obventuram ex nova dilatione jacturam conquerebatur. Quaer. 1) An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? 2) An constet de nullitate sponsalium in casu? et quatenus negative 3) an sit locus rescissioni sponsalium in casu? Sacra Congregatio Concilii respond. Ad 1. 2. et 3. dilata et suppleatur Processus intra sex menses servata forma Constitutionis s. m. Benedicti XIV. »Dei miseratione« juxta instructionem a Defensore matrimonii conficiendam.

21) Antonia cujusdam agricolae filia, quum inibi esset, ut matrimonium cum Nicolao paris conditionis iniret, una cum patre ad judicialem pignorationem declinandam de paroecia, ubi degebat, in aliam proximam paroeciam noctu domicilium transtulit. Aliquot post dies pater et Nicolaus, qui ex condicto sponsam secutus fuerat, ad postremae paroeciae parochum accedunt, et instant, ut matrimonio ipse assistat. Is parochus probe sciens, omnia, quae jure praescribuntur, jam praemissa, sponsos matrimonio conjungit. Qua de re gravissimam querelam movet prioris paroeciae parochus asserens, suum jus violatum fuisse et matrimonium irritum esse. Num vera sunt, quae asserit hic parochus? Tamquam certum indubitatumque posuimus, matrimonium, ut valeat, coram illo parocho ineundum esse, in cujus paroecia sponsus vel sponsa fixum domicilium habet (Benedict. XIV. Instit. 33). Illud etiam jure sancitum videmus, ut filiifamilias pro contrahendo matrimonio ad illius loci parochum pertinere censeantur, ubi eorum parentes incolunt. Illorum certe, qui pro custodia tantum in carcerem detruduntur, teste eodem Pontifice (Instit. 33), »parochus is judicandus est, ubi domicilium habent, non autem parochus, ubi carceres positi sunt; quum ipsi nihil magis exspectent, quam ut dissolutis vinculis paternas aedes revisant.« Id ipsum testatur de virginibus, quae in monasteriis

educationis causa degunt (cf. supra §. 260). Denique probat consuetudo, optima legum interpres, ad comparandum domicilium, quod conjugio rite celebrando inserviat, certum temporis spatium ab Ecclesia praescriptum non esse, sed sufficere, si sponsus vel sponsa alicubi habitet animo permanendi. Id sane evincitur ex sententia, quam S. Congregatio Concilii Tridentini tulit (die 14. Augusti 1627) de iis, qui ex loco, ubi decretum de matrimonio clandestino vigebat, proficiscebantur, ut matrimonium sine parocho ac testibus contraherent. Respondit siquidem, matrimonia hujusmodi esse valida, si domicilium vere transferatur. Ecclesia igitur hac in re domicilium vel paulo ante comparatum respicit, ideoque quoties novum domicilium habetur, novus parochus matrimonio potest ac debet assistere. Quum haec verissima sint, potuit Antonia coram alterius paroeciae parocho matrimonium inire, ac proinde immerito querelam movit prioris paroeciae parochus, et falso asseruit, suum jus violatum fuisse et matrimonium irritum esse. Caeterum postremus parochus, qui tanta facilitate et festinatione nuptiarum celebrationi operam praestitit, non omnino laudari posse videtur, nisi gravis necessitas matrimonium cito fieri oportere suaserit.

22) M., ein junger Mensch aus B., kaufte zu H. ein Wirthshaus und trieb die Wirthschaft daselbst. Weil er aber von der Militärpflicht noch nicht losgezählt war, konnte er die Erlaubniß, sich zu verehelichen, nicht so schnell erhalten, als er wünschte. Nach langem Warten erhielt er endlich diese Erlaubniß. Vier Wochen darnach ging er mit seiner aus der Pfarre L. gebürtigen und mit einem Ledigschein ihres Pfarrers versehenen Braut in seinen Geburtsort B. und ließ sich nach dreimaliger Ausrufung von dem dortigen Pfarrer trauen. Der Pfarrer in H., der hiebei ganz übergangen wurde, machte deßhalb bei dem bischöflichen General-Vicariatsamte beschwerende Anzeige. Der zur Verantwortung gezogene Pfarrer zu B. entschuldigte sich damit, er habe geglaubt, um irgendwo ein Domicilium zu fixiren und dort copulirt werden zu müssen, würden mehrere Monate erfordert, die aber der Bräutigam nach erhaltener Heiratserlaubniß in H. nicht zugebracht habe. Das bischöfliche General-Vicariat, hinlänglich versichert, daß M. wenigstens von der Zeit an, wo er von der Militärpflicht befreit war, domicilium verum in H. hatte und der bloße Ledigschein seiner Braut den Pfarrer in B. zur Copulation nicht auktorisiren konnte, gab dem Pfarrer zu H. den Auftrag, die Ehe in der Stille zu convalidiren.

§. 262. Der Pfarrer der Wohnsitzlosen bezüglich der Eheschließung.

Es ist bereits bei der Lehre von dem Brautexamen (§. 201) und von dem kirchlichen Aufgebote (§. 207) erwähnt worden, daß eine besondere Vorsicht in Betreff der Heiraten der Wohnsitzlosen (die kein bestimmtes Domicil haben, mögen sie nun ihr früheres aufgegeben haben, ohne ein neues zu wählen, oder überhaupt keines haben, weil sie durch Herumziehen dasselbe verloren haben) erfordert werde. Der Erlaß des Wiener fürsterzbischöflichen Ordinariates vom 21. December 1856 bezeichnet als Personen, die gar keinen Wohnsitz (im rechtlichen

Sinne des Wortes) haben, Jene, welche ihren bisherigen Wohnsitz aufgegeben und noch an keinem Orte die Bedingungen zur Erwerbung eines neuen Wohnsitzes erfüllt haben, dann Solche, deren Lebenserwerb eine stäte Veränderung des Aufenthaltes mit sich bringt, z. B. bei dem Inhaber einer Menagerie, welcher in allen größeren Städten Europas sein Bretterhaus aufschlägt und es abbricht, sobald der Reiz der Neuheit abgestumpft ist, endlich bei eigentlichen Landstreichern (Vagabunden). Sanchez handelt über die matrimonia vagorum, quales ad effectum matrimonii contrahendi dicuntur illi, qui in nulla certa parochia firmum habent domicilium, tametsi illud in urbe aut oppido comparare destinaverint, cum ad effectum acquirendi domicilium non sufficiat solus animus habitandi, sed requiratur etiam factum atque habitatio ipsa (lib. 3. disp. 25), wo er schreibt: 1) Parochus non potest vagorum matrimonio interesse, nisi diligenti inquisitione praemissa et obtenta Ordinarii licentia (Concil. Trident. Sess. 24. de reform. mat. cap. 7), quam quidem licentiam Episcopus ex Instructione S. Cong. Concilii non concedat, nisi ei de statu libero authentica fides Ordinarii originis exhibeatur. Intellige tamen non de quibuscumque vagis; Tridentinum enim de iis loquitur, qui vagantur et incertas habent sedes; quare licet illi, qui deserta parochia intra idem mutantur oppidum, dicantur vagi, de his tamen, dum ad aliam parochiam translati non sunt, sed ab breve tempus alibi hospitantur, non loquitur Tridentinum, quia non sunt vere vagantes et incertas habentes sedes. Praeterea in illo oppido nati sunt, quare praemissis denunciationibus in parochia, ubi diutius habitarunt, possunt absque licentia Ordinarii a proprio parocho matrimonio conjungi. 2) Quando alter solus ex contrahentibus vagus aut forensis est, requiritur eadem diligens inquisitio et licentia Ordinarii (Episcopi vel ejus Vicarii generalis, Praelati habentis jurisdictionem quasi-episcopalem, vel ejus Vicarii), quia periculum, cui Tridentinum occurrere intendit, omnino militat, quando vagus aut forensis est, respectu illius. 3) Quicumque parochus potest matrimonio vagorum interesse; nam non est major ratio de uno parocho, quam de alio, cum nullam certam parochiam habent. Si vero domicilio relicto, quamvis in fraudem proprii parochi, facti essent vagi, possent coram quovis parocho matrimonium inire, sicut mutantes parochiam in fraudem parochi, possunt matrimonio copulari a parocho novae parochiae. Imo si alicubi Episcopus pro Confessario vagorum proprium constituisset sacerdotem, adhuc vagi coram quocumque parocho matrimonium inire possunt. Hinc si quis pristinum domicilium omnino deserens, iter agat aut naviget, animo acquirendi novum domicilium, dum nondum acquisierit incipiens habitare, potest coram quocumque parocho contrahere matrimonium, quia est vagus et nulli subditus. Similiter dum non habet parochiam, quia primam deseruit et quaerit aliam et ad breve tempus hospitatur in aliqua, potest coram quocumque parocho illius oppidi contrahere, quia est vagus respectu parochiarum. Si alter sit vagus, alter vero incola, potest quilibet parochus eos matrimonio conjungere, quia ad valorem matrimonii sat est quilibet contrahentium parochus; sed quilibet est parochus vagi, ergo quilibet potest eos matrimonio conjungere, contra alios dicentes, si alter tantum vagus sit, requiri praesentiam parochi proprii partis non vagantis.

Et sicut quilibet parochus, cui vagi se subjicere vellent, posset eos matrimonio conjungere, ita posset dare licentiam alii sacerdoti (e. g. Cooperatori), eos conjungendi; utrumque enim est proprii parochi munus, et parochus, qui potest matrimonio assistere, potest etiam licentiam assistendi alteri sacerdoti concedere. 4) Parochus, qui vagos non servato decreto Tridentino, nempe non praemissa debita diligentia ac licentia Ordinarii matrimonio conjunxerit, peccabit mortaliter, quia violat Tridentini praeceptum in re gravissima et valde necessaria, item quia est suspendendus triennio (cap. fin. de clandest. despons.). Similiter peccabit etiam mortaliter sacerdos, qui sola parochi licentia vagorum matrimonio interfuerit, cum videt idem praeceptum Tridentini exigentis licentiam Ordinarii. Idem dicendum de conjungente forenses, aut quando alter tantum est forensis, absque praedicta licentia et diligentia. Nam decretum Tridentini obligat etiam in hoc casu. 5) Valet tamen matrimonium vagorum contractum coram parocho non praemissa dicta diligentia nec Ordinarii licentia petita; nam pro matrimonii essentia desideratur tantum praesentia parochi et duorum testium. Id speciale est in matrimonio, ut ex simplici prohibitione absque decreto irritante non censeatur annullari. Item valebit matrimonium, si alius sacerdos solius parochi licentia obtenta intersit tali matrimonio.

Auch der Cardinal Prosper Lambertini spricht in seiner 33. Unterweisung de matrimonio vagorum. Evenit aliquando, quod vagi matrimonium inire contendant; ipsorum autem parochus is dicitur, in cujus ditione versantur, quod pariter asserendum est, licet alter solum ex illis, qui conjugium petunt, vagantium numero adscribatur. Attamen peregrinus et vagus sine ullo discrimine non semel confunduntur. Vagus ille appellandus est, qui relicto suo domicilio sedem in exteris terris inquirit. Peregrinus autem is nuncupatur, qui ea voluntate iter facit, ut ad pristinum domicilium exacta peregrinatione revertatur. Ob has potissimum causas, ob gravia quoque dissidia, quae ex matrimoniis errantium Egyptiorum (Zigeuner) ac militum plerumque dimanant, parochis omnibus (dioecesis Bononiensis) indicimus, quod a Tridentina Synodo sancitum (Sess. 24, de reform. matrim. cap. 7). Dieselben Grundsätze finden wir quoad matrimonia vagorum (qui nullam certam et constantem sedem, nullum certum habent domicilium aut quasi domicilium, vel qui post relictum corpore et animo pristinum domicilium iter faciunt, quaerentes, ubi domicilium figant) bei sämmtlichen alten Canonisten. Parochus proprius vagorum, so lehren sie, in ordine ad matrimonium est parochos illius loci, ubi vagi actu versantur. Talis parochus valide assistit vagorum matrimonio, etiamsi ipsi ea intentione et animo, ut citius et liberius in ejus parochia copulentur, e proprio domicilio discedant, sicque aliquam quasi fraudem et dolum committant, dummodo vero et non ficto animo illud deserant et ad illud brevi redire revera non intendant. In tali casu non patrocinatur illis fraus, sed conditio parochiani, quam licite acquirunt. Dicta procedunt, sive uterque conjux, sive alter ex ipsis tantum vagus sit, uti declaravit S. Congregatio in Theatina validitatis matrimonii 30. Aprilis 1661. Die Anweisung für die geistlichen Gerichte Österreichs erklärt §. 45: Für jene, welche weder einen eigentlichen, noch einen uneigent-

lichen Wohnsitz haben, ist der Pfarrer, in dessen Bezirke sie sich eben aufhalten, der zuständige.

Es kann nämlich bei den Wohnsitzlosen die Tridentinische Form nur dann gewahrt werden, wenn ihrer Eheschließung der Pfarrer des momentanen Aufenthaltsortes, oder ein von dem Bischofe, in dessen Diöcese solche vagi gerade sich aufhalten, bestimmter Priester assistirt. Dieß ist von dem Tridentinum stillschweigend angeordnet, indem es nur von Pfarrern spricht. Ad epikiam confugiamus oportet, so erklären die Canonisten die Sache, si, ut par est, matrimonia a vagis hominibus coram parocho loci, ubi tempore contractus casu et mox discessuri commorantur, recte inita esse defendamus. Quia cum ille parochus non sit, si emendate sciteque loquamur, proprius contrahentium, qualem Tridentinum exposcit, non alia ratione affirmare possumus, illius praesentiam vagorum hominum conjugio vim tribuere, nisi quia per epikiam statuimus, Tridentinum velle lenius ac mitius vocem proprius pro ejusmodi personis intelligi, quae cum nusquam gentium stabilem collocent sedem, nusquam reperient parochum ea qualitate vere praeditum. Giltig schließen die Wohnsitzlosen also ihre Ehe ab, selbst mit Umgehung der speciell auf sie gemachten Vorschriften vor dem Pfarrer des Ortes, wo sie sich gerade aufhalten. Der Pfarrer muß in solchen Fällen sich genau an die bischöfliche Instruction halten und besonders ist die Bescheinigung dessen erforderlich, daß keine Hindernisse obwalten. Es bleibt sich gleich, ob beide oder nur ein Contrahent als vagus zu betrachten ist. Wer ein Domicil hat, muß coram parocho proprio contrahiren. Hat von zweien einer keines, so kann, weil der eigene Pfarrer eines jeden competent ist, die Ehe vor jedem, wo sich die Contrahenten aufhalten, oder wenn das Tridentinum hier nicht gilt, sine solennitate geschlossen werden (vergl. §. 253).

Wir glauben hier noch die bei der S. Cong Concilii am 13. Juli 1725 verhandelte causa Lauretana beifügen zu sollen. Antonius Maria Biglieni, sex aut septem abhinc annis matrimonium contraxit coram parocho Montis Luponi cum quadam muliere teutonica, quae appellatur Anna Margarita Uffrenin, eademque adhuc vivente, aliud matrimonium die 29. Februarii 1724 contraxit hic in Urbe cum Catharina Galli Praenestina coram parocho S. Laurentii in Lucina; cumque praedicta Anna Margarita non solum tempore contracti secundi matrimonii, sed etiam de praesenti sit in humanis, disputandum in praesenti proponitur dubium, an matrimonium cum ea contractum fuerit nullum; a Tribunali enim, in quo pendet causa super praetensa polygamia, remissa fuit cognitio articuli super validitate vel invaliditate primi matrimonii ad hanc S. Congregationem juxta praxim alias habitam in consimili causa Bovinen. matrim. 7. et 18. Septembris 1697.

Contendit autem Antonius Maria Biglienus, praedictum matrimonium fuisse nullum, tum quia Anna Margarita coram parocho proprium non expressit consensum, et, quod caput est, nec ipse coram eodem parocho potuit verba proferre perfecte indicantia, se praedictam mulierem ducere in uxorem, ex quo statim, ac loqui incepit, parochus aufugit, uti desumitur ex ipsius Antonii Mariae judiciali depositione. Accedit, quod Nicolaus Sca-

ramuccia, alter ex testibus matrimonii mansit extra Ecclesiam Montis Luponi, in qua illud contractum fuit, ita ut in sua depositione judiciali asseruerit, se nescivisse, cur praedicti vir et mulier Ecclesiam ingressi fuerint, et quaenam verba coram parocho protulerint. Et demum pro conjectura invaliditatis matrimonii adfert, quod illud non fuit adnotatum a parocho in libro matrimoniorum, quod utique facere non ommisisset, si illud pro valido habuisset. E contra Anna Margarita inquit, non esse dubitandum de validitate matrimonii, tum quia tam ipsa, quam Antonius mutuum de praesenti expresserunt consensum coram parocho et testibus, ut ipsa deponit in sua attestatione judiciali, tum quia Nicolaus Gattafonus, alter ex testibus matrimonialibus formiter examinatus deponit, se fuisse matrimonio praesentem et audivisse verba mutuum consensum exprimentia; et dicere videtur, huic actui fuisse etiam praesentem Nicolaum Scaramucciam, alterum testem, qui, ut vidimus, inquit, se mansisse extra Ecclesiam et verba contrahentium non audivisse. Additur, quod post contractum hoc matrimonium vir et mulier, qui statim a terra Montis Luponi reversi sunt ad Terram Montis Cassari, a qua discesserant, plurium annorum spatio se tamquam conjuges tractaverunt et uti tales habiti fuerunt ab omnibus, uti colligitur ex testibus examinatis, quorum nonnulli ulterius dicunt, se audivisse a parocho Montis Luponi, qui tempore examinis mortuus erat, quod ipse eosdem matrimonialiter conjunxerat, cumque Antonius post nonnullorum annorum intervallum accesserit ad Urbem, ut in ea sutoriam artem exerceret, exhibentur a muliere epistolae sibi scriptae, quibus eam agnoscere videtur ut suam uxorem. Haec sunt, quae ab utraque parte proponuntur, sed alea incerta, ita ut major profecto controversia constituenda videatur in hoc, quod Antonius, qui est civis Lauretanus, quique captus amore Annae Margaritae, modo ad urbem Maceratensem, modo ad Montem Sanctum perrexerat, et paucis diebus in illis versatus fuerat, spatio tandem duorum mensium una cum dicta Margarita habitavit in loco Montis Casarii, a quo post parochi admonitiones de contrahendo cum Margarita matrimonio et praevisas difficultates de probando statu libero ejusdem, cum ex improviso decesserit et una cum memoratis duobus testibus accesserit ad Terram Montis Luponi et coram parocho hujus loci, doctrinam christianam pueros edocente, matrimonium ex improviso pariter contraxerit, et statim reversus fuerit ad Terram Montis Casarii, in qua plurium annorum spatio cum dicta Margarita cohabitavit; et ex his inferri posse videtur ad nullitatem matrimonii, cum pro validitate matrimonii necesse sit, ut illud contrahatur coram proprio parocho sive viri sive mulieris (ex Trident.), et proprius alterutrius ex contrahentibus dici non potuerit parochus Montis Luponi juxta celebrem resolutionem hujus S. Congregationis in Romana, die 22. Februarii 1631 (vergl. §. 258) et concordant aliae resolutiones, in specie ea de die 22. Februarii 1723 occasione famigeratae causae Caesenaten. seu Forolivien. (vergl. §. 261 sub 6).

Conclusio admittitur a scribente pro Joanna Margarita, sed dicitur, eam non esse in hypothesi applicabilem, ex quo vir et mulier erant vagi et absolute et simplicitur vagi contrahere possunt matrimonium coram parocho illius loci,

in quo actu versantur, quod procedit, etiamsi alter tantum ex contrahentibus sit vagus. Non urgente, quod Concilium Tridentinum (cap. 7. Sess. 24 de reform. matrim.) praescribat, quod parochi matrimoniis vagorum non assistant, nisi praemissa diligenti inquisitione et re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint; cum etenim Concilium in hoc cap. 7. non utatur decreto irritante, sicuti usum fuerat in cap. 1, in quo praesentiam parochi et duorum testium in unoquoque matrimonio praescripserat, hinc est, validum habendum esse semper matrimonium vagorum, etiamsi non fuerint observata ea, quae statuta fuerunt a Concilio cit. cap. 7, uti probat textus in cap. ex litteris, 2. in fine, de matrim. contract. cont. interdict.

Puncto ergo redacto ad examen, utrum ambo contrahentes vel alter saltem ex eis inter vagos haberi debuerint, scribens pro Anna Margarita inquit, Antonium fuisse vagum, quia licet natus esset in civitate Laureti, modo tamen unum locum modo alium petebat, ut sutoriam in eo artem exerceret, et quatenus Antonius pro vago haberi non posset, subdit, Annam Margaritam semper pro vaga haberi debuisse, cum mulier haec teutonica ad aedem B. V. Lauretanae devenerit devotionis gratia una cum quadam sua consanguinea, quae Laureti mortua est, ipsaque aliquando in civitate Lauretana, aliquando et quidem plurium annorum spatio permanserit in civitate Forosemproniensi, aliquando in civitate Maceratensi in famulatu unius aut alterius nobilis matronae, stuprumque passa ab Antonio aliquando moram traxerit in Monte Sancto, aliquando in Monte Cassario, quod satis esse dicitur, ut ipsa pro vaga haberi debeat.

Scribens e contra pro Antonio inquit, nec ipsum nec Annam Margaritam vagos fuisse, cum duobus mensibus ante matrimonium contractum habitaverint tamquam vir et uxor in loco Montis Cassarii, et post matrimonium contractum in Terra Montis Luponi statim reversi fuerint ad eumdem locum Montis Casarii, in quo plurium annorum spatio tamquam vir et uxor permanserunt, et vagus et sine domicilio sit ille, qui proprio domicilio relicto iter facit, quaerens, ubi se sistat, vel ad summum ille, qui nullibi certam et constantem sedem et domicilium vel quasi-domicilium habet. Uno verbo duo pro constituendo vago requiruntur; a) ut domicilium deseruerit, b) quod aliud non acquisiverit, qua de causa peregrini non dicuntur vagi, quia non deserunt domicilium, cum animum habeant ad illud redeundi; cumque vir et mulier, de quibus agitur, domicilium vel quasi-domicilium haberent in Terra Montis Cassarii, hinc sequitur, neutrum ex illis vagum dici potuisse. Quaeritur, an matrimonium sit nullum in casu etc.? S. Cong. resp. Affirmative. Hiermit kommt zu vergleichen die unten zu besprechende causa Jadrensis, aus deren Anlaß die Frage in Erwägung gezogen wurde, ob ein Soldat als wohnsitzlos angesehen werden könne.

Dritter Abschnitt.

Die Delegation zur Trauung.

§. 263. Die Eheschließung vor einem von dem Bischofe oder Pfarrer bestellten Priester.

Nach der Bestimmung des Conciliums von Trient (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1), kann die Ehe von dazu befähigten Personen auch vor einem von dem zur Assistenz berechtigten Bischofe oder Pfarrer (wenn beide Pfarrer bei verschiedenem Wohnsitze der Brautpersonen competent sind, so können auch beide giltig delegiren) bestellten Priester giltiger Weise geschlossen werden. Es kann also die Berechtigung des parochus proprius, die wechselseitige Einwilligung der Brautleute in die Ehe entgegen zu nehmen, auch delegirt oder einem Anderen übertragen werden (quando alicui sacerdoti et non proprio parocho datur jus interessendi matrimonio celebrando a personis non subditis ejus curae); nur muß dieser Andere allzeit ein Priester sein; das Tridentinum bezeichnet ihn mit den Worten: alius sacerdos de ipsius parochi vel Ordinarii licentia (vergl. §. 38 der Anweisung für die g. G. Ö.). Unter dem Ordinarius ist nebst dem Bischofe immer auch der General-Vicar zu verstehen (vergl. die causa Pistorien. v. J. 1719 §. 220). Facultatem assistendi et delegandi, schreibt Scavini, habet Vicarius generalis, neque eum prohibere potest Episcopus ex declaratione S. Congreg. Conc. apud Croix. Und nach demselben erscheint zur Trauung berechtigt quilibet sacerdos tam propriae quam alienae dioecesis, qui ab Ordinario (vel ejus Vicario) aut parocho licentiam obtinuerit, ut ait Tridentinum. Haec porro licentia, so bemerkt Scavini, vel deputatio adeo necessaria est ex Tridentino, ut si quis vel parochus alienus vel sacerdos tam saecularis quam regularis auderet sine ipsa alicui matrimonio assistere, incurrat suspensionem ipso facto (in probabiliori tamen sententia a solo officio sacerdotali, non ab officio simul et beneficio, quia juxta canonum intelligentiam ex subjecta materia determinatur poena, ut in eo quis puniatur, in quo deliquit), tamdiu duraturam, quamdiu ab Ordinario illius parochi, qui matrimonio interesse deberet, non absolvatur. Deßhalb verfügt auch die Eichstädter Pastoral-Instruction: Alienos parochianos conjungere, etiam ex praesumto proprii parochi consensu, severe interdictum est; cum praesumtio jurisdictionem tam parum tribuat, quam quaevis erronea persuasio; hinc meminerint parochi aliique sacerdotes, ad fallaces sponsorum nupturientium praetextus nimis creduli, vel temporali quodam emolumento excoecati, aut ad praevertenda ulteriora peccata indiscrete ac pessime zelosi, quod si contractui alienorum parochianorum assistere praesumpserint, ipso jure praeter excommunicationem incurrant suspensionem duraturam, quoad usque ab Ordinario parochi proprii absolvantur; neque facile pro foro externo per ignorantiam a

censura excusantur, cum praesumtio militet contra parochum, quod ea non ignoret, quae ad officium suum pertinent, et ex communi regula ignorantia juris cuique noceat, nisi tamen ignorantiam suam legitime docuerit. Ueber die Berechtigung zur Bestellung eines Priesters zur Intervention bei der Eheschließung sind bereits §. 256 einige Andeutungen vorgekommen. Hier muß diese Angelegenheit ausführlicher besprochen werden.

Sanchez lehrt hierüber (lib. 3. disp. 31) Folgendes: 1) Parochus proprietarius, qui scilicet beneficium parochiale habet, potest delegare alteri sacerdoti (saeculari vel regulari) licentiam assistendi matrimonio cum facultate subdelegandi, quia est Ordinarius. 2) Parochi non proprietarii (z. B. unsere Pfarr-Administratoren) possunt delegare assistentiam matrimonii alii sacerdoti. Nam hi sunt delegati ad causarum universitatem, cum praeficiantur ad omnes causas parochialis Officii in tota parochia; tales autem delegati possunt unam vel alteram causam subdelegare, etsi ad breve tempus instituantur ab Episcopo vel parocho proprietario, quia eo brevi tempore sunt vere parochi et ad universitatem causarum delegati. 3) Hi parochi delegati ad universam parochiae curam non possunt alteri omnem curam, etiam ad modicum tempus, dum absunt, delegare, sed tantum aliquas causas; quia delegatus ad universitatem causarum solum potest unam vel alteram causam delegare. Intellige tamen, nisi consuetudo esset, ut hi vicecurati, dum ad breve tempus absunt, substituant aliquem ministraturum omnia Sacramenta in paroecia, quia Episcopus, vicecuratos instituens et conscius consuetudinis, tacens videtur tacite dare facultatem ad eam substitutionem. Hinc infertur, hunc institutum ad universitatem causarum a vicecurato, ubi est consuetudo, ut absens talis vicecuratus substituat aliquem ad universam parochiae curam, posse delegare licentiam assistendi matrimonio aut ministrandi aliud Sacramentum, quia est delegatus ad universitatem causarum et non censetur delegatus illius vicecurati; is enim non poterat sic delegare, sed est delegatus ipsius Ordinarii scientis et patientis eam consuetudinem; ea enim scientia et patientia est tacita licentia. 4) Parochi delegati ad universitatem causarum, quamvis possint delegare licentiam assistendi matrimonio vel aliud Sacramentum ministrandi, at non possunt dare illam subdelegato cum facultate, iterum delegandi, id est, dare licentiam, ut possit ille concedere alteri sacerdoti facultatem assistendi matrimonio. Nullus enim delegatus potest delegare cum facultate subdelegandi. Caeterum credo, quod possint delegati hi suo delegato dicere: »Ex nunc ego do facultatem assistendi matrimonio sacerdoti, quem tu designaveris,« quia tunc ipse delegatus non censetur delegare; nec est, nisi nudus minister, nec datur jurisdictio incerta; tempore enim, quo minister nomine delegantis assignat personam, cui datur licentia assistendi matrimonio aut ministrandi Sacramentum, conceditur jurisdictio, et tunc jam persona est certa et determinata. 5) Si parochus praesens assumit vicarium locantem operas, ut illum adjuvet, hic vicarius non potest delegare, quia non censetur illi suas plenas vices committere; secus est de vicario in absentia parochi instituto. 6) Si Episcopus aut ejus Vicarius generalis committat sacerdoti, ut recipiat informationem ac testes de aliquorum habilitate, ut inter se matrimonium

ineant, et informatione recepta assistat eorum matrimonio: hic sacerdos delegatus non poterit alteri committere informationem, at ea facta poterit alterum delegare, ut assistat matrimonio illorum. Nam delegatus ad unam causam non potest subdelegare articulum jurisdictionis, qualis est examinatio testium, potest tamen articulum nudi ministerii; sed interesse matrimonio est articulus illius causae commissae et non est actus jurisdictionis, sed nudi ministerii. 7) Sacerdos delegatus ad assistendum alicui matrimonio non potest subdelegare, sive sit delegatus parochi sive Episcopi; quia est delegatus ad unam causam; talis autem non potest totam causam delegare. Si vero esset delegatus a parocho proprietario vel Episcopo ad assistendum omnibus matrimoniis parochiae, licet limitetur tempus, ut, tali tempore occurrentibus, esset delegatus ad universitatem causarum, unde posset hic delegatus subdelegare. (Vergl. unten die caus. Milevitana vom J. 1639 und die causa Spoletana vom J. 1751).

Regula juris vult, so sagen die Rechtsgelehrten, delegatum non posse subdelegare et alteri committere et mandare jurisdictionem mandatam, et si alium deleget, nihil agere. Huic regulae locus non est, ubi quis delegatus fuerit a Principe (cap. fin. de offic. delegat., cap. cum causam, de appellat.), vel ubi delegata est universitas causarum. Hiernach erklärt auch die Anweisung für die g. G. Ö. §. 48: Wer die Erlaubniß zu trauen für eine Gesammtheit von Fällen erhalten hat, kann dieselbe für einzelne Fälle auf einen anderen Priester übertragen. Wer diese Erlaubniß nur für einen einzelnen Fall erhalten hat, entbehrt des Rechtes zu subdelegiren, wenn dasselbe ihm nicht ausdrücklich ist zugetheilt worden. Der für einen speciellen Fall delegirte Priester kann daher nicht subdelegiren, wenn in seinem Mandate die Ermächtigung dazu nicht ganz besonders ausgesprochen ist. Diese Beschränkung des Special-Bevollmächtigten macht die Vorsicht wünschenswerth, jedesmal bei Ertheilung der Erlaubniß zur Vornahme einer Trauung an einen bestimmten dritten Priester für alle Eventualitäten demselben das Recht der Subdelegation zugleich ausdrücklich zu übertragen. Der parochus proprius von Brautleuten, die sich anderswo trauen lassen wollten, war in Geschäften abwesend; der Nachbarpfarrer, der in solchen Fällen Aushilfe zu leisten pflegte, fertigte die Delegation aus; gilt die auf Grund derselben vorgenommene Trauung? Ein anderer Pfarrer fertiget eine Delegation auf Begehren der Brautleute für den Pfarrer A aus; darauf erhält er einen Copulationsschein, welcher darthut, daß der kränklich gewordene Pfarrer A den Priester B zur Vornahme der Trauung subdelegirt habe; soll der delegirende Pfarrer, der übrigens nicht ausschließlich den Pfarrer A zu delegiren beabsichtigte, die Frage über die Giltigkeit der Ehe bei dem Ehegerichte anregen?

Viel ventilirt ist die Frage, ob die Stellvertreter und Hilfsgeistlichen der Pfarrer berechtiget sind, anderen Priestern die Vollmacht, bei Eheschließungen zu interveniren zu übertragen? Gury bemerkt, quod ex consuetudine in Gallia et in aliis diversis locis communius recepta, Vicarius potest etiam alium sacerdotem constituere ad matrimonium in casu particulari benedicendum, quia vigente memorata consuetudine est delegatus ad universitatem causarum et consequen-

ter alium subdelegare potest. Und Scavini: Si agitur de sacerdote delegato ad cuncta parochialia munia obeunda, sive ut ajunt, ad universitatem causarum (ut si v. g. substituto diceret parochus ad aliquod tempus a paroecia discessurus: »paroeciam tibi commendo, fac, ut alter ego«), jure poterit alterum subdelegare ad unum vel alterum munus speciale (cap. quoniam, 43. de offic. deleg. §. caeterum), ideo etiam ad assistendum alicui matrimonio. Si vero agitur de delegato ad munus tantum speciale, v. g. ad conferendum baptisma, ad assistendum matrimoniis, alium subdelegare non poterit. Hoc colligitur ex dispositione Juris positivi. Sane tunc non jurisdictio, sed certum tantum ministerium ei committitur. Wer durch sein Amt, schreibt Dr. Knopp, oder in Folge der ihm zeitweise übertragenen Administration im Besitze einer licentia generalis für alle in einem engeren oder weiteren Kreise vorkommenden Eheschließungen ist (vergl. §. 254), kann zugleich auch andern Priestern diese Licenz giltig übertragen. Dieß gilt vom General-Vicar und Official (vergl. §. 256) und es bleibt hier zu bemerken, daß auch die Capläne und Vicarien kraft der in ihrer Anstellung liegenden generellen Erlaubniß zur gesetzlich giltigen Assistenz bei Eheschließungen der Parochianen für einzelne Fälle diese Erlaubniß auf andere Priester übertragen können, inwiefern denselben dieses Recht nicht ausdrücklich vorenthalten ist. Eben so haben, wie Dr. Schulte lehrt, die während eines Streites über die Pfarrbesetzung oder sonst ernannten Administratoren das Recht zu delegiren, weil sie die Verrichtung aller Pfarrfunctionen haben, zudem der Pfarrer nur eine Jurisdiction im uneigentlichen Sinne bei der Eheschließung ausübt (vergl. unten die causa Spoletana v. J. 1751).

Daß zur Vernahme der Trauung nur ein Priester delegirt werden könne, ist bereits oben bemerkt worden. Sanchez erläutert dieß (lib. 3. disp. 20) in Folgendem: Parochus non potest licentiam assistendi matrimonio concedere Clerico, qui sacerdos non est, quare assistente Diacono de licentia Ordinarii vel parochi, matrimonium erit irritum. Concilium enim Tridentinum omnino perspicue de sacerdote loquitur. Potest tamen parochus hanc licentiam concedere simplici sacerdoti, non approbato ab Ordinario; quia hanc approbationem tantum petit Concilium Tridentinum (Sess. 23. cap. 15) pro confessionibus audiendis propter magnam prudentiam, scientiam et vitae probationem, quae in tali ministro requiruntur, cum sit medicus et judex animarum. Caeterum licentia dari potest sacerdoti excommunicato vel irregulari, quia haec assistentia non est actus jurisdictionis et exerceri potest per excommunicatum vel irregularem. Dann (lib. 3. disp. 22): Valet matrimonium, licet is, cui concedit parochus licentiam assistendi matrimonio, sit merus laicus, si communi existimatione et errore credebatur sacerdos, pro tali publice se gerens. Quia quamvis parochus non possit dare licentiam non sacerdoti, concurrit tamen titulus praesumptus, scilicet est a Superiore, potente concedere data, estque communis error et impedimentum, ob quod invalida fuit, est solius Juris humani, in quo casu Jus supplet defectum et gesta per talem valida sunt. Sicut si Tridentinum disponeret, ut soli sacerdoti catholico possit dari licentia assistendi matrimonio, valeret utique, si assisteret ex licentia parochi sacerdos

haereticus, communi errore existimatus catholicus; quia vitium illud, ob quod licentia nulla fuit, erat solius Juris humani, communiterque latebat. Et quamvis hic, cui conceditur licentia, sit delegatus, nec publicum officium obeat, nihil confert, quia, quae asseruimus, etiam in delegato locum habent, et procedunt etiam in eo, qui publico officio minime fungitur. Similiter valeret matrimonium, si Episcopus vel parochus licentiam legitime concessam occulte revocasset, stante communi revocationis errore; quia retineret adhuc licentiam ob titulum initio habitum et communem errorem (vergl. §. 261 sub 1). Hieraus folgern die Canonisten: Quod spectat facultatem matrimonio assistendi datam ab Ordinario alicui non proprio contrahentium parocho, si id absque dolo et fraude mandatum sit ex errore vel ignorantia aut simplicitate, matrimonium validum est. At si dolo ac fraude inductus fuerit Ordinarius, ut alium non proprium parochum delegaret, tunc pro nullitate matrimonii respondendum esse, late firmat Rota in Romana matrimonii 3. Julii et 11. Decembris 1719 et 7. Martii 1721 (vergl. auch unten die causa Taurinen. vom J. 1767). Licentia haec jure ordinario concessa, so wurde bei der S. C. C. bemerkt, sufficiens habita fuit, quoties vel errore Ordinarii vel bona fide contrahentium directa fuit non proprio parocho, secus vero si dolo et fraude contrahentium extorta fuerit, qui falso eidem Ordinario supposuerint, aliquem verum esse alterutrius parochum, inducendo ad id probandum falsos testes super statu libero examinatos (vergl. §. 266 die causa Compost. seu Lucen. vom Jahre 1744, dann den Fall sub. 11).

Ferner kömmt mit Dr. Knopp zu bemerken, daß die Erlaubniß giltig und die auf Grund derselben vor dem delegirten Priester eingegangene Ehe rechtsbeständig sei, welche Gründe auch immer den parochus proprius bei Ertheilung derselben geleitet haben. Denn es ist zur Giltigkeit der Ehe ratione parochi proprii nur dessen Concurrenz bei Abschließung derselben entweder in eigener Person oder durch gesetzliche Stellvertretung erforderlich, um ein auctoritatives Zeugniß über die Eheabschließung zu sichern. Nun ist aber offenbar der Umstand, daß z. B. die Erlaubniß erzwungen oder in irgend einer betrügerischen Weise dem parochus proprius abgelockt worden, von keinerlei Einfluß auf das Zeugniß, weil gleichwohl der delegirte Priester durch eine solche sonst giltige Delegation befähiget wird, als testis zu fungiren. Auch bei Sanchez findet sich auf die Frage, an valeat matrimonium coram alieno sacerdote initum de licentia proprii parochi, si ea licentia metu cadente in virum constantem extorta sit? (lib. 3. desp. 39) folgende Antwort: Valet licentia et matrimonium. Item valet, si licentia illa dolo et mendaciis impetrata sit a parocho, alias nullatenus concessuro. Non videtur enim mens concedentis, ut velit eam esse irritam, ea petitione falsa existente, ne matrimonium passim irritetur. Ratio illa inducens parochum non censenda est ratio finalis, sed impulsiva, qua cessante non cessat dispositio.

In Betreff einer sub modo vel conditione ertheilten Delegation frägt Sanchez (lib. 3. disp. 33): an quando Episcopus aut parochus committit sacerdoti, ut assistat alicui matrimonio, dummodo sponsis praecipiat sub excommunicatione, ne consumment matrimonium, donec praemittantur denunciationes, vel

ut assistat et eos conjungat praemissis denunciationibus, vel si impedimentum non habeant: si sacerdos ille intersit vel non praemissis denunciationibus, vel non examinando, an impedimentum habeant, valeat matrimonium? a) Concessa licentia sacerdoti, ut assistat matrimonio, dummodo sponsis praecipiat, ne consumment matrimonium ante denunciationem, si ille assistat id non monendo, validum est matrimonium. Nam illa forma in mandato expressa non pertinet ad essentiam licentiae, sed ad instructionem, ut norit sacerdos, quid moniturus sit. Verisimile est, prohibitionem Praelati, ne parochus matrimonio aliquorum assistat, vel ne det licentiam, non minus irritare debere matrimonium, quam praeceptum, ut sponsos moneat, ne ante denunciationes consumment. Nam majorem vim habet praeceptum negativum, quam affirmativum, et negatio, quam affirmatio affirmat; sed favore matrimonii, quod in dubio est validum nec censetur irritari, ea prohibitio non irritat licentiam, nec matrimonium, ergo nec ommissio intimationis illius praecepti: »do tibi licentiam conjungendi, dummodo eos moneas.» Hoc distat inter modum et conditionem, quod illius ommissio vitiat (vergl. §. 243). b) Commissione facta sacerdoti, ut intersit matrimonio praemissis denunciationibus, vel si sponsandi impedimento careant, si ille iis ommissis, nec praemissa indagine impedimenti intersit, valet matrimonium, si revera nullum erat impedimentum dirimens. Nam quoties exprimitur in commissione forma Juris communis eo modo, quo jure inest, non est intentio committentis, inducere novam formam et conditionem, sed est admonitio quaedam, ut servetur forma juris communis, quare ea praetermissa non irritatur actus, qui alias validus esset, nisi in commissione ea forma exprimeretur. Expressio ejus, quod tacite inest, nil prorsus operatur (cap. Significasti, de elect.); licet enim non exprimeretur, jure subintelligitur. Ad quaestionem, quid dicendum sit, si in commissione dicatur: »conjunge matrimonio illos, si per solertem indaginem inveneris, non esse impedimentum inter eos?« respondetur: Aliud est dicere: »Committo tibi, ut des beneficium Petro, si est idoneus (forma juris communis)«, et »si per solertem indaginem inveneris, esse idoneum«, (quod est conditio, quia est limitatus modus scientiae et ita non forma). Quando exprimitur forma alio modo et in alium finem, quam jure communi inerat, reddit actum conditionalem. Ergo in nostro casu invalide interest sacerdos, de quo est sermo (vergl. §. 247).

Hinsichtlich des Ortes der Ausübung einer derartigen Delegation lehrt Sanchez (lib. 3. disp. 34): Non tantum proprius, sed etiam privatus sacerdos, cui parochus committit, ut alicui matrimonio assistat, valide assistit extra parochiam committentis, quia jurisdictio voluntaria, ad quam haec assistentia reducitur, potest valide ab Ordinario et a delegato extra territorium exerceri. Nec credo censeri, limitatam esse licentiam ad assistendum intra parochiam, si parochus dicat sacerdoti: »Vade ad domum Mariae et assiste ibi matrimonio«, licet domus illa sit intra parochiam; nec si dicat: »Conjunge matrimonio Petrum et Mariam in Ecclesia mea«; vel si dicat: »Concedo tibi vices meas ad assistendum matrimonio in mea parochia«; quia haec omnia fiunt demonstrationis causa et non propter restrictionem licentiae; quando enim dicit »in Ecclesia«,

nemo dubitat, valide assistere in privata domo intra parochiam; et quando dicit »do licentiam ad assistendum matrimoniis in mea parochia«, sensus est, ad conjungendos matrimonio meos parochianos (vergl. §. 254).

Dr. Knopp sagt ganz allgemein, daß wenn einer Delegation Bedingungen beigefügt sind, diese nothwendig erfüllt werden müssen, wenn davon die Zuständigkeit abhängig gemacht ist. Darauf beruht die Entscheidung der S. C. C. in der schwierigen causa Neapolitan. seu Puteolana (vergl. §. 266). Einer bedingten Delegation zur Trauung erwähnt auch die im §. 220 angeführte Verhandlung in causa Pistorien. vom J. 1719.

§. 264. Verhandlungen bei der S. Congregatio Concilii über Eheschließungen vor einem delegirten Priester.

1) In causa Nicien. seu Turritana matrimonii, die 11. Martii 1786. Eques Raphael Paliaccius e nobili Planargia familia inter Sardiniae optimates praecipua, dum annum ageret 22. Niciaeque moram traheret, captus fuit illecebris cujusdam puellae Josephae Petit in eadem civitate commorantis, cum eaque clandestinum matrimonium die 6. Januarii 1783 inire aggressus est. Itaque mane dicti diei Ludovico Ramin Cathedralis paroeciae assistente steterunt ambo contrahentes et in clandestinum matrimonium consensere. Sed moniti a Canonico Honorato Novel, parocho cathedralis Ecclesiae, quod irritum erat eorum matrimonium tamquam celebratum coram presbytero, cui inter datas facultates eam exceperat, assistendi nimirum clandestinis conjugiis, renovare consensum coram eodem Canonico curato exoptarunt. Incerti an ex voto eis res successerit, Episcopum convenire satius duxerunt, introductique prius fuerunt in aulam Episcopalis palatii, mox in procetonem. Eo loco Episcopus, cum Capitulum et Consules civitatis jam adventarent, ut eum solemniter eo die Sacra facturum comitarentur, vix brevibus gravissimisque verbis reprehendere eorum temeritatem potuit; indeque dictam Josepham Petit una cum sua famula Icand in proximum cubiculum interim secedere jussit, quo etiam se transtulit Eques Raphael Paliaccius. Elapso vix horae dimidio, continuo ad instantiam patris comprehensus a militibus Eques Raphael et ad Montis Albani arcem traductus fuit, qua in Urbe semper commoratus est. Fecerunt haec, ut tepescente indies inconsulto amore Eques Raphael suum agnoverit errorem, quantumque sibi et praeclarissimo Patri Suo, Equiti SS. Mauritii et Lazari tam dispari conjugio dedecus et ignominiam creaverit. Quapropter mota statim fuit coram Episcopali Curia querela nullitatis matrimonii ex defectu potestatis in sacerdote Ludovico Ramin Canonici parochi, ut dictum est, assistente. Mox vero oblatae preces fuerunt Sanctissimo D. N., ut super hoc matrimonio tamquam solummodo rato dispensare dignaretur. Ablegatae a Sanctitate Sua, praevia, quatenus opus esset, avocatione causae a Curia Niciensi, ad hanc S. Congregationem preces fuerunt, a qua continuo datae sunt litterae ad Niciensem Antistitem, qui processum efformari curavit interveniente semper matrimonii defensore et opportuna inter-

rogatria praebente. Dedit quoque Antistes votum suum pro dispensatione eadem occasione, qua processum ad Urbem transmisit.

Quod attinet matrimonii nullitatem, ait Eques Raphael, contractum illud fuisse coram sacerdote Ramin, cui, uti et caeteris Canonici curati coadjutoribus ademta fuerat ab eodem Canonico curato facultas, clandestina matrimonia auctorandi. Praeterea, quae de hac facultatum circumscriptione habet ipse Canonicus curatus aliique vicecurati, ipsemet Ludovicus Ramin de potestate sibi quoad haec matrimonia data vel ademta dubius saltem est; id autem satis esse affirmat, ne stare suis viribus possint matrimonia coram eo contracta, cum praeter facultatem sacerdoti assistenti necesse sit, ut is sciat, se illam habere (Ferraris v. matrim. art. 2. num. 10, 11, 12). Incassum vero prosequitur, posteriorem emologationem coram ipsomet Canonici Curato implorari; ille enim statim ex conclamata matrimonii nullitate ab Ecclesia consulto recessit, nilque propterea audire potuit, et testes adsunt, qui consensum coram eo ab utroque conjuge praestitum excludunt, sine quibus porro consistere matrimonii validitas non potest; praesertim cum de matrimonio clandestino agatur, contra quod ita probationum rigor exigendus est, ut in quacumque implicitate contra matrimonii validitatem sentiendum sit.

Contra vero d e f e n s o r m a t r i m o n i i negat probari, quod vice-parocho Ramin sublata fuerit clandestinis matrimoniis assistendi facultas, quia testes de ea re subdubii loquuntur, suntque praeterea extrajudicales; et quatenus etiam factum probaretur in jure, illud non relevare ostendit. Semel ac enim admittitur, et quotidiana experientia demonstrabat, parocho Ramin datam fuisse legitimis matrimoniis assistendi licentiam, statim titulus coloratus quoad omnia in genere matrimonia enascebatur, qui communi errore accedente ad clandestinorum quoque conjugiorum validitatem satis erat, ut casus distinguendo docuit Barbosa et S. haec Congregatio in Caesaraugustana matrimonii 10. Martii 1770. Ad cumulum quodammodo validitatis accedere animadvertit, matrimonii emologationem coram ipsomet parocho Novel, utcumque fugiente, postea factam ostensamque, si non verbis ab utraque parte prolatis et auditis, saltem extrinsecis signis voluntatem eamdem demonstrantibus, nisu sc. accedendi ad parochum et quidem unitim, eumque insequendi. Receptum porro esse, non verbis tantum, sed aliis etiam extrinsecis signis consensum ad matrimonii validitatem necessarium exprimi posse.

Quoad dubium, sit dandum nec ne Sanctissimo D. N. consilium pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, fatetur Eques Raphael, duo esse veluti necessaria extrema hujusce consilii, alterum nempe evidentem non secutae consummationis probationem, alterum legitimarum graviumque causarum pro obtinenda dispensatione concursum. Quoad primum porro rem acu tangere videtur. Praemittit enim solennem juratam repetitamque utriusque conjugis in hanc rem confessionem, a juramento septimae manus propinguorum et respective vicinorum adminiculatam ad tramites c a p. L a u d a b i l e m e t f i n. d e f r i g i d. Mox tria distinguit brevissima tempora, 1) ab egressu Ecclesiae ad ingressum in cubiculum jussu Rmmi Episcopi; 2) morae in eodem cubiculo

per fere semihoram; 3) comprehensionis in eodem cubiculo et translationis ejusdem Equitis Raphaelis ad loca, de quibus supra. Porro primum tempus, cum fuerit transactum in via, aula, et procetone Episcopalis palatii adstantibus pluribus et quoad tempus morae in procetone saltem Camilla Icand famula admittere non posse videtur secutae consummationis suspicionem, attenta praesertim temporis brevitate, circumstantiaque inter alias impendentis per singula momenta Episcopi adventus. Secundo tempore, quod semihoram attigit, commorati sunt Eques Raphael et Josepha Petit in eodem cubiculo, in quod puellam famulamque divertere jusserat Episcopus; sed hoc intervallo praesens semper fuit famula Camilla Icand. Aderat in proximo cubiculo Episcopi domesticus ab eo adstare jussus; nec non et alius domesticus supervenit, modumque, quo considebant dictae personae, enarrat, et quomodo ob semiapertam januam videre omnia, quae refert, potuerit. Omnes porro unanimi consensione concludunt, consummatum eo tempore matrimonium non fuisse. De tertio tempore testes sunt Josepha Petit, quae Equitem Raphaelem a comprehensione ne vidisse quidem jurata affirmat et custodes arcium, remque citra omnem dubitationis aleam positam esse Episcopus affirmat. Porro geminatae solemnes jurataeque confessiones contrahentium, judicium Episcopi et tam accurata temporis per singula intervalla descriptio, rerum denique circumstantiae secutam consummationem omnino excludere videntur. Concursum vero gravium legitimarumque causarum ostendit Eques Raphael prolata in medium summa gradus disparitate; eximia est enim nobilitas familiae Planargia, obscura conditio, imo et ignoti parentes Josephae Petit. Hanc porro summam inaequalitatem idoneam esse dispensandi causam docent. Accedunt lubricum aetatis in adolescente 18 annorum, gravissimum et irreconciliabile odium, quod inconsulto amori, ut non raro usu venit, post animadversos hujusce conjugii ferales effectus successit; Serenissimi regis indignatio, quam vicissim haec dispensatio emolliret, nobilissimi patris constans propositum a suo conspectu arcendi et ad longinquas regiones, ad quas Josephae Petit non pateat accessus, transmittendi, exhaeredandique filium, quatenus hoc consistere connubium debeat, lis super matrimonii validitate, conscientiarum quies, Episcopi judicium, quae omnia potissimum simul sumpta eas esse causas, propter quas dispensatio super rato matrimonio concedi solet, advertunt DD.

Vicissim contra hanc dispensationem consurgit defensor matrimonii, eique refragari ait Josepham Petit, utcumque prius seducta aut decepta consenserit; mox vero de primo extremo, non secutae nimirum consummationis, agens, illud tantummodo tempus carpit, quod per semihoram in cubiculo procetoni proximo transactum est, adstante semper famula Icand. Ait non fidendum ipsorum conjugum, neque hujus mulieris testimonio de non secuta consummatione, duorumque Episcopi domesticorum testimonium aut non integrum semihorae spatium amplecti, aut non satis evincere, quod ipsi viderint aut videre potuerint omnia, quae in dicto cubiculo agebantur. Quo vero ad secundum extremum, legitimas nempe dispensandi causas, eam, quae ab insigni oritur natalium disparitate, despectam fuisse refert ab hac S. Congregatione in Wormatien 1733; in qua

tamen circumstantia aderat prolis ex antecedenti complexu susceptae, quam propterea legitimam fecerat sequens in matrimonium consensus. Alteram, subortae in viro aversionis et odii, plausum non meruisse ab hoc amplissimo Ordine in Januen. 1783; in qua et illud erat indemonstratum, sc. consummatum nec ne fuisset matrimonium, et fabulae speciem actae rei causaeque series praeseferre videbatur. Caeteris causis, ut exhaeredationis timori, regiae indignationi, amissioni militaris gradus, spei redintegrationis, si matrimonium dissolvatur, illud generatim obstare, quod temporalia sint infortunia, a contrahente praevisa, privatam utilitatem respicientia, propterea que legitimae esse nequeunt dispensandi causae, ut scribebat ad Eugenium III. S. Bernardus (lib. 3. de considerat.) et docent DD.

Ambigendum haud videtur de matrimonii validitate. Circumscriptas Viceparochi Ramin facultates non bene probant testes, nec si probarent, momentosa haec abscondita limitatio videretur. De Summi Pontificis potestate dispensandi super matrimonio rato dubitare non licet. De concursu autem gravium legitimarumque causarum (quoniam de non secuta matrimonii consummatione moveri ex praedictis dubitationem haud posse videtur) judicabunt facilius EE. VV., si conferent resolutiones S. Congreg. in Januen. 1773, in Massanen. 1779, in Veneta 1781, in Januen. 1783. Quaer. 1) an constet de nullitate matrimonii in casu etc.? et quatenus negative 2) an sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu etc.? S. C. C. resp. ad 1) Provisum in secundo; ad 2) Affirmative.

Ad novum examen quaestio revocata est die 20. Maji 1786. Antequam ea denuo proponeretur, petiit Josepha Petit tum facultatem formiter examinandi testes, tum aliam qualemcumque provisionem, qua comparare sibi pleniora jura uberioresque probationes possit ad impugnandum S. hujus Congregationis sensum. Sed non aliud decernere potui, quam ut illa suam hanc qualemcumque instantiam in hac S. Congregatione proponeret occasione, qua de negotio principali, confirmando sc. vel infirmando jam lato judicio agendum erat. Quaer. an sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. resp. in decisis et amplius.

2) In causa Bosanen. visitationis sac. liminum, die 19. Septembris 1789. Mos est in Sardinia, ut ad parochorum praesentationem instituant Episcopi Pro-parochos seu Vicarios absolute, plene et absque ulla ministerii parochialis restrictione. Ut clandestinis tamen occurreret matrimoniis, per decretum synodale mandavit anno 1781 decessor Episcopus Bosae, »Proparochos, nisi specialem a parocho pro casu particulari facultatem in scriptis acceperint, assistere matrimonio minime posse; subtracta iisdem amplissima, quae vulgo concedi solet, matrimonii assistendi facultate.« Hoc neglecto decreto, iterari prohibuit hodiernus Episcopus matrimonium, coram invito Pro-parocho celebratum. Contraria deinde motus quorumdam opinione, nonnulla occasione visitationis S. Liminum ab EE. VV. postulavit, quae sub infrascriptis comprehensa sunt dubiis. »Quibusdam ipse innixus responsionibus a S. Congregatione prolatis circa praesentiam parochi in celebratione matrimo-

nii, quarum plurimas recenset et notat Benedict. XIV. (de Synod. dioec. lib. 2. cap. 5 et lib. 13. cap. 23), censet, haud potuisse Episcopum Bosanen. decessorem suum neque in Synodo, neque extra ipsam, ne obtentu quidem removendi abusus a rebus sacris, hanc edere contra Jus commune Constitutionem.« Alii vero parochi ex ejus ore profitentur, »nulla se habere jura, quae proferant, sed synodali tantum Legi in obsequium sui Episcopi submisisse se. Alii in ea sunt mente, ut Pro-parochis integra debeatur ministrandorum Sacramentorum facultas, adeo ut imminui haec ipsis nullimode queat sine Concilii Tridentini injuria, nisi ab officio removeantur.«

De substantia Synodalis decreti ejusque executionis modo sub primo quaeritur dubio. Potestatem non habent simplices sacerdotes assistendi matrimoniis a Sacro Concilio Tridentino, sed a parocho vel Episcopo, quibus reservata est facultas concedendi licentiam. Principaliter in casu nostro hujusmodi licentiam concedit Episcopus Bosae, dum Pro-parochos approbat ad munia parochialia, quae inter potestas assistendi matrimoniis. Quaerendum ergo, num veteri abrogata sententia, quod per praesentationem et approbationem Episcopi concessa intelligeretur etiam facultas Pro-parochis assistendi matrimoniis, eam declarare potuerit illius decessor, ut non amplius censeretur concessa, certamque formam in cedendo praescribere. Affirmant nonulli. Latum insuper fuit decretum, de quo agitur, in Dioecesana Synodo consentientibus parochis et Pro-parochis, qui ei de more interfuerunt. Quatenus autem sustinendum censeant Emmi Patres synodale decretum, deliberandum erit de modo. Parochorum facultas, concedendi licentiam assistendi matrimoniis, indefinita est, nullisque legibus a S. Concilio Tridentino circumscripta. Cogi ergo, nec ne valeant ad eam singulis vicibus concedendam in scriptis, ad EE. VV. pertinet decernere. Ita exigere videtur gravis illa causa impediendi clandestina matrimonia, maxime quia nil parochorum facultati detrahitur, sive verbis sive scriptis licentiam concedant. Ex justa autem multoque magis publica causa, a legislatore non cogitata, moderari possunt Episcopi legem. At ex dispositione juris neque tenetur parochus licentiam concedere in scriptis, neque prohiberi potest, ne ea valide utatur, qui verbis accepit. Utrum vero per tacitum aut expressum quoque consensum accipere potuerint parochi conditionem, quae si Conciliarem non adimit facultatem concedendi et respective utendi licentia, eam certe restringit, EE. VV. dijudicabunt.

Posita in Episcopo facultate declarandi et moderandi licentiam, deliberandum juxta secundum dubium, num ademta per ejus decretum fuerit Pro-parochis potestas assistendi matrimoniis contra praescriptam formam, ita ut irritum sit matrimonium coram ipsis contractum. Nonnulli distinguunt: aut conditio, sub qua concedi debet licentia, adjecta est per viam modi et matrimonium est duntaxat illicitum, aut pro essentiali forma, sine qua non, et est quoque invalidum. Pro forma autem praescripta videtur in nostro themate ex verbis illis decreti: »subtracta iisdem amplissima, quae vulgo concedi solet, matrimonii assistendi potestate.« Benedictus XIV. contra (de Synodo dioeces. lib. 13. cap. 23.) ex pluribus Sacrae Congregationis resolutionibus validum censet ma-

trimonium, coram Pro - parocho celebratum contra prohibitionem Episcopi, sive modalem sive conditionalem.

A resolutione priorum tertium pendet dubium circa matrimonium coram Pro-parocho contractum contra formam decreti. Si ademta censeatur potestas assistendi matrimoniis absque licentia in scriptis, matrimonium, de quo agitur, iterandum forsan esset tamquam nullum. Si ea vero, non obstante Episcopi interdicto, salva manet, iterari non debet, quod coram potestatem habente gestum est. Quaer. 1) an et quomodo sustineatur synodale decretum in casu etc.? 2) an per idem decretum ademta sit Pro-parochis potestas assistendi matrimoniis, ita ut irrita sint matrimonia coram ipsis celebrata in casu etc.? 3) an iterari debeat matrimonium coram Pro-parocho celebratum contra formam ejusdem decreti in casu etc.? S. C. C. die 28. Novemb. 1789 resp. ad 1) affirmative; ad 2) affirmative ad primam partem, negative ad secundam et matrimonia inita cum assistentia Pro - parochi contra formam decreti synodalis esse valida, sed illicita. Ad 3) negative.

3) In causa Turritana matrimonii, die 13. Junii 1795. Eustachius miles matrimonium cum Hedwige, ommissis denunciationibus, celebravit coram uno ex proparochis Turritanae dioecesis, dum SS. Eucharistiae Sacramento frequenti populo benedicebat. Tria hinc Archiepiscopus proponit dubia: »1) an prudenter ac salubriter legem ferat Episcopus in Synodo vel extra Synodum, qua vetentur parochi illimitatam facultatem matrimonio assistendi sacerdotibus coadjutoribus seu Pro - parochis concedere; 2) an matrimonia coram ejusmodi Pro - parochis celebrata non modo illicita, verum etiam invalida censenda sint; 3) an validum sit matrimonium nostri casus.«

Resolutiones in causa Bosanensi editas dicit Archiepiscopus ob factum non rite ac sincere in informatione Bosanensis Antistitis expositum; illudque praesertim a veritate alienum affirmat, quod mos esset in Sardinia, ut ad praesentationem parochorum instituerent Episcopi Pro-parochos absque ulla ministerii parochialis restrictione. Oppositam enim vigere refert consuetudinem, in sua praecipua dioecesi, in qua propterea »nemo vel e rudi populo invenitur (sunt ejus verba), qui existimet, matrimonia coram ejusmodi Pro - parochis inita aliquid roboris ac firmitatis habere. Sunt nempe Pro-parochi sacerdotes, quos parochi seu rectores in partem laboris sibi pro tempore adsciscunt, praevia tamen Episcoporum approbatione, nimirum ut eligantur viri, qui morum integritate et sufficienti doctrina pro locorum ratione et populorum necessitate praediti sunt, eorumque parochis in explendo pastorali munere subsidio atque adjumento esse valeant. Horum itaque facultas a parochorum voluntate tota pendet, qui eam pro diversis locorum, personarum ac temporum adjunctis, juxta leges ac peculiaria statuta restringere aut ampliare pro arbitrio solent.«

Hanc ipsam generalem consuetudinem, a qua forsan alicubi in Bosana dioecesi descitum erat, confirmatam censet per synodalem illam ejusdem dioecesis legem (cf. supra in Bosan.), ut nempe »cautiores redderentur parochi in deleganda suis Pro-parochis facultate matrimonio assistendi, ut fideles admonerentur de illorum connubiorum invaliditate; ut in peculiari casu nullum prorsus

dubium oriri posset de validitate matrimonii, quod coram ejusmodi Pro-parochis deinceps celebraretur; utque demum clandestina haec conjugia, quae in Sardis regionibus frequenter iniri solent, magno cum animorum detrimento, pro virili parte impedirentur.« Qua de re haud intelligere concludit, »qua ratione matrimonium in illa dioecesi contractum firmum validumque censeatur, cum initum fuerit coram Pro-parocho, qui neque ab Episcopo, cum ad id officium eligeretur, ab Episcopo, inquam, qui legem ipse tulerat, amplissimam illam facultatem acceperat, neque a parocho loci, qui Episcopo suo addictissimus erat, qui legem expostulaverat, quique post tentatum matrimonium, non solum sceleris gravitatem conjugibus exprobavit, sed etiam illos de matrimonii sic contracti nullitate statim admonuit.« Parum tamen suae sententiae fidens, Vestrum pro securitate conscientiae suique gregis utilitate postulat oraculum.

Eadem super primo hujus causae dubio ac in Bosanen. militat affirmativae ratio. Quamvis enim ex S. Concilio Tridentino Sess. 24. de reform. matr. cap. 1. indefinitam parochi habeant facultatem concedendi licentiam assistendi matrimoniis, eam tamen ex justa, multoque magis publica causa, ut est illa impediendi matrimonia clandestina, moderare valent Episcopi. Nilque in substantia unus casus differt ab altero, quum ad dimetiendam moderandi potestatem unum idemque sit, jam Archiepiscopum promulgasse moderationis legem, ut in Bosanen., ac eam promulgaturum esse, ut modo quaeritur.

Secundum et tertium dubium ab una pendet indagine, num vaude Pro-parochi absque expressa licentia parochi assistere valeant matrimoniis. Pro negativa sunt rationes a Turritano Archiepiscopo allatae. Pro affirmativa est Benedictus XIV. de Synod. dioeces. lib. 13. cap. 23, qui ex pluribus S. hujus Congregationis resolutionibus validum censet matrimonium coram Pro-parocho celebratum contra prohibitionem Episcopi in haec verba: »In eo decreto statuitur, validum esse matrimonium, quod fuerit initum vel coram parocho vel coram parochi Vicario, etiamsi illis ab Episcopo interdictum fuerit, ne matrimonii celebrationi assistentiam praestarent. Super quo sane nulla videtur excitari posse gravioris momenti difficultas. Quum enim ea non sit Episcopo auctoritas, ut possit inducere impedimentum dirimens, quod non est; aut aliquod matrimonium, quod ex Canonum praescripto nullum irritumque non sit, nullum irritumque statuere, ut firmat etc. Illicitum quidem erit matrimonium, si celebretur coram eo, cui Episcopus hujusmodi celebrationi adesse vetuerit; graviter etiam peccabit is, qui spreta Superioris prohibitione eidem assistentiam praebebit; at nulla ratione dici poterit, matrimonium ipsum nullitatis vitio subjacere.« Sive autem Pro-parochi per formalem Episcopi institutionem, ut supponebatur in Bosanen., sive per simplicem constituantur approbationem, ut Turritanus refert Archiepiscopus, semper verum est, quod pro Vicariis admittuntur parochorum, valideque idcirco coram illis juxta Benedictum XIV. matrimonium contrahitur. S. C. C. resp. ad 1) negative; ad 2) provisum in primo; ad 3) affirmative.

Die 19. Decembris 1795. Animo Turritanus Archiepiscopus advertit, similia fuisse utriusque postulati dubia ac praesertim priora, a quibus pendent

reliqua; nam in Bosanen. agebatur de synodali lege jam lata, in Turritana de simili lege ferenda; et tamen contraria prodiisse rescripta ad 1. sc. Bosanen. pro validitate jam editi synodalis decreti; ad 1. Turritanae pro denegata facultate idem decernendi; ideo postulat denuo ut declarare dignentur EE. VV., quam ipse sequi debeat resolutionem, num eam Bosanensis, per quam liceret sibi ferre legem in illa probatam, vel alteram Turritanae, quae hanc sibi adimit facultatem. Quaer. 1) an et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in Bosanen. 28. Novembris 1789 in casu etc.? 2) an et quomodo etc. 13. Junii 1795 in casu etc.? S. C. C. resp. Ad 1) in decisis in omnibus; ad 2) praevio recessu a decisis, affirmative quoad 1) dubium; quo vero ad 2) esse valida, quatenus fuerit a parocho delegatus, sed illicita; quo vero ad 3) in decisis.

4) In causa Catanien. dubii matrimon., die 20. Januarii 1798. Post dissentientes auditos Theologos, Vestrum Cataniensis Episcopus postulat oraculum in hoc casu: »Diedi io ad un semplice sacerdote la commissione di assistere ad un matrimonio; e da esse richiesto, se dispensavo i proclami, risposi, che non volevo dispensarli, ver essere la dispensa una ferita della legge, che io non volevo recarle, per non vederne ragionevol motivo. Il sacerdote però avvisossi, contro il mio sentimento, che io volessi, che si celebrasse prià il matrimonio, e quindi restare divisi gli sposi fin dopo la promulgazione delle denunzie; ed in effetto assistetto al mentovato matrimonio senza essere state quelle precedute. Cadde subbito in quaestione, se il riferito matrimonio fosse valido, o vero valido si, ma illecito.«

Quaerendum est de forma, qua delegatus ab Episcopo fuit simplex sacerdos ad assistendum matrimonio. Si verba attendantur Episcopi delegantis, judicandum forsan esset pro nullitate; nam expresse declaravit, remittere nolle denunciationes et ita facultatem dedisse videtur assistendi matrimonio sub conditione servandi illarum solennitatem. Irrita autem evadit conditionalis delegatio non adimpleta conditione et praescriptae formae ommissio irritat actum ex cap. cum dilecta, de confirm. et cap. venerabilis, de offic. delegat. At expendi debet, num ea Episcopi declaratio rationem habeat verae conditionis, sine qua non, seu potius modi et admonitionis officii. Si accipiatur enim ut vera conditio atque essentialis forma, matrimonium, ea non servata, contractum, censeri posset invalidum, si vero ut modus, seu admonitio officii, validum quidem erit matrimonium, sed illicitum. Pro prima distinctionis parte stant negativa commissionis Episcopi verba: »richiesto, se dispensavo i proclami, risposi, che non volevo dispensarli.« Contra vero id servari voluisse videtur Episcopus, quod a communi praescriptum erat jure, ut celebraretur nempe matrimonium praeviis denunciationibus, ejusque propterea declaratio pro simplici habenda est admonitione officii (vide effat. Sanchez et Heislin. p. 745). Et ita intelligenda esset hujusmodi delegatio, licet facta a Summo Pontifice (Fagnan). Idque confirmari posse videtur Episcopalis Consecrationis exemplo, de quo Bened. XIV. (de Syn. dioec. lib. 13. cap. 13). Permiserat Summus Pontifex in casu, de quo agebatur, ut loco duorum Episcoporum assistentium juxta can. Episcopi et can. Epis-

copum dist. 15. et canon. porro. dist. 66 duo in ea Consecratione adhiberentur sacerdotes in dignitate ecclesiastica constituti; sed expleta fuit Consecratio, uno tantum assistente presbytero. Quoniam vero a Jure canonico non irritatur Consecratio Episcopi, cui duo alii non assistant Episcopi, validam idcirco declaravit Clemens XI. Consecrationem etiam factam contra formam Pontificii Brevis, cui irritans additum non erat decretum. Etenim »credi nullo modo potest (sunt verba Benedicti XIV. l. c.), voluisse Pontificem, ut suis mandatis in Brevi expressis major inesset vis et efficacia, quam quae Canonum sanctionibus passim tribuitur. Nec enim omnes Canones, qui aliquid servandum statuunt, nullitatis vitium statim inducunt iis actibus, qui aliter gesti fuerint, nisi expressum contineant decretum, quo irritum et nullum pronuncietur, quidquid secus fieri contingat.« Hoc ipsum profecto a pari dicendum de declaratione Cataniensis Episcopi, qui absque decreto irritante celebrationem voluit matrimonii praeviis denunciationibus, quarum ommissio nec de Jure communi matrimonium irritat. Etiamsi vero affirmari vellet, animum habuisse Episcopum praescribendi denunciationes per conditionem, sine qua non, formamque essentialem, adhuc tamen validum videretur matrimonium; quandoquidem Benedictus XIV. (de Syn. lib. 13 cap. 23) ex pluribus S. hujus Congregationis resolutionibus validum tuetur matrimonium, coram Pro-parocho celebratum, non obstante prohibitione Episcopi sive conditionali sive modali, eo quod »ea non sit Episcopo auctoritas, ut possit inducere impedimentum dirimens, quod non est, aut aliquod matrimonium, quod ex canonum praescripto nullum irritumque non sit, nullum irritumque statuere.«

Nach Berufung auf die obige caus. Bosanen. et Turritana heißt es weiter: Si matrimonium vero, de quo agitur, censeatur validum, deliberandum insuper, an fuerit licitum. Tale profecto videtur quoad contrahentes ob bonam fidem, quod sacerdos ab Episcopo delegatus ad assistendum eorum matrimonio, facultatem etiam habuisset remittendi denunciationes. Difficultas tamen est quoad ipsum sacerdotem. Declaratio quidem Episcopi, quam supra expendimus, illicitum suadet assistentiae actum, ommissis denunciationibus; nedum enim peccat delegatus, qui voluntatem non exequitur delegantis, sed condignam etiam meretur poenitentiam ex cap. 3. de clandest. despons., quae cum non sit expressa, ab ipso infligenda esset Episcopo ex cap. de causis, de offic. deleg. At sacerdos etiam assistens in bona forsan fuit fide, ut patet ex relatione Episcopi. Quaeritur, an matrimonium, de quo agitur, fuerit validum et licitum in casu etc.? Sac. Congregatio Concilii resp.: Affirmative in omnibus in casu, de quo agitur.

5) In causa Ceneten. jurium parochialium, die 19. Aprilis 1834. Ex Pauli V. auctoritate anno 1609 Opitergi in Cenetensi dioecesi Sac. Aedes S. Joannis Bapt. Collegio Canonicorum aucta fuit, quod Pontifex suis Apostolicis litteris edixit constare »ex uno Decano, qui caput ipsius Collegiatae existat, ac praeeminentiam et jurisdictionem ibidem habeat, curamque animarum illius parochianorum principaliter exerceat et illis Sacramenta ministret, caeteraque parochialia onera et officia habeat; nec non ex sex Canonicis ac quatuor Man-

sionariis, qui . . . Capitulum dictae Collegiatae constituant.« Iisdem porro de Capituli institutione litteris speciatim cautum fuit, ut ipsi Mansionarii »praedictum Decanum in exercitio curae et ministerio Sacramentorum ecclesiasticorum ac onerum et officiorum parochialium hujusmodi per turnum alternatis hebdomadibus vel necessitate occurrente omnes simul coadjuvare, et illi assistere teneantur.« Nihil quidem a Pontifice sancitum peculiariter fuit de Mansionariorum electione et institutione; eos tamen semper a Cenetensi Curia adscitos fuisse scribit Episcopus, »eo sane modo, quo eliguntur et canonice instituuntur caeteri parochi, sc. per concursum synodalem et canonicam institutionem Quapropter non tamquam in Cura coadjutores et assistentes se habuerunt, sed tamquam veros parochos nomine et factis seipsos jactitabant. Qui enim de hebdomade existebat Mansionarius, nulla habita ratione ad Decanum, omnibus parochialibus muneribus ita fungebatur, ac si esset solus parochus (delegando quoque aliis sacerdotibus administrationem Sacramentorum et assistentiam matrimonii). Quare non immerito dici potest, Opiterginam Ecclesiam quinque habuisse parochos, quorum unus aliquando id praestabat, quod ab altero vetitum fuerat.«

Anno 1810 Opiterginum Capitulum una simul cum aliis Canonicorum Collegiatis suppressum fuit; Decanus tamen, ut solus curae parochus habitus fuit. Quoniam vero Opitergina parochia sive civitas 5000 constat animabus, qui tunc exstabant Mansionarii ab omni chori officio soluti in illius curae coadjutores permanserunt, ut Decano opem ferrent in his, quae spectant ad animarum curam. Adsunt autem decreta statuentia, in unaquaque paroecia unum parochum habendum esse. Nihilo tamen secius Opitergini Mansionarii arbitrantur, se adhuc posse independenter a Decano omnia parochialia munera exercere et continuo exercuerunt. Unde sub initio Pontificatus Gregorii XVI. datis ad Summum Pontificem precibus facultas ex ejusdem mandato Episcopo per Sac. hanc Congregationem rescripto diei 3. Julii 1831 facta est ordinandi et dispensandi, ut jus et exercitium parochiale esset penes solum Decanum, et Mansionarii pro tempore existentes tenerentur ei auxilium ferre, quin ullum habeant parochiale jus, nisi deputentur a Decano. Huic conformiter decretum emisit Episcopus Grave admodum ac peracerbum id contigit Mansionariis; unde Decano adversus dissidia inde exorta remedium efflagitante, decretum istud revocare censuit Episcopus, ita tamen, »ut in posterum nec ipse Mansionarius hebdomadalis posset alios subdelegare ad matrimonia contrahenda, ut ita hoc saltem unum discrimen interesset inter Decanum et Mansionarios.« At ne hac quidem singulari Antistitis indulgentia permotis Mansionariis suoque in proposito pugnaciter perstantibus, S. hujus Congregationis auctoritas invocata est, ut rem ipsa conficiat, finemque contentionibus imponat. Quaer. 1) An et quomodo cura animarum Ecclesiae S. Joannis Bapt. in civitate Opitergii sit penes Decanum, num potius Decano simul et Mansionariis communis in casu etc.? 2) An et quomodo valeant matrimoniis conjungendis assistere; an debeant potius toties quoties auctoritatem ad id mutuari a Decano in casu etc.? S. C. C. resp. Ad 1)

affirmative ad primam partem; negative ad secundam. Ad 2) negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

6) Causa Melevitana nullitatis matrimonii, die 22. Junii 1839. Nuptias, quas die 14. Septemb. 1815 sibi solemniter desponderant mutuo infra tres annos ineundas ditissimus vir Paulus Antonius Ciantar et florens puella Carolina Thei Joachim militum Ducis, et publicae tranquillitati praepositi filia, Melitenses, mox abruptis induciis ac praeviis solemnibus a lege praescriptis, Melitae apud Ecclesiam Beatae Virginis vulgo »del Pilar« infra paroeciae fines positam, sub qua sponsi domicilium habebant, quaeque Deo in honorem B. Virginis Portus Salutis dicata est, celebrarunt die 10. Octobris ejusdem anni. Aberat tunc temporis a Melitensi insula Carolinae parochus, R. P. Vincentius Maria Portelli Ordinis Praedicatorum, cui suberat illa parochialis Ecclesia, qui mala vexatus valetudine alio profecturus, ut benigniori coelo frueretur, litteras dederat ad P. Fortunatum Coleiro ejusdem Ordinis die 21. Augusti 1815, quae ita se habebant: »Cum ex hac nostra paroecia, habita licentia ab Emmo Episcopo nostro, proficisci debeamus, nostra auctoritate et officii nostri de licentia speciali praelaudati Episcopi, te R P. Fr. Fortunatum Coleiro instituimus et facimus nostrum Viceparochum cum assistentia et interventu R. P. Baccalaura et Vicarii Fr. Vincentii Aquilina, quem etiam super dictam paroeciam Vicarium nostrum constituimus, dantes tibi, quam illi omnem nostram facultatem et auctoritatem administrandi omnia Sacramenta, quae sunt necessaria in dicta nostra paroeciali.« Porro Coleirus hic presbyterum Faruggi Cathedralis Ecclesiae Canonicum sanguinis vinculo Carolinae junctum delegavit, qui revera adstitit, benedixitque nuptiis, dum celebrarentur. Ast haud felicem habuit exitum connubium; licet enim fructus post 22 menses prodierit filius Narcissus, hic tamen brevi mortem oppetiit, eoque defuncto continuas habuit lites alternaque jurgia lectus. Hinc porro varias per regiones huc illuc vagare sejunctim conjuges visi sunt, judicio sibi saepius famam mutuo lacessire, ac anno 1819 alter ab altero perpetuo divertit constituta menstrua alimentorum pensione mulieri, quae Juliam Caesaream contendit; tandemque anno 1834 Pontificem Maximum adiit Paulus Antonius Ciantar, supplicique libello exponens, »che appena giunto all' età tenera di anni 14 fu adescato da un tal Gioacchino Thei, e introdotto in sua casa, dove prima con lusinghe, e quindi con minaccie fu obbligato ad iposare una di lui figlia Carolina,« efflagitavit »la restituzione in intiero contro il lasso del tempo, e la facoltà di poter proporre la di lui causa innanzi al Tribunale competente sulla nullità del matrimonio.«

Preces ad S. Congregationem remissae ex rescripto peculiari Sanctissimi die 7. Martii 1834 Episcopo ablegatae sunt, ut ad tramites Benedictinae Constitutionis processum de assertae nullitatis causis conficeret, cum facultate subdelegandi quoad testes absentes et oratoris uxorem, quatenus et ipsa absit, eidem praefixo termino ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione. Quibus parens mandatis Episcopus primum matrimonii defensorem constituit; a quo propositis interrogatoriis testes singulos, sc. octo a viro Ciantar adductos examini subjecit, uno excepto Vicario Aquilina, qui interea temporis fato functus

est, eorum depositiones diligenter scripto mandavit una cum animadversionibus, quas vix expleto testium examine super altera nullitatis causa ex defectu praesentiae parochi inopinato prodidit idem Ciantar; deinde sacramenti assertoris exceptiones in acta deferri jussit, praefixitque Carolinae Thei terminum 68 dierum ad deducendum coram S. Congregatione jura sua, qui sane Juliae Caesareae nunciatus eidem est sine mora. Verum Carolina supplicem dedit S. Congregationi libellum, quo sese inauditam ab Episcopali Curia praeteriisse conquesta, tulit rescriptum die 27. Junii 1835 praecipiens, ut veris exstantibus narratis formali examini ab Antistite subjiceretur oratrix et testes ab ea inducendi. Quod cum praestitum fuisset, nihilque praeter nonnullas juris animadversiones iis addidisset ejusdem frater et procurator Joannes Antonius Thei, quae a Sacramenti assestore gesta fuerant, acta tandem processus remissa sunt ab Antistite, qui maluit a sententia sua ferenda abstinere: dubium de more concinnatum, absenti tamen mulieri novus, etsi incassum, praefixus terminus ad comparendum, comitiaque hodierna causae disceptationi praestituta.

Irritum primo, nullumque dicit matrimonium defensor Pauli Antonii Ciantar, quod coram facie Ecclesiae haud fuerit celebratum, et solemnitatis hujus (Trident. Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) defectum insanabilem dicunt DD. Atqui controversum matrimonium nec coram parocho aut alio sacerdote de ipsius vel Ordinarii licentia constat fuisse celebratum; pacificum quippe est, nuptiis adstitisse Canonicum Farugeum a Viceparocho Fortunato Coleiro ad id muneris designatum; hic autem legitima carebat auctoritate delegandi. Etenim nonnisi merum coadjutorem datum illum fuisse Aquilinae, qui vere constitutus fuerat Vicarius curatus absenti parocho Portelli, patere clamat, tum ex ipsis a Portello datis litteris supra relatis, quibus curandae paroeciae facultas eidem non tribuitur, »nisi cum assistentia et interventu R. P. etc. Vicarii nostri Fratris Vincentii Aquilina, quem etiam supra dictam paroeciam Vicarium nostrum constituimus,« tum ex paroecialis Archivii notis, quibus perpetuo Aquilinius Vicarii curati, Coleirus Viceparochi nomine designantur. Porro neminem latet, meros simplicesque Viceparochos, qui meri parochorum adjutores sunt, ita ut ex eorum solummodo delegatione jurisdictionem accipiant, parochorum nomine, de quibus Tridentina Synodus, non contineri, adeo ut nequeant hi nuptiis assistendi facultatem alteri tribuere. Cui juris sanctioni mos consonat in Melitensi Insula vigens, quo testibus viris fide dignis »l'officio di Vice-parocho non è stato mai quello di approvare i matrimonj congiungere e benedire gli sposi.« Quare etiamsi ad universalem paroeciae curam gerendam fuisset Coleirus deputatus, minime tamen illum, uti dependentem potuisse alteri id munus committere propugnant.

Demum nullimode obstare contendit communem errorem et titulum coloratum, quo freta mulier adversaria Coleirum parochum saltem putativum adeoque actus validitati satis idoneum presbyterum ab eo delegatum demonstrat; imo utrumque illud extremum exulare clamat tum ex litteris saepius memoratis, ubi merus Vice-parochus ille constituebatur, tum ex authenticis Melitensis Curiae actis et parochialibus codicibus testantibus, matrimonia plurima, Portellio

absente, coram extraneis sacerdotibus fuisse celebrata, non ex Coleiri, sed »colla licenza del Padre Vicario,« id est Aquilini.

Ad alterum assertae nullitatis caput quod attinet, ex defectu consensus, Clientem suum, admonet defensor, non de physica agere violentia sibi illata, quam absolutam vocant, sed de morali duntaxat, i. e. de metu, qui cadit in virum constantem, quique habita etiam ratione aetatis est commensurandus; atque hoc in casu ad probationem valere putat etiam conjecturas et praesumtiones, quae moralem afferant certitudinem, siquidem difficillimae sunt probationis, quae in animo consistunt. Atqui in themate, sive testium attendantur depositiones, sive factorum, quae praecesserunt, vel comitata sunt aut subsecuta matrimonium adjuncta, omnia metum gravissimum consensus libertatem praecidentem juveni Ciantar fuisse illatum ostendunt. Testes quinque fide digni sive ex visu sive ex auditu deponunt, ex adverso juveni natura sua timido fuisse Carolinae patrem hominem truculentissimum vel ipsam mortem gladio districto minitantem, ni filiam duceret uxorem. Ad adjuncta, quae praecesserunt, pertinet et fortunarum inaequalitas inter virum et uxorem et sponsi divitias occupandi aviditas, quam Thejus undique prodidit, tum in donatione amplissima 10000 scutatorum, quam nuptiarum syngraphae ipse voluit intrusam favore filiae, quae tamen a judice ad scutata 2001 cohibita est; tum in petitione mox post sponsalia, qua res omnes pretiosae, argentum aurumque caelatum a curatoribus tradi flagitabatur. Et aetas tenella sponsi Ciantar 14 annorum, a qua absona prorsus tanta ineundi conjugii solicitudo; et induciae ad matrimonium contrahendum a cliente petitae, imo ipsi sponsalitio instrumento appositae, praecepsque mox festinatio ejusdem contrahendi. Nimiae demum cautelae eidem chirographo adjectae: »che per niun titolo, o pretesto, o ricercato colore, o di altro cogitato, od inescogitato motivo possano mai i presenti sponsali disciorsi, o questionarsi.« Ad concomitantia et subsecuta pertinent primum consanguineorum, curatorum amicorumque omnium absentia, dum nuptiae contractae sunt, sed perpetua eorumdem testium, qui sponsalibus adfuerunt, praesentia. Deinde, quod non in parochiali, sed in altera B. Virgini sacra aede fuerint expleta nuptialia solemnia a sacerdote Faruggio; et quod iis jam expletis nuptiales tabulae coram judice eadem die nocturnis adventantibus tenebris conscriptae fuerint; et iisdem mox celebratis domum suam a conjuge omnino sejunctus petierit sponsus, ita ut nonnisi coactus convivium et choreas adierit, ut nonnulli testes affirmant. Quibus maximum adjicit robur perpetua conjugum aversio, tum antea tum post celebratum conjugium pandita; nec non publica vox et fama, quae Melitae percrebuit de metu clienti illato et ipsius judicialis depositio ac votum matrimonii dissolvendi. Haec autem omnia praesumtionem violentiae inducere gravissimam appositis ostendit doctrinis. Post haec exceptionibus, quae in testes objiciuntur, explosis praesumtam ex adverso ratihabitionem eliminat; quidquid enim de veteri jurisprudentia fuerit, matrimonium initio nullum ex intrinseco defectu per subsecutam copulam et habitationem non convalidari a Tridentino decretum explicant DD. magni nominis, et praecise de causa metus (S. C. C. in Panorm. 1719 et in Rom. 1829).

Ast vero Sacramenti defensor sustinet rite ac legitime presbyterum

a Coleiro delegatum nuptiis benedixisse, quia discessurus parochus Portellius vices suas in administratione Sacramentorum proprie et principaliter etiam de licentia Archiepiscopi Coleiro commiserat, uti ex superius relatis litteris eidem directis, nec e Aquilinum nisi assistentem, i. e. Coadjutorem tributum fuisse; sin minus utrique in solidum fuisse parochiae administrationem concreditam, quod sane in duobus vicem gerentibus non repugnat. Huic autem licuisse subdelegare exploratum habet, quia ad universitatem causarum fuerat delegatus, ut in casu matrimonii docet expresse Sanchez. Accedit porro, Coleirum ab omnibus habitum fuisse ut verum parochi absentis vices gerentem, ut ostendunt Curiae Episcopalis ad eum missae ordinationes et praecepta, nec non testimoniales litterae pluribus ab eodem datae eo temporis intervallo, ac plures de matrimoniis publicandis inter Missarum solemnia impertitae licentiae. Quare pro illius validitate pugnaret titulus coloratus et praesumtus ac jurisdictionis defectui supplevisset Ecclesia (cap. infamis 3. qu. 7).

Deinde ut metus in virum constantem cadens admittatur, duo hinc inde investiganda esse arbitratur. Unum ex parte patris sponsae, an caedem, an mortem, an excidium intentaverit; alterum ex parte sponsi, an Carolinae nuptias tantum reputaverit sibi esse malum, ut ab iis abhorruerit; rursus, utrum a metu caedis, a minis mortis ita perturbatus fuerit, ut in bivio in alterutrius electione nuptias tamquam minus malum elegerit. Metum porro non praesumi, sed luculenter concludentibus argumentis esse probandum, quod metus delictum redoleat, maxime cum de consensu libere praestito exterius coram Ecclesia certo constet, ut monet. Atqui (licet unius ex his extremis defectus sufficeret ad metum excludendum), neutrum constare instat, sive antecendentia, sive concomitantia, sive matrimonium consequentia attendantur. Non primum; nam ex 8 productis testibus 4 nihil se de minis et flagellis novisse testantur; duo de auditu tantum referunt; septimus de conjectura tantum deponit; octavus etsi de minis loquatur de visu, tamen addit, »che del resto il Ciantar si mostrava inclinato (ad matrimonium in themate) per le lusinghe di fore l'Officiale.« Quare ad unum reducuntur testem probationes de metu, quem actor data opera ad ferendum testimonium a Tuneto accersivit Melitam.

Non secundum; nam praeter facta, quae ab ipsis allata adversariis optime in ipsos retorquentur, ac praeter testimonium Vice-parochi Coleiro tradentis, se ante et paucos post matrimonium dies conjugum voluntates investigasse, eosque invenisse consentientes, animadvertit insuper, nihil testes de hac altera parte deponere, imo eos adesse, qui de Pauli Antonii ad illud matrimonium proclivitate testantur; praesertim ex solertia, qua iis parandis, quae nuptiarum solennitati ac laetitiae conducerent, animum intendebat. Addit, haud ita iracundum et furentem exstitisse Thejum, uti describitur; secus enim gladium profecto adhibuisset, et cum filiam sibi carissimam a conjuge rejectam domum suam recipere coactus est et a viro de adulterio injuria accusatam defendere; addit silentium magistratuum, amicorum curatorumque, qui certo certius Thei audaciam et furorem cohibuissent. Addit tandem, haec, etsi juvenis animum perstrinxissent, ad nullitatem tamen Sacramenti non valere, siquidem gesta feruntur 10 vel

15 ante matrimonium diebus; ast haec in actu matrimonii contigisse ad consensus libertatem praecidendam ostendendum esset.

Dubium prorsus omne adimi porro concludit ex matrimonium subsecutis; nam uxorem Ciantar secum duxit habitatum in aedes suas, cum ea deinde Italiam peragravit, habuit ex ea filium et quando post multos maritalis consuetudinis annos sese ab ea sejunxit, non aliter in id convenit, quam promissa menstrua alimentorum praestatione. Porro his exstantibus jura imperant, ne audiri quidem, qui de matrimonii nullitate agere conaretur, ut videre est in cap. 21. de sponsal. et cap. 4. qui matrim. accus. His autem undequaque congruere S. Congreg. sententiam satis elucescere tenet ex altera Melevitana 1820, maxime vero ex una Gnesnen. 1791. Quaer. An constet de validitate vel nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam et amplius.

§. 265. Beschaffenheit und Dauer der Delegation zur Trauung.

Die Delegation eines Priesters zur Trauung eines Brautpaars kann unter verschiedenen Modalitäten geschehen; insbesondere ausdrücklich oder stillschweigend, im ersteren Falle mündlich oder schriftlich; sie kann eine generelle (z. B. die Anstellung der Capläne und Vicarien zur allgemeinen Aushilfe in den seelsorglichen Functionen, die Uebertragung der zeitweisen Administration einer Pfarre, die Anstellung des General-Vicars und des Officials) oder specielle sein, im letzten Falle auf eine bestimmte Ehe gerichtet, dann entweder für einen bestimmten oder für was immer für einen Priester (was wegen der nahe liegenden Inconvenienzen nicht geschehen soll, und in einzelnen Diöcesen strenge untersagt ist) ausgestellt. Zur näheren Erläuterung findet sich bei Sanchez (lib. 3. disp. 35) Folgendes: 1) Duplex est licentia tacita, quae per ratihabitionem habetur, a) de futuro, quando creditur, parochum, cum sciverit, ratum habiturum; b) de praesenti vel praeterito, si ante ministrationem Sacramenti, vel tempore, quo ministratur, adest consensus tacitus et interpretativus parochi aliquo signo externo manifestatus, ut cum coram Praelato subditus contrahat matrimonium et Praelatus videt ac tacet, cum facile impedire posset, vel duo parochi sunt tanta familiaritate conjuncti, ut alter sciens, suos parochianos coram altero inire matrimonium, gaudeat. 2) Expressum dicitur non tale solum, quando in specie exprimitur et manifestis verbis e. g. »do tibi licentiam assistendi matrimonio«, sed etiam, quando, licet specifice non exprimatur, sub generali tamen verborum significatione comprehenditur. 3) Expressa licentia sumitur, ut distinguitur contra tacitam et praesumtam, qualis est, quae per ratihabitationem habetur, et cum haec tacita et praesumta ex ratihabitione sit quaedam de futuro, et quaedam de praesenti, sic expressa, ut distinguitur contra tacitam de futuro, altera vero, ut distinguitur contra tacitam de praesenti. 4) Licentia specialis potest sumi dupliciter, a) ut distinguitur contra generalem et tunc erit specialis licentia ad assistendum matrimonio, quando specifice

exprimitur matrimonium; b) sumitur specialis pro expressa, et tunc erit licentia specialis ad assistendum matrimonio, quando, licet illud non exprimatur in specie, comprehenditur tamen sub generali verborum significatione, ut si datur alicui licentia ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia (speciale sumitur pro expresso).

Dies vorausgesetzt frägt Sanchez, 1) an requiratur licentia specialis parochi, ut alius sacerdos possit assistere matrimonio? Respondetur: a) non requiritur licentia specialis ad matrimonium, ut distinguitur contra generalem; sed satis est generalis, qua parochus concedit alicui sacerdoti licentiam ad exercendum in sua parochia, quae ad curam animarum pertinent; nam Tridentinum tantum petit, ut intersit parochus vel alius sacerdos de ejus licentia. Hinc fit, non sufficere, si parochus concedit alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta, quia tunc solummodo poenitentia et Eucharistia intelliguntur. Caeterum dicta valent, quando parochus praesens eam licentiam concederet, nec est conjectura probabilis, voluisse includere etiam matrimonium; secus quando parochus in absentia relinquit substistutum; quamvis enim solum illi dicat, ut administret Sacramenta vice ipsius, sufficiens licentia est ad matrimonium, quia est illum vicecuratum substituere, dum ipse abest. b) Requiritur licentia specialis, id est expressa in hoc sensu, quod saltem sub verbis generalibus licentiae comprehendatur manifeste matrimonium, ut cum datur licentia alicui, ut exerceat pertinentia ad curam animarum, nec sat esset licentia ad actus aliquos particulares digniores, ut ad confessionem, Eucharistiam ministranda. Nam potestas delegata non est extendenda de casu expresso ad non expressum; potestas delegata enim, cum deroget ordinariae, odiosa est. c) Non exigitur ea licentia in scriptis esse, quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requirat ad actus valorem scripturam. Ubi hanc desiderat Tridentinum, expresse hoc dicit (ut Sess. 25 de regular. cap. 5). Quaeritur 2), an sufficiat licentia generalis parochi ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia, ut possit sacerdos interesse matrimonio, quando Constitutio synodalis aut Episcopus interdixisset parocho delegare assistentiam matrimonio praestandam? Dicendum est, includi et sufficere eam licentiam, tum quia satis specifice censetur concedere, dum conceditur exercitium omnium ad curam animarum pertinentium, tum quia consuetudo ita declarat. Quaeritur 3), an sufficiat licentia tacita, quae habetur ex ratihabitione, ut sacerdos alienus assistat matrimonio? Respondetur: a) licentia tacita ex ratihabitione de futuro, quia scilicet alienus sacerdos probabiliter credit, parochum ratihabiturum, non est sufficiens, ut sit validum matrimonium. Valor matrimonii non potest esse in pendenti, sed statim aut debet esse validum aut irritum; non autem est validum, quando est tantum ratihabitio de futuro. Nam cum ea licentia ad matrimonii valorem requiratur, debet adesse, dum matrimonium celebratur. Hinc infertur, licentiam parochi, ut alienus sacerdos intersit matrimonio, debere necessario praecedere, ut matrimonium validum sit. Si autem eodem die licentia concessa sit et matrimonium initum, nec constat, utrum horum praecesserit, praesumitur, licentiam praecessisse. Quando enim duo actus eodem die fiunt, nec constat,

uter eorum praecesserit, is actus praecedere censendus est, qui necessarius est ad actus valorem. Nam in dubio est potius accipienda praesumtio, ut actus valeat, quam pereat. Quod maxime verum est in re favorabili, qualis est matrimonium, pro quo in dubio judicandum est (cap. fin. de sentent. et re judic.). b) Licentia tacita, quae habetur ex ratihabitione de praesenti, sufficit, ut alienus sacerdos possit interesse matrimonio, ut quando vidente et sciente ac tacente Ordinario aut parocho potenteque contradicere assistit. Non scientia et patientia in iis, quae sunt modici praejudicii, operatur consensum; ad haec assistentia modicum aut nullum praejudicium infert parocho. Idem prorsus dicendum est, quando ratihabitio est de praeterito, quia adhuc verificatur, licentiam praecedere. Monuerim porro, eam praesentiam cum taciturnitate non esse approbationem et licentiam simpliciter, sed tantum pro eo actu.

Auch in dem Homo Apostolic. heißt es (tr. 18. n. 71), sufficere licentiam parochi etiam tacitam, modo sit praesumta de consensu praesenti, non de ratihabitione futura, ut dicunt communiter. Et sufficit etiam dolo aut timore extorta. Scavini faßt die Beschaffenheit der Delegation zur Trauung also zusammen: Haec licentia debet esse certa, expressa nempe, vel tacita ex ratihabitione de praesenti (haec enim aequivalet expressae), v. g. si parochus praesens esset atque sileret. Neque sufficit ratihabitio de futuro, qua quis secum ipse putet, ratum postea a parocho habendum fore, quod agit, quia haec non est actu licentia. Sufficit autem hic licentia, quae sit metu extorta, cum satis sit voluntaria. Item ex declaratione S. Congregationis sufficit generalis deputatio et licentia ad cuncta munia parochialia obeunda, quia in hac continetur ipsa quoque facultas assistendi matrimoniis. Jedoch meint ein neuerer Canonist, quod requiritur expressa delegatio, quae in generali facultate Sacramenta administrandi alteri data num comprehendatur, dubium quum sit, necessarium aut certe consultum erit, ut eam parochus exprimat, dum alteri parochiae curam committat (vergl. die Entscheidung der S. C. C. in Turritana, die 19. Decembris 1795, §. 264 sub 3). In der Eichstädter Pastoral-Instruction heißt es: Omnis delegatio debet esse expressa et intimata, aliter enim esset nulla, et nisi ad universalitatem causae facta, etsi industria personae electa non sit, subdelegari non poterit, nisi expresse in delegatione contineatur. Die Vorsicht scheint es ferner, wie bereits im §. 263 bemerkt wurde, zu erheischen, daß in der Delegation die potestas subdelegandi ausgedrückt werde für den Fall, als der delegirte Priester verhindert sein sollte, die Trauung vorzunehmen.

Anderer Ansicht ist hinsichtlich der stillschweigenden Einwilligung Dr. Knopp. Die Erlaubniß, sagt er, muß ausdrücklich gegeben sein, es wird licentia expressa gefordert. Eine präsumirte Erlaubniß, licentia praesumpta vel interpretativa, d. i. wenn der zur giltigen Eheschließung incompetente Priester für sich überzeugt ist, daß ihm die Erlaubniß dazu von dem eigenen Pfarrer der Contrahenten ertheilt werden würde, wenn er ihn darum ersuchen könnte, ist in keinem Falle ausreichend, auch kann die Ratihabition des parochus proprius den gesetzlichen Mangel nachträglich nicht heben. Wenn mehrere Kirchenrechtslehrer als Ausnahme von dem aufgestellten regelmäßigen Erfordernisse in dem Falle, wo der

parochus proprius der durch einen andern Priester vollzogenen kirchlichen Trauung seiner Parochianen beigewohnt und dieselbe ruhig hat geschehen lassen, auf Grund der alsdann von demselben angenommenen licentia tacita des parochus proprius die Ehe für rechtsgiltig erklären, so ist allerdings die Ehe in diesem Falle, wenn der parochus proprius die gegenseitige Erklärung der Einwilligung in die Ehe gehört hat, kirchenrechtlich giltig, aber nicht auf Grund der licentia tacita oder vielmehr der tolerantia des parochus proprius, sondern weil dieselbe im strengsten Sinne des Wortes nach der Vorschrift des Concils coram parocho proprio abgeschlossen worden ist, was in dem vorliegenden Falle auch dann geschähe, wenn der anwesende parochus proprius gegen die Trauung durch den unberufenen Priester feierlich protestirt hat, indem derselbe ungeachtet aller Protestation Zeuge der Eheschließung seiner Parochianen gewesen ist, was das Kirchengesetz zur Giltigkeit der Ehe ratione proprii parochi einzig fordert. Wenn aber der parochus proprius ungeachtet seiner Anwesenheit bei der Eheschließung die Erklärung des consensus conjugalis der Contrahenten nicht hat vernehmen können, so ist die Ehe kirchenrechtlich nichtig, weil er alsdann selbst nicht als gesetzlicher Zeuge betrachtet werden kann und der dritte Priester ohne die gesetzlich erforderliche Erlaubniß die Trauung vorgenommen hat. Daß dies zu weit gehe, scheint aus dem einzuleuchten, was der Cardinal Prosper Lambertini (Instit. 33) schreibt: Ut jam inita matrimonia rata firmaque sint, sufficit, si eamdem minime ignoraverit, imo pertulerit atque ideo permiserit Episcopus. Es ist nämlich die Rede von Gefangenen, die in dem Kerker coram parocho, in cujus ditione carceres positi sunt, die Ehe geschlossen hatten, welchen Pfarrer der genannte Cardinal nicht immer für den parochus proprius der Gefangenen hält (vergl. §. 260). Es kömmt, wie Dr. Schulte bemerkt, Alles darauf an, daß in dem Momente Competenz vorhanden ist, in welchem der Consens erklärt wird. Denn entweder ist von dem Zeitpunkte an die Ehe giltig oder ungiltig. Es besteht in Wien eine Stiftung, von welcher alljährlich mehrere Brautpaare eine Ausstattung erhalten, sich aber in einer bestimmten Kirche zu Wien trauen lassen müssen. Ein solches einer andern Diöcese angehöriges Brautpaar war in Folge der in öffentlichen Blättern geschehenen Verlautbarung um eine solche Ausstattung bittlich geworden und hatte dieselbe erlangt. Es wurde zur Trauung alles Erforderliche beigebracht, nur fehlte in dem von dem parochus proprius ausgefolgten Verkündscheine die sonst gewöhnliche Entlassung zur Trauung in der vom Fundator bezeichneten Kirche zu Wien. Der Pfarrer dieser Kirche copulirte, weil er aus allen Umständen die Sicherheit entnehmen konnte, daß der parochus proprius des Brautpaares nur vergessen hatte, die Delegation im Verkündscheine beizusetzen, was er auch über schriftliche Anfrage anstandlos erklärte. Obgleich nur die äußerste Nothwendigkeit den Vorgang des copulirenden Pfarrers rechtfertigen kann, so ist doch an der Giltigkeit der ex delegatione tacita geschlossenen Ehe nicht zu zweifeln.

Hiemit stimmt die Anweisung f. d. g. G. Ö. zusammen, in welcher es §. 47 heißt: Daß die Ermächtigung zur Vornahme der Trauung von dem Berechtigten (§. 38) stillschweigend ertheilt worden ist, schadet der Giltigkeit der Ehe nicht. Doch verrichte außer dem Drange der

äußersten Nothwendigkeit Niemand eine Trauung, wenn er hiezu nicht von dem Pfarrer oder Bischofe selbst ausdrücklich die Ermächtigung empfangen hat. Eine bloß vermuthete Erlaubniß ist unzureichend, und bleibt es auch in dem Falle, daß der Berechtigte, wenn man darum nachgesucht, sie wirklich ertheilt hätte, oder nachträglich seine Gutheißung ausspräche. Genau erläutert die Sache der Erlaß des Wiener fürsterzbischöflichen Ordinariates vom 21. December 1856. „Nach §. 47 der Anweisung für die Ehegerichte schadet es der Giltigkeit der Ehe nicht, wenn der Pfarrer die Erlaubniß zur Vornahme der Trauung stillschweigend gegeben hat. Stillschweigend ist sie aber dann gegeben, wenn der Pfarrer sich darüber weder mündlich noch schriftlich erklärt, aber Handlungen vorgenommen hat, aus welchen man mit vollem Rechte schließt, daß er Willens gewesen sei, die Erlaubniß zur Vornahme der Trauung zu ertheilen. Wenn z. B. der Pfarrer von der Absicht der Brautleute, sich am 12. Juni als dem Geburtstage der Braut zu Maria Brunn trauen zu lassen, in Kenntniß gesetzt worden ist und hierauf alle Urkunden, welche nothwendig waren, damit die Verehelichung am 12. Juni ordnungsmäßig vor sich gehen könne, ausgefertigt, aber eine Ermächtigung für den Pfarrer von Maria Brunn nicht beigefügt hat, so ist aus seinen unter den gegebenen Umständen vorgenommenen Handlungen mit Recht zu schließen, daß er Willens gewesen sei, dem Pfarrer von Maria Brunn die Erlaubniß zur Vornahme der Trauung zu ertheilen, und blos vergessen habe, hierüber eine ausdrückliche Erklärung zu geben. Von der stillschweigend gegebenen Einwilligung unterscheidet die blos vermuthete sich dadurch, daß im letzteren Falle der berechtigte Pfarrer keine Handlungen vorgenommen hat, aus welchen seine Absicht, die Ermächtigung zu ertheilen, hervorleuchtet. Nehmen wir an, eine Trauung sei auf den 16. Juli angesetzt, aber unvorhergesehene Umstände machen es wünschenswerth, daß sie schon am 14. vorgenommen werde. Der Pfarrer ist eben abwesend; ein Priester, welcher mit demselben genau bekannt ist, will dem Brautpaare aus der Verlegenheit helfen, und in der Voraussetzung, sein Freund werde gewiß nichts dagegen haben, nimmt er die Trauung vor. Der Pfarrer, welchen man von der Sache unter vielen Entschuldigungen in Kenntniß setzt, erklärt auch wirklich, daß er das Geschehene gut heiße. Dennoch ist die Trauung ungiltig; denn der Pfarrer hat nicht die geringste Handlung vorgenommen, aus welcher man schließen konnte, daß er Willens gewesen sei, jenen Priester zu der am 14. Juli gefeierten Trauung zu ermächtigen."

„Wiewohl aber eine von dem Pfarrer stillschweigend gegebene Erlaubniß zur Giltigkeit der Ehe hinreicht, so wird doch in demselben §. 47 festgesetzt, daß außer dem Drange der äußersten Nothwendigkeit Niemand eine Trauung verrichten dürfe, ohne von dem Pfarrer oder von dem Bischofe selbst hiezu ausdrücklich die Erlaubniß empfangen zu haben; denn Alles, was die Giltigkeit der Ehe betrifft, ist mit größter Vorsicht zu behandeln, und es kann leicht geschehen, daß der Schluß von den durch den Pfarrer vorgenommenen Handlungen auf seine Absicht ein voreiliger sei. Wenn man ohne bedeutenden Zeitverlust die ausdrückliche Erlaubniß erlangen kann, so ist der Drang der äußersten Nothwendigkeit, welcher allein zur

Entschuldigung gereicht, nicht vorhanden. Inner den Linien von Wien und in den zum Polizeibezirke gehörigen Ortschaften ist es also keinem Priester erlaubt, in Folge einer von dem Pfarrer stillschweigend gegebenen Erlaubniß eine Trauung vorzunehmen; ist es ohne empfindliche Nachtheile für die Brautleute nicht möglich, die ausdrückliche Ermächtigung einzuholen, so wende man sich an Mein General-Vicariat" (was jedoch nur bei Brautleuten, die der Wiener Erzdiöcese angehören, zum Ziele führen würde).

Ueber die Giltigkeit einer auf was immer für einen unbestimmten Priester lautenden Delegation wurde bei der S. C. C. im J. 1734 in causa Neapolitana seu Puteolan. verhandelt. Exponitur, so bemerkt der Referent, licentiam nimis vagam et generalem contrahendi matrimonium coram quocumque sacerdote et cum quocumque particulariter et nominatim non designato, utpote contrariam menti S. Concilii Tridentini (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1), non sufficere, uti sentit Cardinal. de Luca. Et licet Fagnanus referat, hanc S. Congregationem declarasse sufficientem pro validitate matrimonii licentiam in scriptis a parocho concessam, ut quilibet sacerdos arbitrio contrahentium assistere possit (»an licentia contrahentibus nominatim designatis a parocho concessa in scriptis, ut matrimonio inter se celebrando quemvis sacerdotem eorum arbitrio adhibere possint, censeatur sufficiens ad validitatem matrimonii, cui alius sacerdos vigore ejusdem licentiae interfuit? die 15. Junii 1586 S. Congregatio censuit sufficere«): attamen in illo casu advertitur, contrahentes fuisse nominatim designatos. E contra pro favore matrimonii observari potest, quod parochus valide tradit licentiam contrahendi matrimonium coram quocumque sacerdote non solum extra fines parochiae, sed etiam extra dioecesim.

Ferner spricht Sanchez (lib. 3. disp. 22) seine Ansicht dahin aus, quod, si parochus ficte concedat licentiam sacerdoti assistendi matrimonio, id est, absque vera intentione concedendi, sed solis externis verbis, valida sit confessio et matrimonium. Nam occurrit licentia collata a legitimo Superiore et ejus nullitas est occulta, atque ita adest communis error cum titulo praesumto. Si Praelatus, videns et tacens, alienum sacerdotem audire confessionem, revera non consentiat, nec det licentiam: ea ratihabitio de praesenti reputatur in jure et apud peritos vera licentia, sicut licentia expressa concessa; et ita concurrit titulus praesumtus et communis error et ea ratihabitio de praesenti reputatur legitima licentia.

Es wurde bereits bemerkt, daß die Delegation zur Vornahme einer Trauung nicht nothwendig schriftlich ertheilt sein müsse. Auch der Homo Apostolic. sagt (tr. 18. n. 71): Sufficit licentia oretenus tantum data. Aus Anlaß dessen entsteht die Frage: An sacerdos debeat credere dicentibus, se habere licentiam a parocho, ut conjungat eos matrimonio? Sanchez antwortet auf diese Frage (lib. 3. disp. 37): a) Regulariter non est credendum in Sacramento matrimonii dicenti, se habere licentiam, ut alienus sacerdos intersit. Nam licet in foro poenitentiali, ad quod pertinet Confessio, Eucharistia et extrema unctio, credatur dicenti, se habere licentiam, in foro tamen externo et spectantibus ad

illud non creditur (cap. sicut, 39. de sentent. excommunicat.). Etiam Sacramentum Ordinis non debet dispensare alienus Episcopus, nisi plena fide habita de licentia proprii (cap. 1. de temp. ordin. in 6. v. Nos igitur). Minus enim praesumenda est deceptio in poenitentia et Eucharistia, ad quae Sacramenta tantum acceditur pro animae remedio et ut saluti spirituali consulatur, quam in matrimonio, in quo multa temporalia commoda quaeruntur. b) Si persona affirmans esset valde fide digna, posset ei fides adhiberi. Quamvis enim in cap. sicut, de sent. excommunicat. dicatur, non esse credendum excommunicato dicenti, se absolutum esse, nisi id legitime ostendat: asserunt tamen aliqui DD., satis esse, si excommunicatus sit persona fide digna et asserat, se absolutum esse. Hinc infertur, a fortiori non esse credendum dicenti, se obtinuisse dispensationem, ne praemittantur denunciationes matrimonio, vel ut alienus sacerdos benedicat nuptias, nisi esset persona id asserens valde timorata et fide digna, imo id magis considerandum est in hoc casu, quia, cum matrimonium sine denunciationibus contractum et benedictio, ab alieno sacerdote facta, valida sint: facilius ob aliquod commodum temporale mentietur id asserens. Quando autem contracto matrimonio aliquis opponit, sacerdotem qui interfuit, caruisse licentia, ipsi incumbit onus probandi, quod maxima difficultate non caret; videtur enim fundata opponentis intentio in decreto Tridentini petentis licentiam et, cum illa sit quid facti, non praesumitur, quare potius videtur onus probandi transferri in ipsos contrahentes vel sacerdotem, qui interfuit. Sed placet sequens: Si contra licentiam opponatur a tertio, ipsi incumbit probare; si vero a proprio parocho, transferetur onus probandi in alienum sacerdotem et ipsos contrahentes. Die Theologen verlangen, daß man Brautleute, welche versichern, daß sie die Delegation mitzubringen vergessen haben und es mit Zeugen beschwören wollen, daß die schriftliche Delegation erwirkt worden sei, nicht trauen solle, weil gewöhnlich absichtlicher Betrug dahinter steckt oder sonst ein Hinderniß vorhanden ist. Für den Fall der Bestreitung einer bereits geschlossenen Ehe lehrt Monacelli, quod matrimonium contractum coram sacerdote, qui asserit habuisse licentiam a parocho vel Episcopo, habeat praesumptionem validitatis, quia donec contrarium probetur, assertioni presbyteri standum est. Und Dr. Knopp bemerkt hierwegen, daß, wenn der Abgang der erforderlichen Licenz und auf Grund dessen die Nichtigkeit der Eheschließung behauptet wird, dem Opponenten die Beweislast zufalle (Dr. Uhrig aber will, daß, wer die Giltigkeit einer durch Delegation vor sich gegangenen Trauung behauptet, nicht nur die Zuständigkeit des Pfarrers, sondern auch die Giltigkeit der Delegation zu beweisen habe, weil diese ein Bestandtheil jener Behauptung ist), außer in dem Falle, wo der parochus proprius selbst die Opposition gegen die Ehe erhoben hat, indem alsdann der dritte Priester den Beweis zu erbringen hat, daß er wirklich die fragliche Erlaubniß gehabt habe (vergl. die causa Taurinensis vom Jahre 1720, die unten bei der Lehre über die Eheschließung der Militärpersonen zur Sprache kommen wird).

Bei der S. Congregatio Concilii ist im J. 1701 in dubio matrimon in nachstehender Weise verhandelt worden. Jam dudum remissa hac causa a

Tribunali S. Inquisitionis ad hanc S. Congregationem super crimine polygamiae, quo supponebatur coinquinatus Antonius Augustinus Borghinus, militari nomine nuncupatus Moncalieri, quod nempe vivente adhuc Margarita Emmanuela, illius prima uxore, reiteraverit nuptias cum Julia, ac semel, iterum et tertio descripta in foliis Congregationum dierum nempe 7., 21. et 30. Julii 1701, discussoque articulo, in quo difficultatis cardo unice vertebatur, nimirum super facultatibus sacerdotis Capellani militum Ordinis Minorum Observantium in stationibus degentis, qui adstitit praefatis primis nuptiis in oppido Demontii, quique asserebat, se licentiam obtinuisse a parocho ejusdem oppidi praevie defuncto atque demandato examine Vicarii ejusdemmet loci, qui inibi jurisdictionem Archidiaconalem exercet, idem certe fassus fuit, numquam hujusmodi licentias Capellanis militium praebuisse, et matrimonia celebrata coram eisdem, signanter coram dicto Capellano regulari, non fuisse adnotata in libris, quinimo nomina et patriam contrahentium latere: hinc Sac. Congregatio sub praemissa die 30. Julii ad dubium tunc propositum: »an matrimonium contractum inter Augustinum Antonium et Margaritam sit validum?« censuit non constare de validitate matrimonii. Cujus decreti vigore Augustinus ex tunc derelicta Margarita repetiit thorum Juliae, cum qua usque modo cohabitavit. Verum cum nuper idem Augustinus resciverit, causam ejusmodi resolutionis fuisse defectum praesentiae d. Capellani sine legitima facultate, quam quidem causam antea ignorasse profitetur, hinc denuo pro serenitate conscientiae recurrit ad antedictum Tribunal S. Inquisitionis exponens, praefatum Capellanum adhuc defunctum nomine P. Joannem Baptistam ante nuptias celebratas cum Margarita obtinuisse licentiam, ipsomet Oratore praesente, a parocho Demontii pariter demortui, de qua quidem licentia informatos esse subjunxit Albertum de Balbis Ducem suae Legionis et Josephum Animè, unde exoravit sibi desuper provideri. Quapropter de ordine ejusdem Tribunalis, recepto examine dictorum duorum testium a Vicario generali S. Officii Taurini et ad Urbem transmisso, fuit subinde causa denuo remissa una cum processu ad hanc Sac. Congregationem. Quo sane perlustrato haec opportune a dictis testibus comperiuntur. Primo dictus de Balbis deponit: »Devo a questo dire, che alcuni giorni avanti che fosse il detto matrimonio del suddetto Borghino con la suddetta Emmanuella venne a trovarmi il suddetto Borghino come suo Capitano, e mi diede parte, siccome voleva sposarsi con la suddetta Emmanuela, al che io difficultai aliquanto, dispiacendomi d'aver soldati maritati. Di lì a qualche giorno venne da me il suddetto P. Gio. Battista Capellano a dirmi, siccome il suddetto Borghino voleva sposare la suddetta Emmanuela, allora io li dissi, se la vuol sposare, che la sposi, ma se V. P. li deve sposare, faccia le cose con le debite maniere, cioè con la licenza del legittimo paroco d'Eddmonte, allora mi soggiunse il suddetto P. Capellano, già io ho licenza del paroco di Eddmonte, di far li matrimonii de' nostri soldati, senz' altro, e non lo faria, se non avessi la dovuta licenza del paroco, e così seguì il suddetto matrimonio, qual P. Gio. Battista Capellano al presente è morto! Altera depositio est praenominati Josephi Animè, haec praeseferens: »Dopo passato qualche tempo, vidi il suddetto Moncalieri, come ho detto sopra andar alla chiesa per contrarre il

suddetto matrimonio, ed io essendo in compagnia d'altri soldati, non ricordandomi, chi siano, li dissi, e come Moncalieri può andare a sposare la suddetta Emmanuela, se non ha avuto la licenza, ed i soldati mi risposero, che aveva ottenuta la licenza senza spiegarmi però da chi l'avesse avuta, e cosi io vidi a contrarre it suddetto matrimonio nel suddetto, e medesimo tempo.«

Haec itaque nova jura hodie reverenter proponuntur EE. VV. expendenda, num ex iis probata remaneat praetensa licentia parochi Demontii pro supradicto Capellano regulari in stationibus degenti, sub consueto dubio: »An sit standum vel recedendum a decisis sub die 30. Julii 1701 in casu etc.? S. Congregatio 3. Septemb. 1707 stetit in decisis.

Da es sich um die Giltigkeit der Eheschließung handelt, so kann eine Verfügung nicht genug sorgfältig beobachtet werden, die der heil. Carolus Borromäus getroffen hat. Ne matrimoniorum, so lautet sie, quae contrahentur, memoria facile pereat, si quam facultatem Episcopi aut parochi cuiquam alii sacerdoti, ut in contrahendo matrimonio intersit, concedendam aliquando duxerint, id scripto tantum faciant, ejusque exemplum Episcopi in aliquo libro descriptum diligenter asservent. Parochi autem in eum librum referant, in quo conjugum et testium nomina ex praescripto Tridentini Concilii scribere debent (vergl. die Vorschriften über die Führung des Trauungsbuches). Die Ausfertigung einer Urkunde, die der zur Intervention bei der Eheschließung berechtigte Pfarrer ausstellt, und durch die er einen andern Priester zu seinem Stellvertreter ernennt, ist jedenfalls das Sicherste; doch ist eine strenge Verpflichtung dazu nur dann vorhanden, wenn es das Gesetz vorschreibt, wie dieß z. B. bei Heiraten von Militärpersonen der Fall ist, oder wenn die Statuten der Diöcese darauf andringen. So findet sich in dem Wiener Rituale Folgendes angeordnet: Decretum a Nostro Consistorio Archiepiscopali sub dato die 18. Januarii 1745 emanatum firmiter observari volumus, quo omnibus parochis et curam animarum exercentibus in et extra hanc urbem Viennensem ad evitandas varias confusiones praecipitur, ut licentias, quas suis parochianis pro copulatione in alienae parochiae monasticis aut regularibus Ecclesiis facienda impertiuntur, ad parochum loci semper dirigant, qua visa parochus illius loci vel ipsemet tali copulationi assistere, vel saltem de hac notitiam habere ac necessariam de hac copulatione peracta annotationem facere valeat (vergl. auch im §. 204 die in der Diöcese Trier hierwegen getroffene Anordnung).

Die Canonisten haben sich in die Erörterung der Frage eingelassen, ob der Delegat die auf ihn gefallene Delegation annehmen und die Contrahenten von derselben Wissenschaft haben müssen? Sanchez formulirt diese Frage also: An, si parochus vel Ordinarius concesserat sacerdoti licentiam assistendi matrimonio et ipse concessionis ignarus assistat, valeat? Si concesserat nuntio ab illo sacerdote misso, valet matrimonium, quia sat est, illi cognitam esse et acceptatam licentiam; si vero parochus motu proprio concedat licentiam, vel ad instantiam alterius non missi ab eo sacerdote, non valebit; imo nec si fuerit jam illius licentiae conscius per alium, quam impetrantem aut ejus vel parochi concedentis nuntium. Sic se res habet in privilegio, quod non prodest ante

notitiam ejus, quando conceditur motu proprio vel ad instantiam alterius, quam privilegiati; secus si per suum procuratorem vel nuntium impetret privilegium, tunc enim valet a tempore, quo procuratori aut nuntio intimatur. Licentia autem assistendi matrimonio est privilegium et donatio quaedam. Dein haec licentia, quamvis proprie jurisdictio minime sit, est tamen quasi jurisdictio et quasi jurisdictionis exercitium; at exercitium jurisdictionis non potest conferri ignoranti, et quamdiu quis ignorat, jurisdictionem se habere, non valet, quod agit. Jurisdictio porro non potest actu interno conferri, quia est concessio facta homini ad actum externum et ita externam esse oportet, ut ipsi innotescat; sed perinde est, ac si esset interna, quando est externa in absentia, et is, cui conceditur, nondum certior de illa est factus; ergo non sufficit. Das bei der S. C. C. in caus. Theatina im J. 1771 erstattete Referat (vergl. §. 128 sub 3) spricht sich hierüber in nachstehender Weise aus: Canonistae et Theologi omnes communiter requirunt, ut sacerdos ad id delegatus suae delegationis notitiam habeat, et sicuti gratuita privilegia nec perfecta nec vires habere dicuntur, nisi ille, cui conceduntur, de iis notitiam habeat, ita idipsum dicendum existimant de licentia assistendi matrimoniis alicui concessa, cum hujusmodi licentia veluti gratuitum quoddam privilegium considerari possit. Qua in re adducunt vulgatissimum illud juris principium, neminem delegatum procedere posse ad usum delegationis, nisi post acceptas delegationis litteras. Hanc sententiam amplexam fuisse S. Congregationem diebus 5. Decembris 1626 et 15. Aprilis 1628 tradit Sell. in select. canon. cap. 21, qui ex mente ejusdem S. Congregationis nullum censuit matrimonium contractum coram sacerdote extraneo, cui facultas data fuerat a parocho unius ex contrahentibus, sed ipse hujusmodi facultatem ignorabat, quae etiam ignorabatur ab altero ex contrahentibus. Damit also die Erlaubniß zur giltigen Eheschließung ausreiche, ist es nothwendig, daß der von dem parochus proprius delegirte Priester Kenntniß von seiner Delegation habe, daß dieselbe ihm vor der wirklichen Eheschließung intimirt worden sei. Denn wenn ein Priester ohne alle Kenntniß seiner wirklich erfolgten Delegation bei der Schließung einer Ehe intervenirt, so handelt er offenbar dem Geiste des Trienter Decretes entgegen. Auf die Frage, ob der Delegat den Auftrag annehmen und die Contrahenten denselben kennen müssen? antwortet Dr. Schulte: Viele halten eine solche Kenntniß und Acceptation für unnöthig, Andere für wesentlich. Was die Ehegatten betrifft, so ist das Factum hinreichend, daß ein competenter Priester den Consens vernommen, weil damit von selbst die Ehe giltig wird. Geht man in Bezug auf den Delegaten davon aus, daß der Pfarrer bei der Trauung keine eigentliche specifisch jurisdictionelle Handlung begeht, auch nicht rogirt, d. h. ausdrücklich zur Entgegennahme der Consenserklärung aufgefordert zu sein braucht, so könnte man die Frage verneinen, weil man vom Stellvertreter nicht mehr als vom Pfarrer selbst verlangen darf, so weit nicht ein Anderes besonders festgesetzt ist. Nimmt man dagegen in Betracht, daß ein Mandat vorliegt, so ist das Resultat ein doppeltes. Der vom Papste, Bischofe, General- oder Capitular-Vicar Delegirte kann dasselbe nicht ablehnen, braucht es also auch nicht ausdrücklich zu acceptiren; der von einem Pfarrer delegirte Priester aber ist zu dessen

Annahme nicht gezwungen, und muß man von einem solchen deßhalb eine Acceptation verlangen (vergl. im folgenden Paragraph die caus. Tricarien.; dann die caus. Neapolitana seu Puteolana).

Exspirat delegatio, so sagt die Eichstädter Pastoral-Instruction, aut per revocationem aut per mortem delegantis, quamprimum delegatus de revocatione vel de morte certam accepit notitiam, si res adhuc integra est (cap. 30 de offic. et potest. deleg.). Wird die Delegation widerrufen, und kömmt dieser Widerruf noch vor der Trauung zur Kenntniß des Delegaten, so kann vor ihm die Ehe nicht giltig geschlossen werden. Quid autem dicendum, so frägt Sanchez, quando jurisdictio seu licentia concessa est, nec de revocatione constat? Non sufficit revocatam esse jurisdictionem aut licentiam assistendi matrimonio, nisi intimetur revocatio per nuntium ad id destinatum illi, cui concessa fuerat, et ante talem intimationem, quamvis aliunde norit sacerdos, revocatam esse licentiam, matrimonium, cui virtute talis licentiae interest, et reliqua, quae egerit virtute talis jurisdictionis sic revocatae, valere. Quia revocatio tam jurisdictionis ordinariae quam delegatae, ut effectum suum sortiatur, debet intimari per nuntium ad id destinatum (vergl. §. 256 de revocatione facultatum Vicarii generalis). Potest autem licentia haec semel concessa ad libitum revocari, quia est mere gratuita, omninoque pendens a voluntate concedentis. Die rechtliche Wirkung der Delegation tritt also erst dann ein, wenn dieselbe dem delegirten Priester in zuverläßiger Weise mitgetheilt worden ist; die Ehe ist demnach giltig, wenn sie zwar nach der Revocation, aber noch vor der Insinuation derselben vor dem Delegaten eingegangen worden ist. Genauer unterscheidet Dr. Schulte. Durch die Revocation, so schreibt er, erlischt von selbst die Competenz des Delegirten, vorausgesetzt, daß diese dem letzteren und den Contrahenten bekannt war. Wußten die Contrahenten den Widerruf, so ist die Ehe natürlich ungiltig. Hat aber nur der Delegirte oder ein Contrahent, oder jener und ein Contrahent den Widerruf gekannt, so muß die Ehe mit Rücksicht auf den in bona fide befindlichen Gatten aufrecht erhalten werden (vergl. im nächsten Paragraph die caus. Tricarien.). Ueber die occulta revocatio delegationis ist im §. 263 Einiges bemerkt worden.

Wie denn aber, wenn der Pfarrer einem Priester die Delegation zur Trauung eines Brautpaares zumittelt, aber, bevor der Delegat die Delegation erhält, stirbt? Si parochus, so lautet die Antwort bei Scavini, per nuntium a se electum licentiam mitteret sacerdoti, et interea ipse parochus moriatur, antequam sacerdos hanc licentiam acceperit, si mortem illam ignorans matrimonio assistit, invalide assistit, cum tunc licentiam nequeat amplius acceptare; nam quando recipit nuntium, mittentis voluntas per mortem exstincta est. Si autem nuntius fuisset ab ipso delegando sacerdote missus, utrum sacerdos valide assistat matrimonio etiam post mortem parochi, alii affirmant; nam statim ac licentia assistendi fuit acceptata a nuntio, censetur acceptata a sacerdote, cum nuntius ejus personam gerat, et semel acceptata non amplius exspirat, neque morte concedentis, cum sit gratia facta. Sed aliis contrarium videtur; nam esto, quod iste sacerdos valide assistat ante notitiam concessae sibi licentiae habitam a nuntio, si adhuc parochus vivit; sed aliter est, si parochus,

quando assistit, jam mortuus fuerit; tum quia haec delegatio debet potius dici gratia facienda, seu facultas concessa in favorem alterius, quae utique exspirat morte concedentis re adhuc integra (ad modum, quo facultas alicui sacerdoti concessa absolvendi aliquam determinatam personam, re integra, exspirat morte concedentis), tum quia haec delegatio non est concessio alicujus verae jurisdictionis; nam parochus hic agit tantum personam testis qualificati; hanc porro personam delegatus repraesentat; at repraesentari non potest, qui jam defunctus est. Quare delegationem hanc volunt potius esse comparandam mandato alicui dato, v. g. de puero suscipiendo e sacro fonte nomine alterius; quod quidem mandatum exspirat morte mandantis. Dr. Knopp sagt im Allgemeinen, daß die Erlaubniß zur giltigen Eheschließung eo ipso beim Eintritte des Todes des Deleganten erlösche und zwar von dem Augenblicke an, wo der delegirte Priester die sichere Nachricht von dem Ableben desselben erhalten hat. Dr. Schulte unterscheidet auch hier. Schließen die Contrahenten die Ehe vor einem giltig delegirten Priester ab, so ist dieselbe zu Recht beständig, auch wenn inzwischen der Delegant verstorben wäre, vorausgesetzt, daß nicht der Theil, dessen Pfarrer delegirt hat, oder beide in der Zwischenzeit ein neues Domicil gewählt haben. Haben dagegen die Contrahenten nach erhaltener Licenz ihr Domicil ohne Wahl eines neuen aufgegeben, so gilt die Delegation noch, oder dieselben sind nach den Regeln über die Ehen der vagi zu beurtheilen.

Uebrigens sollten sich alle Pfarrer gegenwärtig halten, was Papst Benedict XIV. unter dem 18. Mai 1743 dem Episcopate des Königreichs Polen angedeutet hat: Primum omnium monemus, quod ad proprium parochum jure spectat, interesse matrimoniis celebrandis per se ipse parochus, nisi legitima gravissimaque de causa impeditus abire tenetur. Etsi Antistites super ovibus sibi commissis vigilias custodientes non ignorant, matrimonium coram quolibet sacerdote non parocho, facta illi copia, dataque licentia sive a proprio parocho sive a loci Ordinario Antistite validum esse: tamen diligentissime cavent, ne ad libitum hac sina auctoritate, cuilibet potius sacerdoti, quam proprio parocho facultatem, ut in contrahendis matrimoniis interesse possit, committendi, nisi ubi ineluctabilem necessitatem ita exigere animadverterint, utantur. Imo cum commissionem hujusmodi necessario dandam esse perspexerint, eam non statim, sed postquam ex adhibitis diligentiis acceptisque certis notitiis sibi tuto constiterit, nullum inter contrahentes interponi impedimentum, impertiuntur. Vigiles ac solliciti ad nitamini, ut parochi, animarumque Christi fidelium rectores in partem laborum vestrorum coadjutores vocati in suis ea, qua tenentur, vigilantia sedulitate et integritate muneribus exercendis per se ipsi omnem operam et curam impendent. Ne petiamini, ut facili humanitate ducti, non autem legitima necessitate juridicam propriorum parochorum praesentiam, in contrahendis matrimoniis necessariam ob quodlibet leve momentum removentes, cuilibet sacerdoti in illis interessendi licentiam concedatis.

Wir haben noch der Formulare für die in Rede stehenden Delegationen zu erwähnen, die mit den „Ledig- und Entlassungsscheine" verbunden zu werden pflegen. Sie sollen alle jene Daten (Tauf- und Familien-Namen,

Stand und Wohnort des Brautpaares und seiner Eltern, dann die namentliche Bezeichnung des zur Trauung beauftragten Priesters) enthalten, die in das Trauungsbuch einzutragen sind, weil nach §. 77 der Anweisung f. d. g. G. Ö. der Pfarrer des Ortes, wo die Eheschließung coram sacerdote delegato vor sich geht, dieselbe in gesetzlicher Weise in das Trauungsbuch seiner Pfarre eigenhändig eintragen soll (vergl. die Lehre über die Führung des Trauungsbuches). Die Eichstädter Pastoral-Instruction bemerkt hierüber: Quando sponsi coram parocho contrahere cupiunt, qui eorum proprius non est, tunc a parocho proprio litterae dimissoriales petendae sunt, in quibus sponsum vel sponsam a se dimissos esse attestetur, facta facultate, ut coram altero parocho vel sacerdote rite matrimonium contrahere valeant. Juxta rerum conditionem litterae tum testimoniales (vergl. §. 218) tum dimissoriales in uno eodemque libello junctae esse possunt, nec non quoad pauperes testimonium quoque suscepti baptismatis subjungi poterit. Si obstet impedimentum dirimens, nullae omnino litterae expediantur (vergl. auch die Lehre über die gemischten Ehen). Haringer gibt folgendes Formular eines Erlaubnißscheines zu einer durch einen fremden Geistlichen vorzunehmenden Trauung:

Ego infrascriptus tenore praesentium plurimum Rd. Domino N. N. parocho sive curato (vel de ejus casu aliquo improviso impediti licentia alteri sacerdoti) facultatem impertior, assistendi meo nomine matrimonio juxta formam S. Concilii Tridentini in parochia N. contrahendo inter honestum juvenem N. N., filium legitimum conjugum N. N. et N. N. parochianum meum, et pudicam virginem N. N. filiam legitimam conjugum N. N. et N. N. meam itidem parochianam, eorumque nuptias rite benedicendi. Exinde vero non gravabitur Rd. Dominus parochus mihi desuper communicare in scriptis testimonium circa tempus, locum ac testes nuptiarum, ut omnia matriculae conjugatorum debite inscribi possint. In quorum fidem etc. (Ort, Datum, eigenhändige Unterschrift des Pfarrers und Beidrückung des Pfarrsigilles). Oder: Ad instantiam sponsorum, honesti juvenis N. N. et pudicae virginis N. N., parochianorum meorum, iisdem licentia contrahendi matrimonium juxta formam S. Concilii Tridentini in parochia N. conceditur ac proinde parocho ejusdem loci vel de ejus licentia alteri sacerdoti illi assistendi facultas hisce committitur. Exinde vero etc. ut supra.

Dr. Knopp gibt dieses Formular also: Peractis tribus denunciationibus matrimonii a Rudolpho N. N. parochiano meo cum Theresia N. N. parochiana Tua ineundi, quum nemo huic connubio se opposuerit aut ullo modo contradixerit, neque impedimentum canonicum, quod sciam, existat, sponsum illum (soll der Empfang der h. Sakramente der Buße und des Altars bezeugt werden: Sacramentis Poenitentiae et Eucharistiae jam refectum; dasselbe gilt von der Bestätigung der Religionskenntnisse), ut cum sponsa sua a Te, Reverende D. Frater aut ab alio approbato sacerdote Tuo permissu matrimonii vinculo conjugatur, ad Te dimitto, dimissumque hisce attestor litteris, sigillo parochiali obsignatis meaque manu subscriptis. Reverentia Tua dignetur, testimonium contracti matrimonii ad me quamprimum remittere, registro matrimoniorum inscribendum. Ist von den Verkündigungen ganz oder zum Theile dispen-

sirt, oder von einem Ehehindernisse die Nachsicht ertheilt worden, so muß dieß gleichfalls in der Delegationsurkunde ersichtlich gemacht werden. Kopsz gibt in seinem Jus matrim. novissimum folgendes Formular: Stigma 15 cr. Lecturis salutem a Domino! In fidem subscriptis testor, N. N. honestum juvenem (viduum) parochianum meum cum desponsata sibi N. N. honesta virgine sive coelibe (vidua) parochiana N. in Ecclesia hac intra Missarum solemnia tribus distinctis vicibus promulgatum, nec ullum, quod sciam, impedimentum matrimonii inter eos detectum esse. Quare praefatum sponsum in rudimentis fidei catholicae debite instructum, confessum et S. Communione refectum, servatis in reliquo de jure et consuetudine servandis canonice liberum ad forum sponsae in Domino copulandum vigore praesentium dimitto. Datum etc. Es ist dieß eine Entlassung, die der Pfarrer des Bräutigams behufs erlaubter Copulation an den Pfarrer der Braut ausstellt.

Ist die Copulation von einem Priester vorzunehmen, der weder der Pfarre des Bräutigams noch der der Braut ist, so gibt Kopsz folgendes Formular zur Delegation: Stigma 15 cr. Ego subscriptus tenore praesentium R. D. N. N. parocho sive curato (vel de ejus licentia alteri sacerdoti) facultatem impertior assistendi meo nomine matrimonio juxta formam Sac. Concilii Tridentini in parochia N. contrahendo inter honestum juvenem N. N. filium legitimum conjugum N. N. et N. N. parochianum meum, et coelibem N. N. filiam legitimam conjugum N. N. meam itidem parochianam, item eorum nuptias benedicendi. Sponsi sunt rite instructi, tribus vicibus promulgati (a trina promulgatione dispensati) nullo, quantum mihi constat, impedimento irretiti, confessi ac sacra Communione refecti. Exinde vero non gravabitur Delegatus mihi desuper communicare in scriptis testimonium circa tempus, locum, ac testes, ut omnia matriculae parochiali conjugatorum debite inscribi possint. Datum etc. Diese Mittheilung des delegirten Priesters lautet bei Kopsz also: Stigma 15 cr. Lecturis etc. Subscriptus praesentium vigore testor, N. N. et N. N. parochiae N. sponsos virtute dimissorialium ddo. . . . per me die . . . in Ecclesia parochiali N. praesentibus N. N. et N. N. testibus juxta formam S. Concilii Tridentini in matrimonium copulatos fuisse. Datum etc.

Das Instructionale Herbipolen. enthält nachfolgende Anordnung: Ne in delegatione ullus subrepat error, illa non generatim ad quemcumque, sed mere ad nominatum distinctum sacerdotem fiat et rarissime quidem cum facultate subdelegandi. Si delegatio exhibenda est ad sacerdotem alterius dioecesis, contrasignentur litterae ab Ordinariatu Episcopali, ac reciproce delegatio a parocho alterius dioecesis data non accipienda est in nostra dioecesi, nisi litterae sint contrasignatae ab Episcopali Ordinariatu illius dioeceseos. In Baiern sind wie hierlandes die Delegationsurkunden stempelpflichtig und muß für dieselben (nicht aber für den Bericht über die vollzogene Trauung) eine Taxe (30 kr.) entrichtet werden.

§. 266. Verhandlungen bei der S. Congregatio Concilii über stattgehabte Delegationen zur Trauung.

1) Causa Milevitana, die 22. Junii 1639. Matrimonio adstitit presbyter F. delegatus ad id a sacerdote C., qui a vero parocho habita Ordinarii licentia ad valetudinem recreandam profecto viceparochus erat nominatus, cum assistentia et interventu cujusdam sacerdotis A. vicarii super eamdem parochiam a parocho constituti, eique data fuerat, sicut et vicario A. »omnis parochi facultas et auctoritas administrandi omnia Sacramenta, quae essent necessaria in parochia.« Matrimonium, cum impugnaretur, declaratum fuit validum.

2) Causa Mutinen. matrimonii, die 18. Novembris 1702. Maria Cavana et Hieronymus Borghi ambo de loco Spezzani Mutinen. dioecesis habitantes tamen in loco Maranelli et exoptantes matrimonii vinculo se copulare, curarunt ad hunc effectum ab Ordinario dispensationem super tribus denunciationibus, probato de more eorum statu libero in Curia Episcopali mediante duorum testium depositione, illamque reportarunt cum facultate assistendi matrimonio directa parocho Ecclesiae Sanc. Joannis Bapt. dicti loci de Maranello, quod tamen verbum Maranello fuit ex opera scriptoris abrasum, et loco illius positum verbum Spezzano diverso charactere, ita ut dicta facultas data appareret parocho loci de Spezzano. Cum igitur sponsi supradicti cum hujusmodi licentia se contulerint ad proprium parochum eorum habitationis loci de Maranello, viso per istum, quod illa non erat sibi directa, eos remisit ad parochum loci de Spezzano, coram quo matrimonium per verba de praesenti ac servata forma S. C. T. sub die 13. Novemb. 1689 contraxerunt. Post haec, secuta inter ipsos longa cohabitatione cum duorum filiorum procreatione ob nonnullas dissensiones deinde exortas vir ab uxore divertit, Ferrariae se recipiendo et dicta Maria Cavana post paucos annos, dicto ejus viro adhuc superstite, cum Vincentio de Vincentiis secundum matrimonium contraxit die 19. Julii anni praeteriti coram Oeconomo Ecclesiae parochialis Sac. Cataldi in suburbiis Mutinae, utrisque scientibus superviventiam praedicti primi viri, ommissis pariter denunciationibus ac praevia depositione duorum testium, falsum deponentium de statu libero eorumdem; habita autem de hoc notitia ab Inquisitore Mutinen., iste devenit ad carcerationem tam ipsorum quam etiam testium, qui falsum deposuerunt, compilatoque desuper processu ac ad Sac. Inquisitionem Urbis transmisso, placuit EE. PP. illius supremi Tribunalis ad hanc S. Congregationem remittere cognitionem validitatis dicti primi matrimonii non celebrati coram parocho propriae habitationis, ut responso accepto exinde procedi valeat in eodem Sacro Tribunali ad causae expeditionem. Quaeritur itaque, an matrimonium inter Mariam Cavanam et Hieronymum Borghi sit validum in casu etc.? S. C. C. resp. negative.

3) Causa Pistoriensis matrimonii, die 1. Aprilis 1719 (siehe §. 220).

4) Causa Tricarien. matrimonii, die 27. Junii 1733. Contigit pluries, quaestionem de matrimonii validitate institui, etiam post obitum conjugum, eo scilicet consilio, ut inde pateat, an proles sit legitima adeoque idonea ad obtinendam parentum haereditatem vel ad assequenda fideicommissa a majoribus instituta, ut apud Rotam decis. 214. 667. 683. 969 et apud hanc S. Congregationem in Mechlinien. matrimonii et legitimitatis prolis 25. Septemb. 1728 et 28. Januar. 1730. Hanc itaque ob causam praesens controversia agitatur inter Magdalenam Mormile Pignatellam, Principem Montis Rotundi et Michaelem Angelum, Nicolaum ac Antonium filios Francisci Mormile e ducibus Carinarii jam pridem demortui, de quibus dubitatur, an legitimi sint.

Species facti haec est. Memoratus Franciscus irretitus amore Joannae de Roberto, etsi humili loco natae, ex qua duos e praedictis filiis jam susceperat, matrimonium, denunciationibus non praemissis, cum ea iniit die 15. Novembris 1715 in oppido S. Mauri coram duobus testibus et Januario Aquaviva presbytero, non quidem parocho, sed cui paucis ante diebus parochus loci tribuerat per chirographum facultatem generalem conciliandi nuptias contrahendas inter quoscumque e suo grege. Syngrapham de eo matrimonio coram se gesto ex potestate sibi facta a parocho exaravit ipse Januarius Aquaviva die 10. Octobris 1716. Sub annum 1718 ipsis conjugibus id postulantibus, et re prius accurate explorata, Episcopus Tricariensis (qui jamdiu lucis usuram amisit) decretum edidit, quo declaravit matrimonium fuisse validum et a parocho referendum in librum ad id destinatum. Paruit parochus et matrimonium his verbis tunc descripsit: »Anno Domini 1715 die 25. Novembr. per D. Januarium Aquavivam presbyterum hujus Ecclesiae, praevia nostra licentia et permissione fuerunt conjuncti in matrimonium, per verba de praesenti vis et volo, Illustrissimus D. Franciscus Mormile ex ducibus Carinarii et D. Joanna de Robertis,« cujus quidem asscriptionis authenticum documentum tradidit idem parochus anno 1726 filiis Francisci Mormile. Quin etiam dedit aliud documentum depromptum ex libro regeneratorum sacro baptismate, in quo erat memoriae proditum, fuisse ab ipsomet parocho salutaribus aquis imbutum anno 1718 Antonium alterum »filium Francisci Mormile et Joannae de Robertis conjugum.«

Anno autem 1728 inter Ducem Michaelem Mormile praedicti Francisci fratrem et filios ejusdem Francisci inita fuit transactio, qua Michael ratum habuit decretum Episcopi, qui matrimonium pronunciaverat rite contractum et filiis Francisci, a quibus renunciatum ibidem fuit juri cujuscumque successionis, annuos ducatos nongentos se soluturum promisit, quousque superstites forent. At instante Magdalena Mormile Pignatella praedicti Francisci sorore, quae matrimonii validitatem adhuc impugnat, rite interrogati jussu Sac. Congregationis nuper fuerunt Vincentius Lauria, qui est ille ipse parochus, cujus mentio facta superius est, et Januarius Aquaviva, qui ecclesiastico ritu interfuit matrimonio inter Franciscum et Joannam inito. Parochus, interposita jurisjurandi religione, affirmavit, se importunis Francisci Mormile precibus impulsum assensisse quidem de scripto, ut sacerdos Januarius Aquaviva adesset pro se ad omnia matrimonia ineunda; sed tamen eodem die et priusquam Franciscus Mormile nu-

beret Joannae, se denunciasse eidem Januario Aquavivae revocationem illius facultatis. Praeterea idem parochus dixit, se triennio post recensuisse matrimonium in parochiali Codice, quia sic ei jussit Episcopus. Quid vero praecesserit jussionem Episcopi, sic narrat idem parochus: »Monsignor Vescovo mi interrogò solamente, se da me fosse stata data licenza in scriptis al sacerdote Aquaviva di poter assistere al matrimonio de' Signori Mormile e Roberti: io gli replicai di sì, senza però essermi fatta altra dimanda dal sudetto Vescovo, se tal licenza fosse stata prima del matrimonio rivocata da me, che certo gli avrei detto la verità di averla rivocata, come già seguì.« Denique etiam subjunxit, se anno 1718 inaugurasse sacro baptismo Antonium; sed tunc in libro baptisatorum eum appellasse filium Francisci Mormile et Joannae de Robertis, ommissa voce c o n j u g u m; hanc tamen vocem addidisse in eodem libro anno 1726, propterea quod sic ei mandatum fuit ab Episcopali Curia.

Presbyter vero Januarius Aquaviva, qui Franciscum et Joannam pro parocho in matrimonium conjunxit, confessus fuit facultatem sibi a parocho (ut dictum est) traditam, vere fuisse ab eo revocatam et hanc ipsam revocationem fuisse a se patefactam Francisco Mormile, antequam matrimonio assisteret, sed se tuetur excusatione metus, quem de Francisco conceperat. Et quoniam Episcopus sub annum 1718 ab eo etiam de re gesta instructus esse voluerat, haec subjicit, ut se in hoc etiam purget: »Monsignor Vescovo mi dimandò, se avevo assistito al matrimonio tra D. Francesco Mormile e Giovanna di Roberto, ed io li risposi di sì; ed avendomi soggiunto, se era vero, che l'Arciprete Lauria mi aveva fatto la licenza in scriptis di assistere à matrimonij, io risposi, che era verissimo; ma perchè non seguitò a domandarmi, se detta licenza mi era stata rivocata prima di effettuarsi il matrimonio, perciò non li feci altra risposta; che se mi avesse fatta tal domanda, certamente gli avrei risposto di essermi stata rivocata.« Porro quod parochus re integra facultatem illam revocaverit, ipsique revocationi coram annuerit sacerdos Januarius Aquaviva, testatus quoque apud Acta fuit Archipresbyter Accepturae, qui aderat in ipsa revocatione.

Haec est summa testimonii, quod hac de re dixerunt tres, quos memoravimus, viri, ut habetur in processu ad S. Congregationem misso. Sed et alia occurrunt exponenda. Ipsa enim Joanna de Robertis (quae adhuc superstes est) anno 1716 (insequente matrimonium initum cum Francisco Mormile) postulavit obtinuitque ab illo ipso Vincentio Lauria parocho oppidi S. Mauri testificationem de ejus statu libero, deindeque die 2. Junii 1716 in civitate Neapolitana alteras contraxit nuptias cum Francisco Pisa coram parocho et testibus, pauloque post ab eo discessit, rediitque ad Franciscum Mormile, cum quo vixit, quousque vitam egit ipse Franciscus, ab humanis rebus ereptus an. 1726. Interea vero, anno nempe 1719, memoratus Franciscus Pisa aliud contraxit matrimonium cum Magdalena Stella in eadem civitate Neapolitana et anno insequente occubuit.

Momentum itaque praesentis causae in hoc praecipue videtur esse positum, ut inspiciatur, an satis certo constet, facultatem a parocho impertitam alteri

presbytero, coram quo matrimonium initum fuit, revocatam cum opportuna denunciatione fuisse. Ubi enim re integra fuerit ademta facultas et denunciata ejus revocatio, plane sequitur tolli de medio facultatem ipsam et matrimonium postea initum adstante, tamquam in parochi locum subrogato, eo, qui tunc non erat tali potestate praeditus, nullitati obnoxium esse, ut docent DD. Erit etiam ponderandum, an filiis Francisci tam ante quam post matrimonium ortis ad assequenda legitimorum jura satis esse possit, quod ambo conjuges vel unus saltem eorum in bona fide versatus fuerit, ignota scilicet revocatione facultatis a parocho traditae sacerdoti Januario Aquavivae. Proles quippe redditur legitima etiam ex vi matrimonii, quod, licet vere non sit validum, tale nihilominus existimatur ob ignorationem vitii illud inficientis, bona fide concepta, ut ad normam cap. cum inter, cap. ex tenore, qui filii sint legit. declaravit Sac. Congregatio in Fornacen. legitimatis 24. Maji 1681; et recentius in dicta Mechlinien. matrim. et legitimit. prolis. Sed dubitatione non vacat, num ad legitimationem tribuendam proli ante nuptias susceptae satis sit subsequens matrimonium ex conjugum opinione, licet a vero aberrante, validum; an autem ea vis ex praescripto Juris canonici insit tantum matrimonio vere valido, riteque contracto. Priorem sententiam amplexi sunt multi; alii alteram sectantur melioribus rationibus innixam. Caeterum si credendum sit testimonio ipsius sacerdotis Januarii Aquavivae, excluditur bona fides quoad Franciscum Mormile, quia nota ei fuit facultatis revocatio. Mulierem tamen non constat id rescivisse.

Definiendum itaque erit: An matrimonium contractum inter qu. Franciscum Mormile et Joannam de Roberto fuerit nullum in casu etc.? S. C. C. resp. Negative et amplius.

5) Causa Neapolitana seu Puteolana, die 3. Julii 1734. Maria Archangela Vulgano, patricia Neapolitana, post obitum Gasparis de Amatrano, ducis S. Donati, ejus viri, cum quo quatuor circiter annorum spatio degerat in oppido Rugiani dioecesis S. Marci, obtentis ab illa Episcopali Curia litteris testimonialibus de libero ejus statu, nec non quadam licentia seu assensu parochi ejusdem loci Rugiani hisce verbis expressa: »Mi contento io sottoscritto etc. che la Signora duchessa donna Maria Arcangela può partire da questa patria per andare ad abitare altrove, possa contrarre legitimo matrimonio con chiunque persona a jure non prohibita, praevia licentia et approbatione dell' Ordinario, dovunque li verrà più commodo e permesso, che a detto matrimonio vi assista un paroco destinato da detto Ordinario.« Neapolim versus iter aggressa animo contrahendi matrimonium cum Michaele de Aulisio cive Neapolitano, illac appulit die 4. Februarii 1733, ibique in domo praefati Michaelis posita intra fines parochiae S. Annae consedit. Sequenti vero die, 5 ejusdem mensis Februarii, quum summo mane requisitus fuisset parochus dictae Ecclesiae S. Annae, ut matrimonio inter Michaelem et Mariam contrahendo assisteret, respondit ille, se nequire absque licentia Curiae Archiepiscopalis; quo responso accepto Michael et Maria eademmet die ad civitatem Puteolanam commigrarunt, ibique in Ecclesia S. Andreae, in quam sese receperant, accersito Vicario Capitulari, eidemque exhibitis litteris testimonialibus de libero amborum statu nec

non memorato consensu parochi Rugiani insteterunt pro facultate matrimonium celebrandi. Sed Vicarius Capitularis advertens, litteras testimoniales status liberi Michaelis expeditas fuisse a Curia Archiepiscopali Neapolitana usque a die 25. Decembris praecedentis anni 1732, illas vero status liberi Mariae expeditas a Curia Episcopali S. Marci non esse legalitate fulcitas, curam suscepit, utrique difficultatem parandi, nuntio ad Vicarium generalem Curiae Metropolitanae Neapolim apposite misso. Hic autem expleta legalitate super litteris testimonialibus Mariae datoque responso, nullum post expeditas litteras Michaelis in ea Archiepiscopali Curia impedimentum obvenisse, monuit Vicarium Puteolanum, quod ad effectum contrahendi matrimonii in ea dioecesi constare deberet, nedum de ulteriore tempore status liberi Michaelis, verum etiam de consensu proprii parochi alterius ex contrahentibus; idque fuit in causa, ut idem Vicarius Puteolanus illico sponsis patefecerit se petitam licentiam matrimonii contrahendi concedere non posse. At vero commorantibus adhuc Maria et Michaele in praefata Ecclesia S. Andreae, supervenere quidam justitiae ministri, ut Michaelem a Maria diverterent, quod quidem dum Vicarius eidem mulieri exponebat, ista Vicarium alloquens pluries verba protulit, se nolle ab eodem loco discedere, nisi matrimonio prius inito, dicens: »Don Michele voglio per mio marito«; e contra vero Michael similia verba capitaneis et scribis ordinem sibi increpantibus etc. expressit, se nolle ordinibus parere et ab ea Ecclesia discedere, nisi matrimonio contracto, dicens: »voglio la Signora Maria Archangela per mia moglie«; ut hiscemet verbis seriem facti retulit Emmus Archiepiscopus Neapolitanus in ejus epistola, cui consonant binae relationes ad hanc S. Congregationem a Nuntio Apostolico et Episcopo Puteolano transmissae. Post haec Maria seorsim a Michaele Neapolim reversa, paucos post dies edocta de impari Michaelis conditione, patenter obstitit conatibus assertum matrimonium auctoritate hujus S. Congregationis validum declarari curantis, unde factum est, ut eadem S. Congregatio, cui preces utrimque fuerunt delatae, die 23. Maji 1733 rescripserit: »Ordinarius Puteolanus conficiat processum et transmittat praefixo partibus termino ad deducenda jura sua in S. Congregatione, nec non audiantur Emmus Archiepiscopus Neapolitanus et Episcopus S. Marci.« Sed postmodum ob quasdam exceptiones contra Vicarium capitularem Puteolanum oppositas rescriptum fuit die 29. Augusti ejusdem anni Nuntio Apostolico »pro confectione processus cum facultate etiam subdelegandi et sine praejudicio actorum hactenus factorum coram Vicario Capitulari Puteolano, qui tamen in posterum abstineat.« Vix coeptis coram judice per Nuntium subdelegato quibusdam praeambulis actibus praefatus Michael anno 1734 amplam remisit renunciationem instantiis omnibus per ipsum eousque expositis pro sustinendo matrimonio, nec non cuilibet juri sibi ex sponsalibus utcumque initis competenti, professus, se agere id ductum voto quatuor Theologorum, qui ab eo consulti censuerunt, nullum inter ipsum et Mariam intercessisse matrimonium de praesenti. In hoc itaque rerum statu petente Maria, demandari tum Nuntio Apostolico, ut desisteret ab ulteriori confectione processus, tum Emmo Archiepiscopo Neapolitano, ut ejus favore expediret testimoniales de statu libero, S. Congre-

gatio voluit iterum audire Emmum Archiepiscopum, Nuntium Apostolicum et Episcopum Puteolanum; quumque ex eorum relationibus compertum fuerit, assertam matrimonii nullitatem duabus praecipue circumstantiis inniti, altera nempe defectus praesentiae proprii parochi, altera vero inefficaciae verborum a contrahentibus prolatorum, quae apta non essent, prae se ferre animum celebrandi matrimonium de praesenti, die 17. Aprilis proxime praeteriti responsum fuit, ut causa describeretur in folio, praevia tamen absolutione processus jam demandati. At vero suas iterum exponente preces Maria, ut causae discussio fieret non exspectato processu, tamquam non necessario, quippe quia nullitas matrimonii satis emergere possit a sola circumstantia in facto non controversa ejus secutae celebrationis coram Vicario Capitulari Puteolano, S. Congregatio die 22. Maji annuit petitis, ideoque impraesentiarum de allegata matrimonii nullitate super asserto proprii parochi defectu unice constituta disceptandum est.

Porro Vicarius capitularis Puteolanus, in cujus praesentia matrimonium fuit celebratum, neque viri neque mulieris parochus erat. Ponderandum igitur occurrit: a) an potuerit effici capax repraesentandi personam parochi Mariae vigore licentiae curati Rugiani superius transscripta? Die Antwort auf diese Frage haben wir bereits im §. 265 angeführt b) An data etiam repraesentatione curati Rugiani, iste posset adhuc dici parochus proprius Mariae? Quoad hoc inutilis asseritur licentia a parocho Rugiani concessa, quippe quia tempore contracti matrimonii nulla ipse potiretur jurisdictione in Mariam, quae ab oppido Rugiani animo, domicilium illud totaliter deserendi, recesserat; proprius enim parochus est, in cujus parochia contrahentes habitant eo tempore, quo matrimonium contrahitur juxta declarationes S. Congregationis apud Farinac. Pro matrimonio observatur, quod Maria, licet discesserit ab oppido Rugiani, ut alio se conferret ad habitandum, videtur tamen retinuisse animum permanendi sub jurisdictione parochi dicti loci, saltem quousque usa fuisset licentia ab ipso impetrata pro celebratione praemeditati matrimonii, ut patefacit iterata ejusdem licentiae exhibitio in alienis parochiis pro matrimonio contrahendo; animum autem permanendi sub aliqua paroecia potissimum inspiciendum esse, ut possit quis valide matrimonio conjungi tradit Cardin. Bellarmin. c) Demum an, admissis validitate et efficacia licentiae parochi Rugiani, Vicarius Puteolanus debuerit illam acceptare, ut matrimonium dici posset coram illo valide contractum? Quoad hoc perpenditur, Vicarium Puteolanum non acceptasse licentiam seu delegationem parochi Rugiani, sed illa uti noluisse, adeo, ut, ubi etiam curatus Rugiani, potuisset tunc temporis dici parochus Mariae, matrimonium non esset validum, quia acceptatio delegationis est conditio pro ejus validitate omnino necessaria. Favore matrimonii observari potest, quod, ubi etiam dicendum esset, Mariam contraxisse domicilium Neapoli, non defuerit licentia saltem tacita dictae Curiae Archiepiscopalis, dum illa remisit Vicario Puteolano litteras testimoniales de statu libero praefatae mulieris munitas legalitate, expresse requisitas pro celebratione matrimonii; licentiam vero tacitam sufficere tradunt Theologi.

Demum pro matrimonio observatur, quod si neque licentia expressa parochi Rugiani, neque tacita Curiae Archiepiscopalis Neapolitanae attendi mereantur, considerari tunc debeat Maria tamquam vaga, adeo ut valide matrimonium contrahere potuerit coram Vicario Puteolano; certum quippe est, quod vagi valide matrimonium contrahunt coram parocho illius loci, ubi actu versantur, quemadmodum intelligitur ex iis, quae statuit Tridentina Synodus (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 7) et tradunt communiter DD. de hac materia tractantes, quod procedit, sive uterque conjux, sive alter ex ipsis tantum vagus sit, uti declaravit S. Congregatio in Theatina validitatis matrimonii 30. Aprilis 1661. Ad examen vero hujus extremae inspectionis, num Maria possit dici vaga, notandum in facto est, quod ipsa ab oppido Rugiani discessit, ut Neapolim se reciperet in domum ejus genitorum, quemadmodum asseruit in jurata sua depositione per hac verba: »Stimai anco dover lasciare detta Terra di Ruggiano, e ritornamene in Napoli in casa di detti miei genitori, fratelli e sorelle, con animo di dimorare in tutto il rimanente di mia vita in casa de' detti miei genitori.« Neapolim vero appulsa die 4. Februarii superioris anni non subiit domum suorum parentum, sed paucis tantum horis commorata in domo Michaelis Puteolum immediate se contulit.

Deliberandum erit: an constet de validitate matrimonii in casu etc.? S. Congregatio respondit: Negative et amplius.

6) Causa Paderbornen. seu Monasterien. matrimonii, die 25. Februarii 1714. Antonius Koppenhart e vivis erepto Barone de Breisingh, cui ipse, uti venator et famulus domesticus, diu inservierat, meditari coepit, in uxorem ducere Dorotheam de Althans viduam a dicto Barone relictam, timens vero, ne, si vellet matrimonium celebrare in loco Hortualde dioecesis Monasteriensis, ubi tam ipse quam Dorothea domicilium contraxerant, ex consuetis denunciationibus, quae debent matrimonio praemitti, excitati Dorotheae consanguinei statutas nuptias impedirent, supplicem porrexit Ordinario Paderbornensi libellum, quo effingens, se sponsalia iniisse cum Anna Francisca Althof famula cubiculari dictae Dorothea ex pago Richenau dioecesis Paderbornensis oriunda et ad catholicam fidem conversa, quae licet vaga et uti talis habenda, vellet tamen domicilium in dioecesi Paderbornensi et praecise in oppido Wisembek, licentiam tradere copulandi in matrimonium sine praeviis proclamationibus ipsum oratorem cum dicta Anna Francisca Althof, rescriptumque petitioni suae conforme obtinuit. Extorta ejusmodi licentia idem Antonius sub mensem Augusti 1733 memoratam Dorotheam e loco Hortualde ad designatum oppidum Wisembek traduxit, exhibitaque parocho ejusdem oppidi enunciata licentia, coram eo et testibus matrimonium cum Dorothea, istius iterum ementito nomine in illud Annae Franciscae Althof, celebravit. Hoc autem sic inito matrimonio uterque statim ad locum Hortualde rediere, ibique simul cohabitarunt. At exortis inter eos gravibus discordiis Dorothea, ut a saevitiis Antonii se subduceret, Coloniam apud consanguineos suos profecta est, ibique sub annum 1735 judicium super divortio et alimentorum subministratione adversus Antonium coram Officiali Coloniensi primum instituit; novissime vero certior reddita de invaliditate matrimonii

veluti coram non proprio parocho initi ab EE. PP. postulavit, idem matrimonium invalidum declarari. Cumque Ordinarius tam Paderbornen., quam alter Monasterien. suas transmiserint relationes, ex quibus tota facti series mox recensita confirmatur, praefixus vero fuerit Antonio terminus duorum mensium ad deducenda jura sua in Sac. Congregatione, eodem elapso ac negligente Antonio jura sua experiri, suas hodie instaurat preces Dorothea pro resolutione dubii: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp.: Ex hactenus deductis affirmative. — Post haec cum Anna Francisca Dorothea Baronissa de Althans urget, ut declararetur absolute nullitas matrimonii, rescripsit Sacrum Tribunal die 20. Januarii 1742, ut daretur defensor matrimonii, quo dato petitae fuerunt remissoriales ad probationes faciendas. Auditus igitur fuit Vicarius generalis Paderbornen. et coram judice, cui mandata fuerat jurisdictio a Nuntio Apostolico ad Tractum Rheni testes, formiter interrogati fuerunt. Causa nunc iterum proponitur, cujus duae partes sunt, altera quaeritur, an matrimonium contractum mense Augusto 1733 coram parocho de Wisembek nullum vel validum fuerit; altera vero disquiritur, an si nullum fuerit, ratihabitum inde dicendum sit. Quaeritur itaque: An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? S. C. C. die 26. Junii 1745 resp. Dilata; et die 7. Augusti 1745: In decisis et amplius.

7) Causa Compost. s. Lucen. die 19. Septembris 1744. Vir et femina, quum matrimonium inire vellent, vir Vicario generali preces obtulit, ut denunciationes remitteret et facultatem daret cuicumque sacerdoti matrimonio assistendi. Vicarius generalis virum, qui verum cognomen alterum ipsius subscripserat, alium esse ejusdem nominis (qui tamen alio cognomine utabatur) per errorem putans, probata utriusque libertate annuit precibus, quo facto matrimonium coram sacerdote exhibita licentia illa contractum et in libros parochiales est relatum. Vir patruelis, quum nullitatem ejus imploraret, »de validitate constare renovato consensu ad cautelam« respondit S. Congregatio.

8) Causa Spoletana, die 31. Julii 1751. Lite de plebania quadam exorta, ut animarum curae consuleretur, Signatura Justitiae per modum provisionis et sine praejudicio jurium partium et salvis quibuscumque exceptionibus alteri ex collitigatoribus in concursu approbato et rite instituto impertita fuerat licentiam celebrandi Missas in Ecclesia, de qua agebatur, ibique peragendi functiones ecclesiasticas quascumque. Post vero quam obtinuerat curae animarum exercitium, locum reliquit, vicesque suas alii sacerdoti commisit, coram quo matrimonium contraxerunt N. et N. Oriebatur itaque de hujus matrimonii validitate quaestio, quam negandam esse Theologi quidam propterea censuerunt, quod delegatus a Signatura non ad universitatem causarum, sed ad exercitium tantum jurisdictionis sacerdos destitutus esset omnino subdelegandi potestate. Allegabatur vero a Secretario, sacerdotem illum non delegatum, sed verum parochum fuisse, itaque ex ipsius S. Congregationis sententia alii sacerdoti vices suas commisisse. Denique quaestionem de jurisdictione a delegato non subdeleganda ex hac quoque ratione abesse, quod parochus in matrimonium nullam exerceat jurisdictionem, quum ex veriori et receptiori sententia non sit minister

magni hujus Sacramenti, sed sit testis spectabilis, qui cum aliis testibus certam reddat Ecclesiam, hunc atque illam matrimonium contraxisse. S. Congregatio ad quaestionem: an constet de matrimonii validitate in casu etc.? respondit: Affirmative.

9) Causa Faventina matrimonii, die 22. Julii 1758. Conscientiae stimulis actus nobilis vir Hieronymus Pasius uxorem ducere statuit Joannam Mattheucci, qua adversae suae valetudinis gratia familiariter utebatur; matrimonium autem clam omnes contrahere diu studuit, sed frustra, praepedientibus semper consanguineis, ne vetus eorum nobilitas servili cognatione pollueretur. Pertaesus igitur nocte 31. Martii 1756 vocato in aedes suas sacerdote Petro Nediani, qui absentis a civitate parochi, et ex deputatione Episcopi munus Confessarii extraordinarii Monialium in Castro Fugnani exercentis, vices gerebat, coram eo et duobus famulis matrimonium contraxit, pronunciantibus Joanna et Hieronymo solemnia verba nuptiarum. Id ubi rescitum est a Curia Episcopali, duo instructi fuere processus, alter criminalis ad poenam exigendam, qui solutione 50 scut. absolutus fuit, civilis alter ad matrimonii nullitatem probandam. Interrogationibus Promotoris Fiscalis subjecti fuerunt Vicarius ille Nediani, qui matrimonio praesens fuerat, parochus, qui aberat matrimonii tempore et duo testes matrimoniales, non deputato defensore matrimonii, neque servata forma Bullae »Dei miseratione.« Post haec duae latae fuerunt sententiae altera nullitatis matrimonii, altera libertatis eorumdem conjugum novum inter se matrimonium contrahendi. Appellarunt ab hac sententia ad Tribunal A. C. consanguinei viri et Vicarius generalis appellationem admisit, sed decreto Emmi Domini Cardinalis Pro-Auditoris Sanctissimi »remissa fuit causa ad eumdem Vicarium generalem, qui procederet extrajudicialiter ad celebrationem matrimonii et concederet licentiam contrahendi matrimonium.«

Cum autem Curia Episcopalis cunctatur hoc decretum exequi, consanguinei viri Joannam vi armata rapuerunt, transtuleruntque in alienam ditionem. Querelam vir proposuit, sed tandem restituta muliere, dum uterque postulat exequi decretum, repulsam acceperunt, quod raptus tempore Eques Jacobus Pasi, filius fratris Hieronymi, qui mulierem in alienam ditionem transtulerat, eam cognovisset, ideoque obstaret matrimonio contrahendo impedimentum affinitatis. Re ad hoc S. Tribunal delata, postulant Hieronymus et Joanna declarari, non constare de nullitate matrimonii ab ipsis contracti coram Vicario Nediani et si res Emmis Patribus dubia videatur, responderi, renovandum esse ad cautelam juxta formam Concilii. Validum fuisse matrimonium contra, quam censuit Curia Episcopalis, quae illud pronunciavit nullum, negata tam a parocho, quam a Vicario facultate assistendi matrimoniis, quia, cum contractum fuerit coram Vicario relicto a parocho absente, Vicarius hic licet facultas expressa ei a parocho data non fuerit, habeat tamen illam a lege, Tridentino nempe Concilio, cum deputatus dicatur ad universam curam animarum, ad differentiam Capellani vel Vicarii parochi praesentis, cui facultas expressa a parocho dari debet, ideoque de matrimonii validitate ambigendum non esse, ut tradunt DD. Quodsi adhuc dubium aliquod superesse possit, renovandum sit matrimonium ad cau-

telam juxta praxim, quam in aliis similibus causis servavit hoc S. Tribunal, quia non probatur, Vicarium illum non habuisse facultatem assistendi matrimoniis, aut specialiter vetitum ei fuisse, ne matrimonio, de quo quaeritur, praesentiam praestaret, cum tam parocho quam Vicario nulla habenda fides sit, quod contraria dixerint, seseque invicem colludant, et alia matrimonia contracta fuerint coram eodem Vicario, nullamque eorum examinis, totiusque processus habendam esse rationem, cum factus fuerit non servata forma Constitutionis »Dei miseratione;« ideoque nullus sit, nullamque probationem eorum constituere possit, quae in eo sunt. Despiciendum denique esse impedimentum affinitatis, quod objiciunt viri consanguinei, quia cum cognitam fuisse Joannam ab Equite Jacobo ex ipsius Equitis assertione probetur, qui praecipuum habet in hac causa interesse, nilque intactum reliquit, ut matrimonium hoc non contrahatur, nulla fides ei, qui propriam turpitudinem detegit, haberi debeat, ut pluries respondit hoc S. Tribunal, ut in Signina 1606, Tudertina 1632, Pisauren. 1689, Asculana 1690, Salisburgen. 1696, Troppian. 1705, Neapolitana 1722. Haec aliaque plurima Hieronymus et Joanna. A consanguineis Hieronymi nihil habuimus. Quaer. an constet de validitate matrimonii, seu potius sit renovandum ad cautelam in casu etc.? S. C. C. resp.: Renovetur coram parocho et testibus ad cautelam et amplius.

10) Causa Taurinen. matrimonii, die 12. Decemb. 1767. Mandavit anno 1751 die 13. Februarii Archiepiscopus Taurinen. parocho S. Thomae ejusdem civitatis, ut »Joannem Antonium Peyrani filium Pauli et Annam Mariam Cassinelli quondam Josephi, ambos Taurinenses, parochianam suam, futuros conjuges ad invicem per verba de praesenti in facie S. M. E. desponsaret ac matrimonio jungeret, dummodo unica pro omnibus in utraque parochia praecedat denunciatio.« Denunciationibus peractis die 15. ejusdem mensis celebratum fuit matrimonium in Ecclesia S. Thomae coram sacerdote Joanne Bapt. Borra, parocho ejusdem Ecclesiae assistente. Post triennium abinde elapsum, instante sponsa, quaestio instituta est, an matrimonium hoc coram proprio sponsae parocho initum fuerit? Vario marte pugnatum est primum in Curia Archiepiscopali Taurinen., dein in gradu appellationis ex Apostolico Brevi in Curia Episcopali Vercellen. Curia Archiepiscopalis pro validitate matrimonii sententiam tulit, contra Episcopalis Vercellen. primam sententiam revocando de nullitate matrimonii judicium dedit. Quaeritur proinde de alterutrius sententiae justitia, instante tantum pro nullitate Joan. Antonio Peyrani et pro validitate jura tuente matrimonii defensore.

Inquit Joannes Peyrani, matrimonium initum fuisse coram sacerdote Borra de licentia parochi S. Thomae, hunc neutrius contrahentis verum fuisse parochum; matrimonium ideo ex aperta Concilii Tridentini sanctione penitus nullum esse. Non controverti, Joannem Peyrani virum domicilium habuisse in paterna domo, quae sita est intra parochiam S. Mariae de Platea. Constare autem ex testibus, Annam sponsam a mense Septembris 1750 ad totum annum 1751 diu noctuque una cum matre convixisse intra parochiam SS. Jacobi et Philippi PP. Augustinianorum; ita deponere plures testes, id ipsum haberi ex libris pa-

rochialibus S. Thomae et SS. Jacobi et Philippi et libris quoque censorum civitatis. Falsi accusat contrarios testes, velut auctores matrimonii dolo et fraude contracti coram parocho S. Thomae, ne contraheretur in parochia SS. Jacobi et Philippi, in qua sponsi patruus Vice-parochus munere fungebatur. Advertit autem per brevem diurnam sponsae moram in domo avi sita in parochia S. Thomae, sponsam cum matre conviventem ab istius domicilio non divertisse, nec novum contraxisse in parochia S. Thomae (Rot. in Romana matrim. 2. Decemb. 1720 et 7. Martii 1721). Vel saltem eamdem moram utpote fraude paratam pro matrimonio ineundo in hac, de qua agitur, quaestione esse prorsus spernendam. Nec obesse commissionem Curiae Archiepiscopalis directam parocho S. Thomae nec potuisse matrimonio praestare praesentiam jure ordinario, quum ordinaria ei deesset in sponsam jurisdictio; et neque potuisse jure delegato, quia mandatum Archiepiscopi, uti prae se ferens clausulam parochianam tuam, nec novam dans in sponsos jurisdictionem, excitare potuisset tantum jurisdictionem ordinariam, non novam conferre parocho S. Thomae (Rot. in Romana matrim. 3. Julii 1719). Apertam hinc concludit esse matrimonii nullitatem, utpote non celebrati coram proprio alterutrius contrahentis parocho. Nec ulli coactioni locum esse posse, quia matrimonia contra formam Concilii inita nec in sponsalia transeunt, etiamsi conjugalis actus accesserit (S. C. in una Hieracen. 18. Novemb. 1589).

Contra inquit defensor matrimonii, nonnisi post emensum a contractu matrimonii triennium, detrectante viro vitae necessaria praebere, uxorem querelam instituisse de matrimonii nullitate tamquam initi coram parocho S. Thomae, quasi is non proprius fuisset ejus parochus; constare autem ex processu, Annam Mariam una cum matre ad mensem usque Septembris 1750 domicilium habuisse intra parochiam S. Thomae. Non aliter ideo pro matrimonii nullitate respondendum esse, nisi compertissimum fiat, domicilium fuisse vere mutatum et ad aliam parochiam translatum. Ex ipsis vero testibus examinatis haberi, sponsam post translatum a matre mense Septembris 1750 domicilium a parochia S. Thomae ad alteram SS. Jacobi et Philippi, semper diurnam moram cum avo et avia paternis habuisse toto anno 1751 in parochia S. Thomae, singulisque diebus eamdem sponsam a prima luce ad noctem usque una cum avo atque avia convixisse, ipsamque sponsam declarasse, se verum domicilium in domo avi statuisse; mutationem ideo domicilii factam a matre non secum ferre variationem domicilii sponsae, quae in domo avi diurnam moram habuit et cujus domicilium et familiam de jure sequi tenebatur. Descriptiones vero vel parochorum tempore paschali vel censorum civitatis non percutere tempus praecisum, quod praecessit matrimonium; et conceptam fraudem commorandi in parochia S. Thomae pro matrimonio ineundo, sicque effugiendi Ecclesiam SS. Jacobi et Philippi et haberi tantum ex testibus vel consanguineis vel familiaribus ipsius sponsae vel causam scientiae reddentibus de auditu ab ipsa matre et filia; hos autem pro effectu dirimendi initum matrimonium spernendos esse (cap. in litteris, de testib., cap. 1 de consanguin.). Demum advertit, a Curia Archiepiscopali datum fuisse parocho S. Thomae expressum mandatum, ma-

trimonio assistendi, hinc concludit, subtilius inquirendum non esse, an sponsa domicilium adhuc habuerit, nec ne in parochia S. Thomae, sed matrimonium semper validum esse. Quaer.: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. negative.

Joannes Antonius Peyrani obtenta venia, iterum propugnandi ejusdem matrimonii nullitatem, inquit parochum S. Thomae neutrius contrahentis parochum fuisse; non Joannis Antonii, quia is semper in paterna domo sub parochia S. Mariae de Platea moratus fuerat; non Annae Mariae, quum haec jam usque a mense Septembri 1750 domicilium constituisset in paroecia SS. Jacobi et Philippi PP. Augustinianorum: matrimonium idcirco initum praesente parocho S. Thomae ob non servatam Concilii Tridentini formam nullum prorsus et irritum fuisse. Nec obesse, quod Anna Maria recedens ante matrimonium a paterna domo sese recepisset in avitam sub parochia S. Thomae; negat enim imprimis accessum Annae ad avitam domum; advertit moram ibi habere non potuisse, quam per paucos dies ante conjugium absque animo deserendi domum maternam; eamdem demum habitationem ex condicto habitam fuisse ad fraudandam paroeciam SS. Jacobi et Philippi, fraudem vero mutuamque machinationem probari nititur 4 testibus examinatis, quorum duo a defensore matrimonii producti fuerunt, eamque rursus educit ex justa et urgenti causa vitandi parochiam SS. Jacobi et Philippi, quia nimirum ibi morabatur patruus Jo. Antonii, ex habitatione in avita domo absque ulla mobilium translatione, ex regressu ad maternam domum singulis noctibus, ex assidua hic retenta habitatione tum in ipso praeciso die initi conjugii, tum posteriori tempore et demum ex qualitate testium, qui matrimonio interfuerunt. Concludit hinc, habitationem in avita domo, quaecumque ea fuerit vel uti ineptam ad acquirendum domicilium, vel uti fraudulentam imparem esse ad matrimonii validitatem. Momenti nec etiam esse, quod Anna Maria ad mensem usque Septembris anni 1750 morata fuerit in paroecia S. Thomae; exponit enim Joannes Antonius, in ea Annam Mariam cum matre semper incoluisse domum ab altera avi distinctam et hanc prorsus dereliquisse matrem a d. mense Septembri, quo una cum tota familia domicilium transtulit in parochiam SS. Jacobi et Philippi; inanem demum esse vim potestatis avi in Annam Mariam, cum domicilium non a potestate, sed tantum a maritali facto et habitatione pendeat. Nullius etiam ponderis esse licentiam Archiepiscopi directam parocho S. Thomae; cum haec data fuerit jure ordinario, prout in singulis matrimoniis dari solet ad excitandam in parocho facultatem assistendi matrimonio propriae parochianae; nullam autem secum ferre delegationem interessendi matrimonio celebrando a personis sibi non subditis; ineptam proinde eam esse ad conjugii firmitatem, quia dolo et fraude extorta fuit ad eludendam propriam sponsae paroeciam. Atque hinc concludit spernendam esse sententiam Curiae Archiepiscopalis Taurini tamquam manifeste injustam vel saltem excusandam ob non probatam ex suis actis fraudem et dolum, qui tantum ex posterioribus gestis in Curia Vercellen. probatus remansit.

Contra vero defensor matrimonii inquit, conjugium publice et palam de

licentia Curiae Archiepiscopalis in Ecclesia initum fuisse, per quadriennium pacifica conjugali consuetudine firmatum; numquam parochos, consanguineos ac vicinos conquestos fuisse; nefas ideo esse, ejusdem firmitatem impugnare vel suspicari, parochum S. Thomae temere ac scienter conjugio sponsae non parochianae assistere voluisse. Nec referre, quod vidua mater mense Septembri 1750 habitationem transtulisset in paroeciam SS. Jacobi et Phillippi; nam Anna Maria subdita cum esset potestati avi paterni commorantis in paroecia S. Thomae, semper cum eo convixit et in hujus domo veram habitationem ac domicilium retinuit. Et revera licet eadem Anna Maria noctu ad matrem accederet, ne hanc solam relinqueret, die tamen in domo avi morabatur, ibique alimenta recipiebat; mutationem idcirco domicilii matris nec tollere domicilium Annae Mariae in avita domo, nec impedimento fuisse, quo minus in ejusdem paroeciae S. Thomae domicilio perseveraret. Deferendum vero non esse testibus, qui reditum de mane ad domum avi retulerunt »ad un concerto tenuto ad effetto non venisse a scoprirsi, ed impedirsi il matrimonio.« Undique enim inverosimile esse, quod res de condicto peracta tot personis pandi voluerit, vel tanto tempore occulta esse potuerit, quin Curiae, parochis, parentibus ac vicinis innotuerit. Descriptiones vero vel parochorum tempore Paschali, vel censorum civitatis non percutere praecisum tempus, quod praecessit matrimonium. Demum advertit, a Curia Archiepiscopali datam fuisse parocho S. Thomae expressam licentiam matrimonio assistendi, hinc concludit, subtilius inquirendum non esse, an sponsa vere domicilium habuerit, nec ne, in paroecia S. Thomae, sed matrimonium semper validum esse; maxime quia idem Archiepiscopus, qui dictam licentiam dederat, sua sententia validum matrimonium censuit, sicque declaravit, in vim dictae licentiae parochum etiam non proprium conjugio assistere potuisse.

Perpendendum, an Anna Maria tempore initi conjugii vere domicilium habuerit in paroecia S. Thomae, in qua ab anno 1749 ad mensem usque Septembris 1750 morata fuerat, et an saltem habitatio tantum diurna habita in avita domo tempore proximo matrimonii id effecerit, ut in eadem paroecia retinuerit domicilium; vel potius an ipsa Anna Maria domicilium omne in dicta paroecia deseruerit ab eodem mense Septembri, quo se transtulit una cum matre ad aliam paroeciam SS. Jacobi et Philippi, ita ut nonnisi occasionaliter et absque animo domicilium contrahendi versata deinde fuerit durante luce in domo avita; vel nonnisi per fraudem dolumque id mollita fuerit ad eludendam propriam parochiam SS. Jacobi et Philippi, ut impedimentum conjugio effugeret patrui Joannis Antonii munus Vice-parochi in parochia S. Thomae fungentis. Quaestio omnis ex facto pendet; ex conjecturis et argumentis colligendus est verus animus Annae Mariae, a quo domicilii veritas et qualitas est petenda. Inspiciendum porro, an licentia Curiae Archiepiscopalis directa parocho S. Thomae fuerit delegata, ita ut hic parochus, licet non proprius contrahentium, recte ex delegatione Archiepiscopi potuerit matrimonio assistere; an praeterea eadem licentia, licet ordinario jure concessa, suffragari potuerit ad conjugii firmitatem. S. C. C. die 26. Augusti 1769 stetit in decisis (et amplius).

11) Capellanus fraude et dolo facultatem assistendi matrimonio Bertae cum Sejo a parocho absente obtinuit et de facto adstitit. Valetne matrimonium? Considero circumstantias. Si enim ex his colligitur, dolum et fraudem fuisse totam causam finalem et motivum, tunc matrimonium fuit nullum, quia firma non existente causa finali petitionis, licentia est invalida; nihil enim magis contrarium est consensui, quam error; si vero dolus et fraus fuit solum causa impulsiva, validum est matrimonium, quia firma existente causa finali, valida fuit obtenta licentia (vergl. auch §. 291 die caus. Granaten. vom J. 1743 bei der Lehre von der geheimen Eheschließung).

Vierter Abschnitt.

Die Gegenwart des Pfarrers und der Zeugen bei der Eheschließung.

§. 267. Erläuterung des Erfordernisses der Anwesenheit des Pfarrers bei der Eheschließung.

Das Concilium von Trient verlangt, ut matrimonium ad effectum validitatis ejusdem praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia contrahatur. Es frägt sich, was man unter dieser praesentia zu verstehen habe? Sanchez antwortet auf diese Frage (lib. 3. disp. 39): Necessaria est ad matrimonii valorem praesentia parochi et testium, non tantum physica, i. e. corporea, sed praesentia moralis et humana, quae ultra physicam addit usum rationis et advertentiam; itaque exigitur, ut parochus et testes usum rationis habeant et intelligant consensum utriusque contrahentis; unde si essent ebrii vel dormientes, vel non adverterent, vel testes essent infantes, non valeret matrimonium. Tridentinum postulat parochi et testium praesentiam; sed qui non adest more humano, intelligens et advertens, quid agatur, non censetur jure praesens. Porro ideo petit Tridentinum assistentiam parochi et testium, ut constet Ecclesiae de matrimonio contracto et de eo testificari possint, ne vivente prima uxore aliquis possit ducere secundam, eo quod matrimonium non constabat Ecclesiae, ut constat ex prooemio ejusdem decreti; sed ubi praesentia non est moralis et humana, testificare nequeunt. Sufficit tamen, si parochus et testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium, ut si non audiant verba, videant tamen signa mutui consensus, quia matrimonium potest verbis aut signis contrahi; ergo satis est, si signa consensus videant. Satis etiam est, si parochus et testes per interpretem intelligant mutuum consensum, ut si contrahentes sint distincti idiomatis. Nam caeteri contractus possunt per interpretem celebrari, ergo et matrimonium. Credendum

autem est in hoc casu dicto solius interpretis, quia non est testis, sed declarare electus communi contrahentium consensu.

Hinc infertur, minus verum esse, ubi ajunt, si parochus accesserit animo attendendi, quamvis tempore contractus distrahatur evagatione mentis, valere matrimonium, quia habet attentionem virtualem, qualis sufficit pro aliis Sacramentis et Missa. In Missa requiritur attentio, non ut audiens sit testis, sed ut debita reverentia servetur Missae et sit ille actus religionis, quod debite servatur, quando audiens voluit attendere et praeter intentionem ex fragilitate divagatur; ad omnia etiam Sacramenta requiritur intentio conficiendi et recipiendi Sacramentum, ne confectio et susceptio sit actus fictitius et vanus; quae intentio virtute durat, dum a principio habita est, nec in contrarium mutatur; attentio autem et advertentia parochi et testium desideratur, ut ipsorum testimonio comprobari possit, constetque Ecclesiae, quod testimonium nullo modo ferre possunt, nisi actu advertant, ergo non erit matrimonium. Ad effectum testificandi de matrimonio contracto perinde est, quando actu non advertit parochus, ac si absens esset. Concilium Tridentinum parificat praesentiam parochi et testium; sed si testes prae mentis evagatione non adverterent ad mutuum consensum, minime sufficeret, quia revera non essent testes; ergo idem dicendum de parocho. Aliquis posset limitare, nisi parochus consulto vellet non intelligere consensum, ut si occluderet aures et oculos; tunc enim valeret matrimonium ex declaratione S. Congreg. Concilii: »Congregatio Concilii censuit, non valere matrimonium, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intelligere;« affectare enim est, consulto aliquid facere. Fateor, difficilem esse horum verborum sensum; unum tamen scio, nullo modo valere matrimonium, quamvis parochus affectaret et consulto non attendat, nec intelligat consensus; quia tunc revera non est praesens, nec potest testificare de matrimonio. Forte sensus verborum illorum est, nisi parochus affectet, se non intelligere, h. e. nisi consulto et data opera fingat, se non intelligere, cum tamen revera intellexit. Absurdus enim intellectus vitandus est, licet litterae vis inferatur.

Difficultas ergo est, an haec praesentia parochi et testium praeter advertentiam intellectus exposcat etiam voluntatis consensum, ita ut, si vi intersint aut dolo adducti, ficta alia causa, non valeat matrimonium? Et quidem de ipsis testibus, qualitercumque intersint, si advertant, validum esse matrimonium fatentur; de parocho autem dicunt nonnulli, se olim firmiter tenuisse, non valere matrimonium, quando vi detentus est, et nunc propter declarationem Cardinalium relinquere cogitandum; seclusa Cardinalium declaratione esse satis probabile, non valere. Relinquunt cogitandum, an valeat matrimonium coram parocho et testibus sub cautela vocatis celebratum. Et probabile est, non valere, quia matrimonium non potest ignorantibus et absentibus parocho et testibus inniti, ergo nec ipsis invitis. Nam jure idem est abesse, et adesse, si deficiat consensus, ergo dum parochus et testes adsunt inviti, perinde est, ac si abessent et sic irritum erit matrimonium. Praesentia moralis et humana est hominis, ut homo est; sed ut homo constat intellectu et voluntate; ergo talis prae-

sentia postulat advertentiam intellectus et consensum voluntatis, et consequenter deficit et nullum erit matrimonium, quando deficit consensus in parocho et testibus vi detentis. Quando in jure praecipitur aliquid fieri coram aliquo, debet is interesse moraliter secundum suum modum et officium, ut si aliquid faciendum coram Notario et testibus, non satis est, Notarium interesse, ut testem, sed exercendo suum officium, quare si subscriberet sigilloque muniret, nil actum esset; cum ergo Tridentinum praecipit matrimonium fieri coram parocho et testibus, non petit assistentiam parochi solum, ut intersit tamquam testis, sed ut intersit suum munus obeundo; at parochi munus est non puri testis, sed assistere nomine Ecclesiae, approbando matrimonium et praebendo Sacramento auctoritatem, quae non praestatur ab eo, qui invitus aut casu ad aliud vocatus interest; ergo tale matrimonium est nullum. Caeterum dicendum est, valere matrimonium, quamvis parochi et testes vi detenti intersint, dummodo intelligant consensus contrahentium. Dicitur aliquid coram aliquo fieri, quamvis invitus adsit, si advertat. Tridentinum solum exigit, matrimonium celebrari coram parocho et testibus; satisfit ergo, si ipsis praesentibus quamvis invitis celebretur. Salvatur finis decreti Tridentini ex ejus praefatione collectus, cum jam matrimonium illud constet Ecclesiae, nec eo spreto possunt aliud inire. Hinc valet matrimonium, si parochi vel testes dolo ad aliud vocati intersunt; item si celebretur coram parocho et testibus casu transeuntibus; nam cum advertant, vere dicuntur praesentes, cum praesentia ad valorem matrimonii petita contenta sit sola intellectus advertentia, qua rite testimonium contracti matrimonii perhiberi possit. Peccatum tamen committitur ratione injuriae et contemtus Ecclesiae.

Sanchez beruft sich auf die im J. 1581 von der S. Congreg. Concilii in caus. Giennen. gefällten Entscheidungen. Es war nämlich in Ansehung des Erfordernisses der Gegenwart des Pfarrers bei der Eheschließung die Frage gestellt worden: »Si invitus et compulsus per vim adsit sacerdos, dum contrahitur matrimonium, praecedente vel non praecedente Ordinarii prohibitione, utrum tale matrimonium subsistat?« Die Antwort lautete: Subsistere. Eine andere Frage war: »Si sacerdos adfuerit, nihil tamen eorum, quae agebantur, vidit, neque audivit, utrum tale matrimonium valide contrahatur, vel potius, tamquam sine sacerdote, nullius sit ponderis et momenti?« Hierauf wurde von der S. Congreg. Concilii 26. Julii 1582 geantwortet: »Non valere, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectasset non intelligere.« So hat die S. Congreg. auch in caus. Ulyssiponensi unter dem 29. April 1593 entschieden.: »S. Congregatio censuit, si vera sint, quae narrantur et parochus affectaverit non intelligere, matrimonia valere.« Ferner wurde von dem obgenannten Bischofe gefragt: »Si adsit sacerdos, dum contrahitur matrimonium, casu non cogitans, se esse ad id vocatum, sed aliud agens audit duos inter se contrahentes matrimonium, utrum sit validum tale matrimonium, in quo fuit praesens, non tamen certioratus, nec ad id expresse vocatus, neque interponens suam auctoritatem dicto vel facto, vel potius sit nullum, quasi assistentia auctoritativa per Concilium requiratur et non nuda

vel casualis praesentia?« Die Antwort lautete: »Valere, etiamsi parochus aliam ob causam adhibitus sit ad illum actum.«

Es ergibt sich dies daraus, daß es nicht im Sinne des Conciliums von Trient lag, die Gegenwart des Pfarrers als minister Sacramenti zur Giltigkeit der Ehe in Anspruch zu nehmen. Es wollte den Pfarrer nur als einfachen, wenn auch besonders qualificirten Zeugen bei der Eheschließung, der darüber Zeugenschaft ablegen könne, daß die Contrahenten ihre Einwilligung in die Ehe erklärt haben. Deßhalb handelte es sich auch bei dem Concilium um die Wahl zwischen dem Pfarrer und dem öffentlichen Schreiber. Haud satis consulebatur, berichtet Pallavicini, nisi stabili teste quaesito, qui contracta connubia in codicem referret. Hujusmodi censeri posse aut scribam aut parochum. Scriba ad hoc idoneus visus non est. Hiernach ist es quoad matrimonii validitatem gleichgiltig, ob der zur Assistenz berechtigte Priester freiwillig oder gezwungen bei der Eheschließung gegenwärtig ist, ob er unter einem anderen Vorwande zu derselben hinzugezogen oder auch nur zufällig dabei zugegen gewesen ist; denn in allen diesen Fällen kann er das zur Giltigkeit der Ehe nothwendige Zeugniß über die geschehene Schließung derselben abgeben. Ganz in Uebereinstimmung hiemit lehrt Papst Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 8. cap. 13): In locis, in quibus Tridentinum jam est promulgatum, non raro contingit, virum et feminam matrimonium inter se contracturos inopinantem parochum adire et coram eo, quamvis invito et reluctante, ac duobus testibus, ibidem fortuito adstantibus, mutuum in conjugium consensum exprimere, atque inde statim se subducere, quin parochus ullum, nisi fortasse objurgationis verbum protulerit. Ejusmodi matrimonium in sententia Melchioris Cani est validum in ratione contractus, sed ob defectum sacerdotalis benedictionis non est Sacramentum. Ne itaque sic copulati fideles perpetuo careant gratia, quae ex Sacramento matrimonii in contrahentes derivatur, deberet Ecclesia illos compellere aut saltem hortari atque inducere ad suum contractum legitime, consuetisque adhibitis ritibus sacris iterum renovandum coram eodem parocho, cujus verbis fiat Sacramentum, atque ob eamdem rationem aut praeciperet aut saltem instaurari curaret clandestina conjugia in locis inita, ubi Tridentini decretum non est receptum. Cum autem in neutro casu conjugii renovationem ab Ecclesia urgeri videamus, non temere inde conjicimus, utrumque contractum, quamquam sacerdotis benedictione non obsignatum, jam ab Ecclesia haberi pro Sacramento.

Schwierigkeiten macht die Entscheidung der S. Congregatio Conc., »non valere matrimonium, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectasset non intelligere.« Ista tamen resolutio, so heißt es in dem Referate super causa Romana vom J. 1730, in diversum sensum trahitur a Doctoribus hinc inde. Nam Sanchez aliique intelligunt de parocho, qui affectavit non intelligere, sed nihilominus revera intellexerit. Sed contrarium, quod intelligendum sit de parocho, qui revera nihil audivit, tenent Fagnanus, Pontius aliique, quos refert et sequitur Rota in Romana matrimonii 4. Febr. 1697. Factum expositum in dicta Giennen, inter alia haec continet: »reclamante et dicente parocho, se neque

ut testem illi clandestino matrimonio posse, nec velle interesse; testes tamen dicunt, contractum fuisse matrimonium, ita tamen, ut ipse refert, eodem parocho obturante aures, licet ei vis fieret, et neque vidente, nec intelligente eos contraxisse matrimonium propter voces et tumultus.«

§. 268. Fortsetzung.

Eine umständliche Erläuterung der im §. 267 angeführten Entscheidungen der S. Congregatio Concilii hat Benedict XIV. in dem Buche de Synodo dioeces. (lib. 13. cap. 23.) gegeben. Und zwar bespricht Er 1) den Fall, in welchem der Eheconsens vor dem hiezu berechtigten Priester erklärt wurde, dieser aber dabei wider seinen Willen oder gezwungener Weise anwesend war (modo advertat, matrimonium coram se tamquam parocho contrahi; hoc enim sufficit, ut matrimonii veritatem testari valeat; neque Ecclesia exigit ejus consensum, sed meram praesentiam, ut de matrimonio contracto sibi constare possit). Statuitur in eo Decreto (pro Episcopo Giennensi), so schreibt Benedict XIV., validum et firmum esse matrimonium, cui legitimus sacerdos non sponte, sed invitus et coactus adfuerit. Et revera cum parochi praesentia verificetur, etiamsi per vim inducta sit, idemque parochus fidem facere possit Ecclesiae, vere celebratum fuisse coram se matrimonium, etiamsi illius celebrationi sponte non interfuerit, sed coactus, nihil in hoc casu videtur deesse, quod necessarium ad matrimonii validitatem judicatur. Scire autem, non etiam velle is debet, cum eo invito recte fit. Es schadet also der Giltigkeit der Ehe nicht, wenn der Pfarrer gezwungen dem Akte beigewohnt, sei es durch physische oder moralische Gewalt, weil seine Gegenwart selbst hiedurch nicht berührt wird. Dasselbe ist natürlich zu sagen, wenn er protestirt, oder ein nicht competenter Geistlicher in seiner Gegenwart die Trauung vornimmt, weil der Buchstabe des Concils dann erfüllt ist. Parochus, sagt die Eichstädter Pastoral-Instruction, per praesentiam actum jurisdictionis non exercet, sed nonnisi requiritur tamquam testis auctorisabilis, quo matrimonia contracta esse certo constare possit. Itaque ad validitatem matrimonii nil requiritur, nisi parochi proprii praesentia moralis, qui consensum contrahentium vere intelligat et percipiat, nec obesset, etsi foret invitus, modo sciat, quid agatur.

2) Die Ehe gilt, wenn auch der Pfarrer betrügerischer Weise verleitet wurde, bei der Eheschließung anwesend zu sein. Definitum etiam legimus in eodem Decreto (in causa Giennen.), validum fore matrimonium, cui interfuerit parochus, licet non accersitus in eum finem, sed falso aliquo nomine ad id fraudulenter inductus (vel casu praesens). Neque id generaliter inficiari quis poterit. Aliqui tamen sunt, qui ad matrimonii validitatem satis esse putant ejusmodi praesentiam parochi, qua contrahentium verba ita audiat intelligatque, ut testimonium certum de matrimonio coram se inito ferre possit. Alii vero probabilius opinantes admittunt quidem, validum fore matrimonium celebratum coram parocho, qui alio, quam matrimonii obtentu, voca-

tus fuerit, sed nihilominus necessarium putant, eumdem parochum antea moneri, accersitum eum quidem fuisse diverso nomine, revera autem, ut matrimonii celebrationi interesset. Hi afferunt resolutionem Congregationis Concilii, sequentibus verbis conceptam: »An sit matrimonium, si duo contrahant per verba de praesenti, proprio parocho praesente et aliis requisitis non ommissis, cui contractui parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forte convivii vel confabulationis vel aliud tractandi causa adesset, audit hujusmodi contractum geri et postea alter contrahentium velit ab hujusmodi contractu ratione defectus resilire?« S. Congregatio respondit: »Posse, nisi alia intervenerint, quae parochum a contrahentibus adhibitum fuisse arguant.« Pontius subdit: Quare de hoc amplius dubitare non licet. Hieraus ergibt sich, daß, wie Dr. Schulte bemerkt, die rein physische materielle Anwesenheit des Pfarrers nicht genügt, sondern derselbe mit Bewußtsein dessen, was vor sich gehen soll, dem Akte beiwohnen muß. Dazu gehört, falls die Umstände nicht auf die Absicht, eine Ehe eingehen zu wollen, schließen lassen, daß der Pfarrer vor der Consenserklärung damit bekannt gemacht werde, daß wirklich eine Ehe geschlossen werden solle. Nicht zu verwechseln hiemit ist, daß der Pfarrer nicht rogirt, d. h. ausdrücklich zu dem erklärten Zwecke, der Abschließung einer Ehe beizuwohnen, geholt zu werden braucht. Dies ist im Allgemeinen nicht nothwendig, sondern derselbe kann auch aus einem falschen Grunde herbeigeholt werden, wenn nur die Umstände selbst ihn den ernstlichen Willen der Contrahenten erkennen lassen. In gleicher Weise bespricht Gury (compend. Theolog. moral. fasc. 2. n. 1583) das Erforderniß der Gegenwart des Pfarrers bei der Eheschließung. Requiritur et satis est ad matrimonii validitatem, a) ut parochus sit moraliter praesens sicut testis, qui de re peracta testimonium perhibere debet, quia parochus hic adhibetur tamquam testis principalis ab Ecclesia deputatus, ut constat ex Benedicto XIV. b) Requiritur, ut parochus interpelletur, et moneatur de eo, quod agere volunt contrahentes, seu ut sit ab eis adhibitus, quia alioquin parochus non censetur advertere ad id, quod fit, nec judicare potest, eos, qui agunt, velle serio agere. Non tamen requiritur, ut fuerit ad hoc expresse vocatus. Sufficeret enim, si fortuito ibi praesens adesset aut sub alio praetextu accersitus fuisset. Constat ex declaratione S. Congregationis. Requiritur et sufficit, ut parochus simul cum testibus praesens tamquam talis a contrahentibus adhibeatur atque ulterius etiam intelligat, quid ab ipsis agatur, ut scilicet testis auctorisabilis de matrimonii veritate coram Ecclesia fidem facere posset.

3) Soll die Ehe giltig sein, so muß der bei der Schließung derselben gegenwärtige Pfarrer (dasselbe gilt auch von den Zeugen) die Brautleute mit eigenen Augen sehen und die wechselseitige Einwilligung derselben in die Ehe hören. Die blos physische Gegenwart des Pfarrers ist ungenügend, er muß die Consenserklärung verstehen, wie das Tridentinum ausdrücklich fordert, d. h. begreifen und einsehen, daß die Contrahenten eine Ehe beabsichtigen und in eine solche einwilligen. Solches ist offenbar der Fall, wenn er die Worte auch nur Eines Theiles hört, die des andern jedoch nicht ausdrücklich vernimmt, aber aus Zeichen dessen übereinstimmende Erklärung ersichtlich ist. Hat er aber die Erklä-

rung keines der Contrahenten vernommen, obschon dieselbe von den Zeugen gehört ist, oder haben Pfarrer und Zeugen nur die des einen gehört, so muß jedenfalls eine renovatio consensus ad cautelam stattfinden. Parochus, so erläutert Monacelli die Sache, debet esse praesens praesentia morali, prout requiritur in matrimonio de necessitate, cum intelligentia rei, quae agitur, non autem solum physica, tum, quia praesente aliquo non dicitur fieri id, quod ab eo non intelligitur, tum quia, dum non intelligit et non advertit, non potest Ecclesiam certam reddere de contractu matrimonii. Et ratio est, quia parochus non adhibetur, neque praesentiam praestat, uti minister Sacramenti, sed tamquam testis magnae auctoritatis, de quo Ecclesia confidit, ut inquit Fagnanus. Et sic ubi parochus fuit praesens, sed non audivit verba, vel alio modo intellexit expressionem consensus utriusque contrahentis, matrimonium non esset validum, nec diceretur contractum coram parocho, nec ipsum praesentiam praestasse. Benedict XIV. spricht sich hierüber also aus: In supra relato decreto (in causa Giennensi) matrimonium illud effectu carere statuitur, cui parochus ita sit praesens, ut neque videat contrahentes, neque auribus eorum verba percipiat; eo enim casu praesentia parochi tamquam mere physica considerari debet, quae ad matrimonii validitatem non sufficit juxta id, quod in eadem Congregatione definitum fuit in causa Romana super dubiis matrimonii die 7. Martii 1700, in qua cum ea res Innocentii XII. Pontificis jussu diligenti examine discussa fuisset, eorum improbata fuit opinio, qui contendebant, ad validitatem matrimonii praesentiam parochi mere physicam satis esse. Parochus enim interest matrimonio tamquam testis auctorisabilis pro Ecclesia, quae cum in aliis duobus aut tribus testibus ad matrimonium rite contrahendum necessariis non eas qualitates requirat, quae illos omni exceptione majores constituant: idcirco parochi praesentiam voluit, ut in illius probitate maximum veritatis fundamentum constitueret. Parochus autem non potest testem agere tantae in Ecclesia auctoritatis, nisi et videat contrahentes vel eorum audiat verba, vel, ea non percipiens, signa saltem videat et intelligat, quae mutuum significent utriusque partis consensum. Quamvis vero in dubium aliqui revocaverint, utrum parochus in matrimonio partes agat testis auctorisabilis pro Ecclesia, cum non desint Theologi clari nominis, qui parochum volunt esse Sacramenti ministrum, eidemque tamquam ministrantem assistere, alii vero contenderint, non eam fuisse Concilii mentem, ut ad validitatem matrimonii parochus propriis oculis conjuges intueri et propriis auribus mutui eorum consensus verba percipere deberet, alioquin ea matrimonia penitus sustulisset, quae fiunt per interpretem, cum parochus contrahentium idioma non intelligit, aut per procuratorem, utroque vel altero conjugum longe absente, siquidem in primo casu parochus verborum, quae a contrahentibus proferuntur, significationem minime percipit, sed ad ea se refert, quae ait interpres, in secundo vero neque contrahentium excipit verba, neque personas aspicit, sed solum intuetur procuratorem, ejusque intelligit verba; attamen istorum ratiocinationes satis profecto non sunt ad evertendam recte constitutam firmatamque sententiam de necessaria ejusmodi praesentia parochi in matrimonii celebratione, qua et contrahen-

tes oculis suis aspiciat et mutuum eorum consensum auribus suis excipiat. Quaestio enim fieri solita in eo sita est, utrum matrimonii minister sit parochus, an potius ipsimet contrahentes, sicuti magis communiter auctores docent, sint ministri matrimonii. Sed esto sit parochus, numquid ex hoc inferri poterit, eumdem non etiam agere partes testis auctorisabilis ejusdem Sacramenti? sicuti fieri videmus in Sacramentis Ordinis, Poenitentiae, Eucharistiae, extremae unctionis, quorum sacerdotes ita ministri sunt, ut etiam testium munere apud Ecclesiam fungantur, si forte opus sit, ut eorumdem administratio comprobetur. Ubi autem sacerdos non solum matrimonii minister, sed etiam ipsius testis auctorisabilis censeatur, necessario fatendum est, eumdem et contrahentes videre et eorum verba intelligere omnino debere (über die Schließung der Ehe per interpretem vel procuratorem vergl. §. 247).

Scavini lehrt quoad modum praesentiae parochi, quod haec talis esse debeat, ut parochus advertere possit, quid agatur et de eo testari (tam de personis contrahentibus, quam de matrimonio contracto). Idcirco non sufficit praesentia materialis, sed requiritur etiam moralis, nempe ut audiant (parochus et testes) verba contrahentium, vel saltem ut perspiciant data signa consensus. Sufficit, si parochus intelligit eorum consensum, licet eos non videat (modo eorum voces dignoscat) et licet nihil ipse proferat, ut decisum refert Fagnanus a S. Congregatione et ut communiter dicunt DD. An einer anderen Stelle aber schreibt derselbe: Debent testes et parochus nominatim nosse contrahentes, quia secus non possent de conjugio testificari. Hinc ex S. Congreg. 6. Maji 1741, matrimonium initum a sponso faciem habente palliatam naso tenus, nullum est; intellige, si inde sponsus non aliter dignoscatur a parocho. Quod si parochus, so lehrt ein anderer Canonist, licet materialiter praesens, a contrahentibus tamquam talis non adhibeatur, item si ipse contrahentes non videat, neque auribus eorum verba percipiat, nullum erit matrimonium, quia tunc eidem non interest tamquam testis auctorisabilis pro Ecclesia. Ita decisum fuit a S. Congregatione die 7. Martii 1700. Es ist dieß übereinstimmend mit den Grundsätzen des römischen Rechtes, wo es L. 109 ff. d. V. S. heißt: Coram Tito aliquid facere jussus non videtur praesente eo fecisse, nisi is intelligat; scire autem, non etiam velle is debet; nam et invito eo id recte fit, quod justum est. Und Dr. Schulte: Das Tridentinum sagt, »eorum mutuo consensu intellecto.« Der Pfarrer muß also die Worte oder Zeichen der Contrahenten nicht nur vernehmen, sondern auch deren Bedeutung gerade für den abzuschließenden Akt verstehen; es muß ihm durch die Handlungen, Worte u. s. w. der Contrahenten verständlich werden, daß dieselben eine Ehe abschließen wollen. Obschon die genannte Bestimmung im Paragraph »qui aliter« nicht wiederholt ist, darf man unmöglich annehmen, die Ehe bedürfe zu ihrer Giltigkeit keines solchen Verständnisses. Es ist Zweck der Verordnung, die Ehe durch die Gegenwart des Pfarrers und der Zeugen aufs sicherste zu bezeugen. Wo aber das Recht zur Giltigkeit eines Actes die Anwesenheit einer Person verlangt, gilt selbstredend nur der für anwesend, dessen Anwesenheit eine derartige ist, daß derselbe über das Geschehene Auskunft geben kann. Ob der Pfarrer minister Sa-

cramenti sei oder nicht, ist unerheblich für den vorliegenden Fall, weil im Bejahungsfalle wegen der alsdann von ihm zu verlangenden Intention unbedingt dessen volles Bewußtsein, ja noch mehr, dessen Wille nothwendig ist. Aber auch im Verneinungsfalle muß wegen der Zeugenqualität desselben, da er unbedingt testis auctorisabilis Ecclesiae ist, dessen geistige, d. h. mit vollem Bewußtsein und Verständniß des Aktes begabte Anwesenheit erheischt werden.

4) Es ist bereits am Schluße des §. 267 angedeutet worden, daß über die Frage, an affectante parocho non audire verba vel non videre nutus attentantium clandestine contrahere matrimonium et revera illa non audiente vel istos non vidente, validum sit matrimonium coram ipso attentatum? von den Theologen und Canonisten viel gestritten worden sei. Monacelli hält eine solche Ehe für ungiltig. Hoc procedit, scilicet matrimonium invalidum esse, so schreibt er, etiamsi ipse parochus affectaret, et data opera v. g. claudendo oculos vel aures, personas contrahentium non videret et verba mutui consensus non audiret. Et ratio viva est, quia dum vere non audit, nec intelligit, testis esse non potest, et tamen ad hoc, ut matrimonium dicatur contractum coram parocho, debet ipse (cui in hoc plene creditur, Rot. coram Cerro decis. 761 num. 13) testari de voluntate actuali contrahentium perfecta, non autem de inchoata et virtuali, quia alias matrimonium contractum fuisse deduci non potest ex complexu conjecturarum antecedentium, concomitantium et subsequentium, cum decretum Concilii, quod praecise dat formam contrahendi, non possit per aequipollens adimpleri, ut firmat Rota coram Dunoz. sen. decis. 308. Verum est tamen, quod si parochus, vi vel fraude detentus et ad assistendum vocatus, affectat et adlaborat ac fingit non audire, sed vere et naturaliter audit et intelligit ac sensu percipit consensum, tunc matrimonium, licet illicitum, validum est; quia praesentia parochi intelligentis et advertentis, licet coacta, sufficiens est ad testificandum et ita intelligenda sunt decreta, quae in hoc articulo de parocho affectante non audire allegari solent. Anders Benedict XIV., der hierüber also sich ausspricht: Hoc igitur posito, videndos esse omnino a parocho contrahentes eorumque percipiendum esse consensum: aliqua tantummodo difficultas oriri potest ex iis verbis, quae in laudato Decreto (in causa Giennensi) leguntur, »nisi tamen affectasset non intelligere«; cum enim antea veluti regula statuitur, irritum esse matrimonium, si parochus conjuges non intellexerit, ea deinde subditur limitatio, »nisi tamen affectasset non intelligere.« Cujus limitationis ut verus sensus intelligatur, opus non est, intimam propriamque hujus verbi »affectasset« significationem studiosius inquirere et penetrare; sed quoniam totum Decretum iis verbis expressum est, quibus passim utitur Curia, opportunius esse videtur, praedicti verbi sensum juxta communem et usitatum in Curia loquendi modum interpretari. Affirmarunt nonnulli, Decretum illud de eo parocho intelligendum esse, qui et videt et audit, sed se nec videre nec audire simulat. Haec tamen verbi intelligentia minime probatur, et quidem merito; neque enim necesse fuerat, Decretum condere ad id stabiliendum, de quo nullum est dubium, verum scilicet et validum matrimonium iniri, ubi parochus et videt et intelligit, etiamsi se nec vidisse nec audivisse mentiatur. Alii vero matrimonium

irritum esse dicunt, quoties parochus revera non videt nec intelligit contrahentes, etiamsi ideo non videat nec intelligat, quia ipsemet consulto videre et intelligere noluit, ipseque sibi videndi et intelligendi modum ademit, ex ea nimirum ratione, quod minime poterit earum rerum, quas revera non vidit nec intellexit, auctorisabile testimonium Ecclesiae ferre, quantumvis ipse sibi impedimentum creaverit, ut non videret nec intelligeret. Haec igitur est horum auctorum opinio, irritum semper et nullum esse matrimonium, si conjuges nec videantur, nec audiantur a parocho, idque non solum si ab extrinseca aliqua causa externoque impedimento ademta fuerit parocho videndi audiendique potestas, verum etiam si ipse sibi impedimentum ultro creaverit, ne videret, neque intelligeret. Itaque re bene considerata istorum opinio cum ea, quam superius exposuimus, sententia convenit, ut scilicet exceptio illa »nisi affectasset non intelligere« de eo duntaxat casu accipienda sit, quo parochus reipsa viderit et audiverit, sed simulet falsoque asserat, se nec vidisse nec audivisse.

Alii denique affirmant, matrimonium validum fore, quod celebratum fuerit coram parocho, qui, si nec vidit nec intellexit, ipse sibi in causa fuit, ut non videret nec intelligeret, propterea, quod vel aures sibi obstruxerit vel faciem velaverit, ne audire et aspicere cogeretur. Et hic verus videtur esse illius Decreti sensus. Neque enim ulla haberi debet ratio affectatae ignorantiae illius, qui cum videre et audire commode posset, ipse sibi voluntarium posuit impedimentum, ne videret audiretque. Necque porro aequum est, ut ab arbitrio factoque parochi pendeat, libertatem matrimonii impedire. Illud autem objicere minime prodest, adhibendam esse a parocho industriam omnem et diligentiam ad impedienda hujusmodi matrimonia, eumque canonicas poenas incurrere et signanter in suspensionem ab Officio ad triennium incidere, si praesentiam praestet alicui matrimonio, quod fieri praesumatur vel sine praescriptis denunciationibus vel sine praevia dispensatione illius, qui super observantia earum denunciationum dispensare potest. Quamvis enim verum sit, adnitendum esse parocho pro viribus, ut hujusmodi matrimonia fieri prohibeat, multoque magis eidem cavendum esse, ne eorumdem celebrationi voluntariam praesentiam exhibeat: ex his tamen hoc tantummodo sequitur, ut ipse data opera non debeat iis interesse, ut occasionem praestandae iisdem assistentiae, quantum potest, evitare teneatur, ut, etiamsi forte circumventus, aliove obtentu accersitus fuerit, contrahentes serio monere debeat, matrimonia hujusmodi sine gravi culpa celebrari non posse, sibi autem dictam esse legem, ut eosdem contrahentes, si id, quod deliberarunt, reipsa perfecerint, ad Superiorem deferat, a quo gravi poena plectendi erunt; praeterea se et animo et voluntate a praestanda eorum nuptiis praesentia longe abhorrere, quia hujusmodi contrahendi ratio a sacris canonibus improbetur; et nihil necesse est aures obturare, velare faciem aliaque hujus generis facere, quae ad id solum valent, ut animos contrahentium scrupulis torqueant, qui scilicet, quamvis ut plurimum nesciant illicita ab invalidis distinguere, adhuc tamen non solum matrimonium, ut destinaverant, contrahere, sed etiam consummare non praetermittunt; utrumque enim perficere in animo habent, quoties, circumvento aut deprehenso parocho, coram eo proferunt verba

ad mutuum consensum significandum ideona. Neque timendum profecto est, ne occultum remaneat matrimonium ea ratione perfectum, indeque aditus aperiatur ad celebrandum alterum matrimonium primo illo adhuc constante atque vigente. Quamvis enim ejusmodi matrimonium sit clandestinum de jure, utpote astute atque dolose sine praeviis denunciationibus celebratum, attamen fieri nequit, ut reipsa, et ut ajunt, de facto occultum remaneat, cum et parochus illud ad Episcopum deferre et Episcopus adversus contrahentes judicialiter procedere debeat. Ex hactenus dictis recte colligitur, praedicta verba, »nisi affectasset, non intelligere« de eo casu accipienda esse, quo parochus invitus ad matrimonii contractum adhibitus ideo nec videt nec percipit, quia data opera neque videre voluit neque percipere, cum tamen et videre et percipere naturaliter potuisset eadem ratione, qua testes ad eum ipsum actum adhibiti et vidisse se et percepisse fatentur. Celebris fuit anno 1753 causa Carthaginen. matrimonii in Concilii Congregatione agitata et judicata, in qua agebatur de quodam matrimonio contracto coram parocho, domi suae, inopinate deprehenso, qui virum quidem aspexerat ejusque verba perceperat, feminam vero nec viderat, nec audiverat. Theologi in hoc facile convenerunt, ut ad matrimonii validitatem necessarium omnino esset, contrahentes a parocho videri, eorumque verba mutuum consensum exprimentia ab eodem audiri, eo scilicet principio prae oculis habito, quod si parochus matrimonio interest tamquam testis Ecclesiae auctorisabilis, nullo modo poterit de matrimonio contracto fidem facere, ubi nec utrumque viderit conjugem, nec utriusque consensum audierit. Sed cum factum ipsum, de quo agebatur, accurate perpensum fuerit, ejusque circumstantiae omnes diligenter excussae, manifesto compertum est, quod si parochus mulierem non vidit, ejusque verba non intellexit, hoc ideo evenit, quia ipse obfirmato animo eumdem videre et audire noluit, cum eum facile audire et videre potuisset, quemadmodum bene viderant recteque audierant testes ad eum actum adhibiti. Itaque pronunciatum fuit, Nobisque assistentibus sententia prodiit pro matrimonii validitate. Der von Benedict XIV. verfochtenen Ansicht redet auch Dr. Schulte das Wort. Der Pfarrer, so schreibt er, muß die Contrahenten selbst sehen, weil dieß eben so zur Ablegung des Zeugnisses nothwendig ist, als das Verstehen, indem derjenige, der einen Sprecher nicht sieht, niemals mit absoluter Gewißheit aussagen kann, daß gerade die bestimmte Person jene Worte gesprochen. Die Praxis der Congregatio Concilii, welche für die ganze Kirche maßgebend ist, hat deßhalb auch entschieden, matrimonium non valere, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectasset non intelligere. Zwar hat der Pfarrer das Recht und die Pflicht zu verhindern, daß die ordnungsmäßige Form der Eheschließung nicht verabsäumt werde. Ist ihm dieß aber nicht möglich gewesen, und er konnte seine Gegenwart dem Akte nicht entziehen, so darf dessen Giltigkeit, weil Niemand der Freiheit der Ehe schaden darf, nicht in seine Willkür gesetzt werden. Stellt er sich also an, als höre und sehe er nicht, oder versteht er die Contrahenten nur zufolge eigener Bemühungen nicht, z. B. durch Verstopfen der Ohren, Verschließen der Augen u. s. w., so kann nicht dieselbe Entscheidung gelten, als wenn er ohne sein Zuthun die Contrahenten nicht verstehen konnte, da er nicht blos körperlich

anwesend war, sondern auch die moralische Fähigkeit hatte, den Akt zu verstehen, diese Wahrnehmung aber von ihm auf eine unberechtigte Weise verhindert ist. Das öffentliche Interesse an der Ehe muß also hier den Ausschlag geben und deßhalb rechtlich angenommen werden, der Pfarrer habe die Contrahenten verstanden. Jenen oben angeführten Worten, »nisi affectasset non intelligere«, liegt nach dem Sprachgebrauche der Curie die Bedeutung unter, daß sie sich auf den Fall beziehen, wo der Pfarrer gegen seinen Willen zu dem Assistiren gezwungen, deßhalb nicht sieht, noch hört, weil er nicht sehen und verstehen wollte und hiezu durch eigenes Bemühen gelangt, obschon er eben so gut, als die Zeugen, beides vermochte. Die hier angegebene Bedeutung der Worte »nisi affectasset etc.« hat Benedict XIV. ausführlich nachgewiesen. Er führt eine Entscheidung der Cong. Concilii in Chartaginen. an, welche unter seinem Vorsitze als Papst gefällt und von ihm, wie er ausdrücklich bemerkt, bestättiget wurde, welche die gegebene Ansicht als die durch die kirchliche Praxis festgestellte documentirt. Aber auch abgesehen von jener Entscheidung müßte man die gegentheilige Ansicht schon auf Grund der früheren Entscheidungen aufgeben, wenn man bedenkt, daß dem Zusatze »nisi affectasset etc.« nur die angegebene Bedeutung beiwohnen kann. Denn sollte derselbe den Fall anzeigen, wo der Pfarrer wirklich den Consens vernommen hat und nur lügnerisch das Gegentheil behauptet, so wäre er überflüßig, weil ja in diesem Falle unbedingt dem Concil buchstäblich genügt wäre. Ihm aber diese Lüge zu beweisen, wenn er nicht eingesteht, geht eben nur durch die angenommene Fiction, so daß die Gegner selbst hiezu gezwungen sind.

Daher bemerkt auch der Referent in causa Ferrarien. vom J. 1762 bei der S. Cong. Concilii (welche die Ehe giltig erklärte): Negabatur a parocho inspectio mulieris, illiusque non-agnitio deponebatur a testibus. Ergo (so meinten Einige) deficiebat praesentia parochi et testium, quae debet esse moralis, cum intelligentia et advertentia ejus, quod geritur, ad quem effectum necessarium est, quod videant et cognoscant contrahentes, ut testari possint Ecclesiae, inter eos contractum fuisse matrimonium, ut declaravit S. Congregatio in Romana, super dubiis matrimonii, 6. Martii 1700. Contra vero producitur declaratio hujus S. Congregationis in Giennen. de anno 1581, ex qua sequitur, nihil officere affectatam parochi ignorantiam, quia facile potuisset se vertere erga mulierem illiusque vultum aspicere et cognoscere, ut rejecta opinione Monacelli et aliorum interpretantium dictam declarationem pro solo casu, quo parochus affectaret non vidisse, quod revera vidit, firmat Benedict XIV. de Synod. dioeces. et concordant rescripta hujus S. Congregationis in Amerina, Caesenaten., Chartaginen., in quibus responsum fuit pro validitate matrimonii, licet parochus non cognoverit alterum ex contrahentibus, quia per ipsum stetit, quo minus cognosceret. S. Congregatio in casu matrimonii clandestine contracti coram parocho, qui consensum sponsae non audivit, duo testes tamen adhibiti deponebant de verbis sponsae consensum suum exprimentibus, pro illius validitate respondit in Patavina, in Venetiarum matrimonii, in Taurinen., ac in terminis, in quibus nec parochus nec testes audiverant sponsae consensum, in Romana matrimonii, 28. Julii 1730. Uebrigens kömmt zu erinnern, daß von der S. Con-

gregatio im Allgemeinen nur die Erklärung erzielt werden konnte, quod non sufficiat praesentia parochi pure physica et materialis; der Abgang der näheren Modalitäten der praesentia moralis, in wiefern von denselben die Giltigkeit abhängt, soll in jedem einzelnen Falle erwogen werden. So lautet die Declaration dieser Congregation in causa Romana vom 6. März 1730. Exhibitis dubiis: a) an parochus teneatur prohibere et, quantum in se est, positive resistere clandestinis matrimoniis? et quatenus affirmative, b) an ob inopinatum casum, deficientibus aliis mediis prohibendi et resistendi, peccet vel male faciat tentando fugam, claudendo oculos et aures obturando? c) an parochi praesentia, de qua loquitur S. Concilium Tridentinum, debeat esse moralis humano modo et cum advertentia, ita ut esse possit testis matrimonii actualiter et de facto contracti, non vero voluntatis contrahendi, vel sufficiat sola praesentia physica vel materialis? d) an affectante parocho, non audire verba vel non videre nutus attentantium clandestine contrahere matrimonium, et revera illo non audiente vel non vidente, validum sit matrimonium coram ipso attentatum? S. Congregatio rescripsit: »reprobata opinione, quod sufficiat praesentia parochi pure physica seu materialis«, providebitur in casibus particularibus.«

Es bleiben nur noch die Strafen zu erwähnen, die über jene verhängt werden sollen, die sich unerlaubter Mittel bedienen, um ihre Einwilligung in die Ehe coram parocho et testibus erklären zu können. Qui coram parocho, dolose seu per vim adesse compulso matrimonium celebrare praesumserint, sint ipso facto excommunicati, eademque poena teneantur, qui auxilium, opem et consilium quoquo modo praestant (so heißt es in der Provinzial-Synode der Maroniten vom Jahre 1736). Bei der S. Concilii Congreg. wurde in causa Firmana am 24. April 1723 gefragt, an et quae poena sit imponenda conjugibus in casu etc.? Die Antwort lautet dahin, esse solvendam aliquam eleemosynam Ecclesiae parochiali Montis Giberti arbitrio Emmi Praefecti, qui decrevit, praefatam eleemosynam esse solvendam in scutis decem. In dem Referate in Callien. matrim. die 7. Septembris 1776 wird gefragt, an constet de nullitate matrimonii in casu etc.? und darauf geantwortet: Negative et ad mentem et ad D. Secretarium cum Sanctissimo quoad mulctam; et die 14. Septembris Sanctissimus benigne annuit pro gratia absolutionis a quacumque poena. Deßhalb bemerkt auch Scavini: Neque refert (ad valorem matrimonii), etiamsi parochi per dolum, metum aut injuriam detineantur et ipsi resistant et contradicant, ut saepius fuit definitum a Sacra Congregatione Concilii. Sed in hoc non excusarentur sponsi a mortali, et in aliquibus dioecesibus incurrerent excommunicationem, nisi esset casus, quo parochus injuste renueret assistere et contra adesset necessitas contrahendi (vergl. 1. Bd. §. 32).

§. 269. Verhandlungen bei der S. Congreg. Concilii über das Erforderniß der praesentia parochi.

1) Causa Sarzanen., die 16. Februarii 1648. Proposito dubio, an matrimonium contractum absque denunciationibus et sine licentia Ordinarii coram testibus et parocho contradicente, qui audivit tantummodo verba consensus per sponsum praestiti, dum prae manibus habens sponsam dixit: »questa è mia moglie,« et audivit, quod sponsa dixit nonnulla verba, quae tamen non intellexit, sit de jure validum et subsistat? S. C. C. respondit, matrimonium sustineri, etiamsi parochus non intellexerit verba sponsae, dummodo tamen ejus consensus ex aliis signis juxta Juris communis dispositionem legitime constet.

2) Causa Patavina, die 11. Maji 1669, in qua responsum fuit pro validitate matrimonii clandestine contracti coram parocho, qui consensum sponsae non audivit, duo testes tamen adhibiti deposuerant de verbis sponsae exprimentibus illum consensum.

3) Causa Tolentina, die 28. Novembris 1671, in qua pariter responsum fuit pro validitate matrimonii, non obstante, quod parochus non audiverat verba sponsae, non affectate, sed ex animi turbatione, idem tamen parochus ex antecedentibus et subsequentibus credebat, sponsos habuisse animum contrahendi; testes quoque deponebant de consensu sponsae.

4) Causa Vicentina seu Venetiarum, die 11. Martii 1673. Caecilia Vicentina, quae Venetiis per verba de futuro sponsalia contraxerat cum Gothardo et per Vicarium Patriarchalem inhibita ad contrahendum cum alio matrimonium ac postmodum ad sponsalium executionem condemnata fuerat, pendente causa in tribunali Nuntiaturae, matrimonium contraxit Vicentiae cum Andrea, et auditor Nuntiaturae declaravit valida sponsalia cum dicto Gothardo. Et licet ab hoc decreto Caecilia appellaverit, comparuit tamen ad probandam validitatem matrimonii. Super quo casu parochus Anureae requisitus ita retulit facti speciem coram se secutam. »Accessit ad me quidam Franciscus, unus ex meis parochianis instanter petens, ut accederem ad excipiendam confessionem sui patris infirmi; perventus ad ejus domum sitam intra parochiam Ecclesiae cathedralis, dum ego solus in quodam cubili morabar exspectans, ut me vocarent ad cubile suppositi infirmi, vidi eodem tempore exeuntes ex alio cubili et intrare illud, ubi ego eram, Augustinum cum alio vel duobus sociis, quos non novi, qui steterunt in stipite portae, eodemque tempore intravit in meum cubile filius praedicti Francisci associatus cum una muliere, quam antea numquam vidi; dum sic omnes consistebant, dictus Augustinus incoepit mecum loqui (statimque suspicatus, quod ageretur de matrimonio contrahendo, incoepi exclamare dicens, hunc non esse modum tractandi, et tentavi discedere, sed non potui, quia praedicti occupabant stipitem portae cubilis), me, inquam, allo-

quens Augustinus dixit: Dominatio vestra est hic, debet habere patientiam, isti domini (ostendens digito Franciscum et feminam) volunt invicem nubere, ideo debet ipsos conjungere et benedicere. Hoc ego audiens exclamavi, quod tali modo non deludatur Ecclesiā et ejus ministri, vocando nempe ad unum effectum et dein proponere alium, quod non assentiebam et protestabar de nullitate; dumque ego sic loquebar, insurrexit mulier illa mihi incognita dicens: utique hic (ostendens Franciscum) est meus maritus, nec volo alium, quam ipsum et conversa ad ipsum Franciscum eidem dixit: da annulum; quem Franciscus statim porrexit et ipsi in digitum suum posuit; neque recordor, quod Franciscus responderit, vel si respondit, non intellexi, quia exclamabam et protestabar contra ipsum actum totus alteratus. Hoc facto petierunt, ut ipsos benedicerem, sed nolui et discessi.« Huic depositioni parochi conveniebant testes, qui huic matrimonio astiterunt, deponentes per haec verba: »fuit vocatus parochus cathedralis, qui introductus in unum cubile, ubi erat Andreas, et supervenit ipsa Caecilia; ego ipsi Andreae dixi: esne contentus accipere in tuam legitimam uxorem Caeciliam? et respondit: ita. Deinde versus ipsam ego ipsi dixi: Caecilia, esne contenta accipere in tuum legitimum maritum Andream? quae respondit: utique volo; quo facto ipse Andreas imposuit digito Caeciliae annulum, fuitque rogatus parochus ipsos benedicere, sed noluit et protestans discessit.« Et quoniam hujusmodi matrimonium non solum contractum fuit ommissis denunciationibus, sed contra inhibitionem Ordinarii, qui prohibuerat parocho, ne assisteret: verificatis praemissis ex Ordinariorum relatione ad sedandos conjuges, qui jam filios susceperant, quaeritur: a) an matrimonium contractum, ut praefertur, sit validum et per illud resoluta sint priora sponsalia? b) an, qui ita contraxerunt, puniendi sint, et quibus poenis? c) an etiam testes, qui scienter interfuerunt? d) an etiam, qui consilium dederunt? S. C. C. resp. ad a) esse validum. Matrimonium enim initum coram parocho, licet ipse ad alium finem sit accersitus vel praesens, validum dixit Rota, sicque per illud resoluta dici debent priora sponsalia de futuro. Ad b), c) et d) resp.: puniendos esse poenis condignis arbitrio Episcopi. Juris enim est, quod contrahentibus contra interdictum Ecclesiae salutaris poenitentia imponi debeat (tit. de matrim. cont. interd. Eccles.); atque proinde in poenam solent utplurimum separari (cap. 1 tit. cit.). Et licet hinc oriri possit incontinentiae periculum, ac propterea magis expedire videretur, ut poena eis ab Episcopo arbitraria infligatur: quia tamen haec separationis poena a Jure praescripta legitur in cit. cap. 1, ne ipsa Juris dispositio contemnatur, potest per tempus Ordinario bene visum contrahentibus dicta poena infligi. Quando vero testes scientiam habent matrimonii ab Ecclesia interdicti, tunc dolus in iis praesumitur, ac proinde non considerari debent ut testes simpliciter, sed tamquam auxiliatores, quorum ministerio effectum est, ut matrimonium ab Ecclesia vetitum contraheretur, sicque merito poena arbitraria puniri debent, quae non deberet esse minor ea, qua contrahentes puniuntur. Attamen ad hunc effectum scientia testium probari debet, quod nempe matrimonio clandestino scienter interfuerint. Idem dicendum de consulentibus.

5) Pro contrahendo matrimonio inter Andream et Laurentiam duae fuerunt factae denunciationes in parochiali Ecclesia, in quarum termino ad illud impediendum se opposuit alia mulier sub fundamento, quod contraxerat sponsalia cum eodem Andrea, sub quorum spe asserebat se defloratam, de quo tamen neutiquam constare fecit. Qui proinde Andreas et Laurentia ad deludenda praemissa, testibus adhibitis, coram parocho mulieris matrimonium contraxit. Super validitate hujusmodi matrimonii ortum fuit dubium in Curia Episcopali ex eo praesertim, quod parochus in actu prolationis consensus a conjugibus non perceperit consensum nec verba eum importantia ab ore dictae Laurentiae, et ideo dicti contrahentes fuerunt ab Episcopo excommunicati. Adita propterea pro parte dictorum conjugum S. Congregatione, eorumque precibus porrectis, sub die 27. Novembris 1688 emanavit rescriptum: »Veris existentibus narratis et donec fiat tertia denunciatio, Episcopus inhibeat conjugibus, ut sese abstineant a copula; secuta vero denunciatione praedicta, nulloque existente impedimento, absolvat excommunicatos, nisi habeat aliquod canonicum impedimentum in contrarium.« Contra quod rescriptum exceptiones non praestiti consensus a muliere Episcopus adducens, causa super ejus relatione discussa, Sac. Congregatio die 6. Augusti 1689 super dubiis infrascriptis jussit examinari testes matrimonio interessentes, tam super prolatis ab utroque conjuge, quam super dicto et facto parochi; cumque ex processu desuper ab Episcopo fabricato de consensu utriusque conjugis plene constitisset, supplicatum fuit decerni, a) an sufficienter constet de matrimonio? et quatenus affirmative b) an sit illud validum? c) an conjuges et testes ab excommunicatione ab Episcopo inflicta sint absolvendi? S. Congreg. Conc. die 18. Novembris 1690 resp. ad omnia affirmative.

6) Causa Aprutina, die 12. Januarii 1697. Contractis sponsalibus per verba de futuro inter Simonem et Margaretam post binas denunciationes obtinuerunt licentiam a Vicario matrimonium contrahendi. Ex post comparuit alia mulier asserens se defloratam a dicto Simone sub fide matrimonii. Cum informationes ab Episcopo sumebantur, inhibuit interim, ne invicem conversarentur. Dum haec gerebantur, Simon, habita notitia, quod parochus reperiebatur in alia Ecclesia extra suam parochiam, ibidem ingressus cum Margareta et testibus protulit sequentia verba: »Domine, nos acceptamus nos in conjuges,« praebendo invicem manus, parocho tamen non assentiri recusante. Proposito itaque dubio, a) an dictum matrimonium fuerit validum? et quatenus affirmative b) an et quomodo indemnitati alterius mulieris ab Episcopo sit providendum? S. C. C. resp. ad a) in casu proposito affirmative. Procul dubio validitas visa fuit resultare ex supradictis verbis a viro prolatis nomine amborum cum acquiescentia puellae et mutua manuum traditione; licet enim tunc puella per verecundiam tacuerit, consentire tamen videtur in matrimonium; quod procedere asserunt tam in mutis, quam in valentibus loqui. Quo praemisso obstare non poterat, quod parochus adhibitus fuerit in aliena Ecclesia quia vis consistit in praesentia, non in loco, cum parochus nullum actum jurisdictionis debeat exercere, sed tantum uti testis intervenire de facto conju-

gum. Nec antecedens prohibitio Episcopi de hujusmodi matrimonio non celebrando obstabat, quia hoc casu, etsi non licite contrahatur et puniri valeat, valide tamen contrahitur, ut decretum fuit in una Turritana anno 1648. Ac demum non sponsalia praecedentia, quia, quatenus existant, hodie de Jure novissimo, eadem etiam cum secuta copula per subsequens matrimonium dirimuntur. Ad b) resp.: Episcopus procedat, prout de jure.

7) In causa Balneoregien. matrimonii, die 24. Januarii 1711, ad dubium propositum, »an constet de validitate matrimonii?« responsum fuit: »renovandum esse consensum ad cautelam coram parocho et testibus ad formam Concilii;« ibi enim parochus, Sacrum celebrans, solum audivit sponsos asserentes: »Signor curato state per testimonio,« eosque increpavit dubitans, quod matrimonium attentare vellent; testes praesentes deponebant, fuisse interpellatos a viro, ut testimonium perhiberent de matrimonio, quod tunc contrahebant, et quod sponsi sese prae manibus habebant; et unus ex illis deposuit, quod »inginocchiandosi tutti due assieme e tenendosi per la mano à piedi della Bradella;« vir dixit: »Signor curato, io voglio quì sposare Orsella, la voglio per la mia moglie, ci volete voi sposare? e parole simile.«

8) In causa Romana, die 6. Augusti 1712 responsum fuit pro validitate matrimonii contracti coram parocho, qui non audivit verba sponsi; sponsus pariter testatus est, ipsum nullum verbum dixisse coram parocho; et mater puellae cum juramento deposuit, fuisse explicitum utriusque conjugis consensum, et de hoc etiam deponebant plures connubii testes, asserentes, potuisse voces conjugum percipi a parocho.

9) In causa Amerina proposita die 15. Decembris 1714 et resoluta die 12. Januarii 1715, in qua parochus Missam celebrans nihil, nisi utriusque sponsi verba: »Pastor assiste« perceperat et unus tantum testis consensum se audivisse dixerat, S. C. C. consensum renovandum esse judicavit. Parochus deposuit: »mentre io celebravo la Messa, sentii un mormorio, ch' io stimai che fosse qualche pazzo, e perciò non mi voltai, ma continuando l'Evangelo, il medemo Tomaso Trenta replicò, e non intesi altro che queste precise parole, questa è la mia sposa, ed io all' ora mi voltai un poco, e mi protestai, che non volevo assistere al preteso matrimonio; nè intesi altro da detto Tomaso Trenta, e molto meno dalla detta Maria Angelica, quale non parlava mai, nè fece atto alcuno, dal quale si potesse dedurre il suo consenso etc.« Depositionem parochi ratificarunt duo testes praesentes celebrationi matrimonii, qui solum addiderunt, quod sponsus brachio arripuerat sponsam genu flexam, ut sursum erigeret et quod illius manum tenebat. Quaedam vero mulier ad perpetuam examinata et alius testis deposuerunt, utrumque conjugem protulisse verba, mutuum consensum expresse designantia.

10) Causa Caesenaten. matrimonii. Nicola de Campagnolis e civitate Aesii Caesenam traducta mense Februarii proxime elapsi a Francisco patruo matrimonium die 13. Maji sequentis contrahere praesumpsit cum Carolo de Receputis coram parocho habitationis dictae Nicolae, exhibitis quidem necessariis testibus, sed clandestine nullis praeviis denunciationibus, neque exhibitis testimonialibus status liberi Or-

dinarii Aesini. Quinimo parochus cum praesensisset matrimonium contrahendum, curavit se subducere et clausa Sacrarii janua cum presbyterium percurreret, Carolum Receputum vidit manu ducentem d. Nicolam ad cancellos presbyterii accurrere clamantem: Signor curato, Signor curato! ex quibus verbis perculsus velocius, ne simili matrimonio interesset, deponit, se intra mansiones recepisse, et eorum occluso ostio aliorum verborum sensum nullatenus percepisse. Testes autem duo rogati et alii tres concorditer testimonium perhibent de expresso consensu Receputi ad matrimonium et tacita Nicolae iteratis nutibus capitis inclinatione annuentis, quae ita deposuit: »Entrò dentro la porta della sua stanza di modo tale, che ebbi tempo di dire sì Signore, se non che d' inchinare due volte la testa, che non tal atto m' intesi di dire, che lo volevo per mio marito.« Franciscus Antonius Pasquini, qui sponsalia cum eadem Nicola praecedenter iniisse praetendit, nullitatem hujusmodi matrimonii promovet, eo quia non sit contractum, neque coram proprio parocho Receputi, neque coram parocho Nicolae nullum Caesenae habentis domicilium, eo quia neque moralis neque materialis parochi praesentia perfectioni actus intervenerit. Sponsalia autem ex depositionibus plurium testium probare contendit, et praecipue ex confessione ipsiusmet Nicolae ingenue fatentis, impedimentum testimonialium status liberi fuisse appositum a dicto Francisco Antonio, »perchè pretendeva di sposarmi lui per averli lo promesso in voce per due volte; et rursus ibi: »e vero, che quando dissi a detto Pasquini le dette parole, non si dubiti, che non pigliarò altri, che lei; intesi mantenerglile, ed esser sua; ma oggi non intendo mantenerglile.« Nihilominus etiamsi matrimonium nullum esset et valida sponsalia, ex pluribus causis, dissensus nempe patrui et augmenti dotis ab eodem facti in scut. 500 pro secundo sponso tantum, ac ignoratae conditionis et qualitatis primi sponsi, Nicola de Campagnolis ab eorum executione jure se excusandam esse deducit, maxime, quia juramento asserta sponsalia non sunt munita et firmata.

Quaeritur itaque: 1) an matrimonium contractum inter Carolum de Receputis et Nicolam de Campagnolis sit validum in casu etc.? et quatenus negative 2) an d. Nicola possit matrimonium valide et licite contrahere cum dicto de Receputis, seu potius obstent sponsalia per eam, ut praetenditur, contracta cum Francisco de Pasquinis in casu etc.? Sacra Congregatio Concilii die 3. Octobris 1716 respondit ad 1) affirmative; ad 2) provisum in primo.

11) Causa Romana matrimonii, die 11. Februarii 1730. Alexander Ursinus captus amore puellae Annae Gonfiartini, post copulam cum ea habitam et promissam fidem matrimonii etiam in scriptis, ut patet ex folio originaliter exhibito, cupiens dictum matrimonium in facie Ecclesiae celebrare, opportunam licentiam obtinuit, cujus vigore explorata per parochum utriusque contrahentis voluntate, habitoque mutuo eorum consensu, facta fuit prima publica denunciatio. Sed apposito Nihil transeat ex parte Comitis Virginii Ursini illius genitoris, iidem sponsi ad avertenda omnia impedimenta de sero diei 26. Martii 1729 circa primam noctis horam convenerunt in Ecclesia parochiali S. Laurentii in Lucina, ubi vocato parocho sub mendicato titulo cujusdam gravis negotii

statim ac eum advenientem et in continguas mansiones parochiales et praecipue in secundum cubiculum, in quo nullum aderat lumen, ingredientem aspexerunt, ambo sese ad invicem manibus tenentes eumdem secuti fuerunt una cum duobus sponsae fratribus aliisque duobus testibus ad id vocatis et coram eo ac testibus sponsus ita consensum suum aperuit: »Padre curato questa è la mia sposa;« ex quibus verbis agnoscens parochus, illum esse Alexandrum Ursini et praevidens ex antecedentibus notitiis, quod tunc coram ipso matrimonium clandestine contrahere intendebat, statim exclamavit et vi omni adhibita, non curata vestis laceratione, aufugit. His ita peractis contrahentes illico consensis equis Terram S. Poli petierunt et post septem dies redeuntes ad Urbem fuerunt capti a Birruariis ac in arcta custodia detenti, ubi adhuc retinentur; compilatoque desuper processu in Tribunali Emmi Urbis Vicarii, cum causa super validitate hujus matrimonii remissa fuerit a Sanctissimo ad S. Congregationem pro voto, proponitur hodie dubium, de quo in calce restrictus.

Parochus in sua judiciali depositione inter caetera ita refert: »solo posso dire, chi uno di detti uomini sentii benissimo, che mi disse con voce intelligibile queste precise parole: Padre Curato questa è la mia sposa — dalle quale parole io conobbi benissimo alla voce, che era il figlio del Conte Virginio Orsini chiamato per nome Alesandro, e senza aspettare, che finisse di proferire la parola di sposa, io cominciai a gridare, ed facendo un salto, mi buttai fuori della Porta di detta stanza, benchè uno di detti uomini mi pigliasse per la sopraveste per trattenermi, dicendomi: Senta, senta Padre Curato — e non potendomi tenere, mi squarciò la sopraveste etc., ne posso dire di aver veduto, se vi era la sposa, o nò, perchè io non la viddi, ne sentii parlare veruna donna etc.;« et paulo post: »e perciò avendo io tutte dette notizie in detta sera, vedendo, che il detto Alessandro voleva fare il matrimonio clandestinamente, io me ne fugii via etc.« Ex duobus testibus vocatis et praesentibus celebrationi matrimonii, unus deposuit audivisse tantum illa verba viri: »questa è la mia sposa,« ita postea subjungens: »ma io non viddi nè il figlio di detto Conte, nè la Torella di detto Carluccio (id est sponsam) e molto meno sentii veruna voce di donna etc.« Alter vero ita asseruit: »io per verità non sentii parlare nè detto figlio del Conte, nè la detta Anna etc.«

Ex constitutis utriusque conjugis transscriptis, sponsa constanter asserit ipsam post verba ab eodem Alexandro prolata dixisse: »io piglio per mio marito Alessandro Ursini.« Sponsus vero per haec verba deposuit: »e nell' istesso tempo subito repigliò la detta Anna con voce tremante — questo è il Signor Conte Ursini etc. e io posso dire, di non aver sentito, che la detta Anna oltre le parole suddette prosequisse a dir altro etc.«

Quod mulier pronunciaverit dicta verba exprimentia suum consensum, deponunt etiam duo ejus fratres, qui fuerunt praesentes juxta eorum juratam depositionem originaliter exhibitam. Alexander sponsus constans est et perseverat in eadem sua voluntate, ut apparet nedum ex dicto Constituto, ubi protestatus est, velle iterum rite et valide contrahere matrimonium, quatenus contractum

esset nullum; sed etiam ex alio separato folio ab eo scripto et subscripto sub die 29. Julii 1729, quod pariter exhibetur.

Scribentes pro Comite Virgilio Patre instante pro declaratione nullitatis matrimonii, fundamentum constituunt in eo, quod parochus nec vidit, nec videre poterat ob deficientiam luminis in cubiculo personam sponsae, minusque signa et nutus contrahentium, nec audivit verba ejusdem, prout nec audiverunt duo testes ad id vocati; hinc inferentes, haud servatam fuisse formam S. Concilii Tridentini, requirentis praesentiam parochi et testium, non physicam seu materialem, sed moralem humano modo, ut possint scilicet testificare de matrimonio actualiter et de facto contracto, ut explicavit S. Congregatio super dubiis matrimoniorum 7. Martii 1700. Hoc sane testimonium nec testes, nec parochus perhibere valent in casu, de quo agitur, quia consensum sponsae non audiverunt; non obstante, quod parochus affectasset non audire, quia objectum procedere credunt, si parochus naturaliter intellexisset et studiose affectasset non intelligere; secus vero, quando revera non vidit nec audivit verba sponsae.

Defensores vero pro matrimonii validitate asserunt, illud perfici mutuo conjugum consensu coram parocho et testibus pandito, et quod ad ejus substantiam et validitatem non requirantur verba expressa, sed sufficiant signa aut nutus, aliive actus externi univoci ac internum animum et consensum indicantes. De consensu sponsae in praesenti clare constare dicunt, nedum ex supradictis verbis a se prolatis: »io piglio per marito Alessandro Ursini,« de quibus deponunt uterque conjux et sponsae fratres, sed etiam ex signis et factis antecedentibus, scilicet promissione matrimonii, tractatu de illud contrahendo, exploratione voluntatis ac publica denunciatione jam secuta; ex factis concomitantibus, videlicet ex accessu ipsius sponsae cum sponso ad Ecclesiam parochialem, appropinguatione ad parochum et istius retentione, ne fugeret; demum ex subsequentibus, nempe ex simultaneo egressu ab Ecclesia, accessu ad Terram Poli, cohabitatione in figura matrimonii et perseverantia et instantia insimul pro ejus validitate. Nec relevare putant, quod parochus et testes non audiverint verba sponsae; quia testes deponunt de factis et signis indicantibus illius consensum, nempe de simultanea appropinguatione oratorum ad parochum; parochus vero ex plena notitia antecedentis tractatus, prout ex sua depositione, statim cognovit, quod iidem sponsi matrimonium contrahere intendebant; hinc si revera agnovit et intellexit, quae coram ipso agebantur, ejus praesentia fuit moralis, qualis est, quando potuit intelligere, sed affectate non intellexit. Et in omnem casum concludunt, quod si aliqua superesset haesitatio, revocari posset consensus ad cautelam, stante perseverantia et mutuo conjugum desiderio. His stantibus quaeritur: An constet de validitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 28. Julii 1730 resp: »Renovetur consensus ad cautelam coram parocho et testibus juxta formam S. Concilii.«

12) Causa Neapolitana matrimonii. Gratia Montana, satellitis olim conjux et post ejus obitum addicta servitio Silverii Luciani, valde honesto loco nati in Neapolitana Curia causarum patroni, induxit sibi in animum, ut

fieret uxor Caesaris filii ejusdem Silverii. Itaque ineunte anno 1724 Caesar, quum vix decimum sextum aetatis annum attigisset, incusso a fratribus mulieris gravi metu, sponsalia iniit cum ea tunc annos habente triginita septem. Duobus circiter post mensibus ductus sub noctem diei 23. Aprilis fuit adolescens in domum parochi, ut cum ea femina matrimonium contraheret. Sed prudens incautum juvenem ita commonefecit, ut re infecta ambo discesserint. At die 13. Maji ejusdem anni 1724 Gratia M., quae sibi comites adjunxerat fratrem, sororem, aliasque mulieres infimae conditionis, Ecclesiam ingressa, dum parochus poenitentium confessiones exciperet, ex improviso ad ejus pedes provoluta cum homine, qui palliatus erat naso tenus, haec edidit verba: »Si parochiano chisto mi è marito.« Vicissim vero homo ille, haudquaquam explicato pallio, dixit: »Si parochiano è chesta mia moglieraa«; deindeque parochi objurgatione perterritus statim fugam arripuit. Hominem istum fuisse Caesarem Lucianum contendebat mulier. Id vero negabat Caesar. Quaestione circa id instituta in Archiepiscopali Curia, res Emmo Archiepiscopo visa fuit digna, quae hujus S. Congregationis defineretur judicio.

Parochus rem gestam illico exponens Curiae Archiepiscopali affirmavit, feminam quidem se tunc novisse, non sic tamen novisse hominem, cujus vix mediam faciem potuit aspicere, sed subjunxit: »Con tutto ciò non mi parve l'istesso Caesare Luciani«, cum quo sermonem habuerat viginti ante dies. Pluries rite interrogatae fuerunt binae illae mulierculae, quae dicebantur adhibitae tamquam testes matrimonii, itemque tres mulieres, quae forte per id temporis aderant in Ecclesiae. Sed tum in eorumdem testium, tum in aliorum, qui utrimque fuerant inducti, effatis tanta est varietas non solum circa verba in celebratione matrimonii prolata, sed etiam circa externa signa illius hominis, cum quo matrimonium initum fuit, aliasve circumstantias, ut veritas magnis obfusa tenebris videatur, praesertim cum memoratae feminae nec etiam in uno eodemque testimonio persistant, nec sibimet ipsis constiterint. Coram Promotore fiscali duae illae feminae, quae dicebantur testes matrimonii, recognoverunt Caesarem Lucianum positum inter alios duos juvenes. Sed hujusmodi recognitioni plura objiciuntur a Caesare ac illud potissimum, quod facta (ut oportebat) non fuerit inter similes. Quod vere multum ponderis videtur habere, est testimonium duorum fide dignorum asserentium, se illo ipso die, quo matrimonium initum fuit, vidisse in paterna domo Caesarem L. patri aegrotanti assidentem ab hora circiter decima usque ad decimam quintam, quum tamen parochus affirmet, matrimonium coram se in sua Ecclesia fuisse contractum circa duodecimam et semihoram. Porro ut Tridentinorum Patrum sanctioni ac menti satisfactum sit, oportere videtur, quod parochi ac testes, sive viderint vel aliter, sed tamen indubie, noverint contrahentes, ut certo possint testificari de matrimonio inter eos contracto, nam alioquin non evitarentur luctuosa illa pericula, quae ex clandestinis matrimoniis manantia avertere voluit S. Concilium, ut observant Theologi, quos inter Doctores aliqui pecalariter etiam agunt de sponsa faciem habente tectam velo.

Ad dubium, »an constet de matrimonio contracto inter Caesarem Lucianum et Gratiam Montanam, ejusque validitate?« S. Congregatio die 13. Junii 1733 respondit: Dilata ad secundam (scilicet sessionem) et ad mentem. In Congregatione altera die 19. Septembris 1733, quum eadem causa tractaretur, inter caetera proponebatur: »Addenda tamen est haec non levis circumstantia, quod scilicet, antequam contraheretur matrimonium, de quo agitur quaestio, non solum sponsalia Caesar cum ipsa Gratia inierat, sed etiam trina proclamatio de matrimonio inter eos celebrando facta fuerat in Ecclesia parochiali, cui subest femina.« Unde S. C. C. ad quaestionem supra relatam respondit: Negative.

13) Causa Baren. matrimonii, die 29. Augusti 1733. Julia della Corte, artificis filia et amoribus Josephi Calvani, fabri lignarii irretita, sub noctem diei 23. Augusti 1730 e paterna domo fugiens se recepit domum Josephi Trevisani, Metropolitanae Ecclesiae Archipresbyteri. Postero die idem Archipresbyter, accersito Josepho Calvano, egit cum ipso et Julia de matrimonio ineundo, in quod utriusque vota conveniebant, adstante ibidem quoque sacerdote Josepho Manca, cui commissum erat exercitium parochialis Officii in regione S. Scholasticae, itemque mutuos illos sermones audientibus duabus aliis feminis. Julia instituit judicium in Archiepiscopali Curia, contendens matrimonium tunc fuisse rite contractum, atque ita etiam fuit ab ea Curia per sententiam pronunciatum. Ab hac sententia provocavit Josephus Calvanus et in Sac. Congregatione videndum est, num res tunc gesta domi Archipresbyteri Trevisani vim habeat initi matrimonii, an vero duntaxat sponsaliorum. Tum et illud, an matrimonium, ubi etiam constet fuisse contractum, approbari tamquam legitimum validumque possit.

Testes in Archiepiscopali Curia ex juris formula interrogati sunt admodum varii ac discrepantes. Archipresbyter enim Trevisanus narrat, exploratam quidem fuisse mentem puellae et juvenis de nuptiis ineundis, et utrumque se magno earum desiderio teneri apparuisse, sed juvenem adjecisse conditionem dotis prius constituendae ac dilationis per annum ad matrimonium contrahendum. Manifeste itaque negat, matrimonium tunc reipsa fuisse confectum. Sacerdos Josephus Manca, qui asseritur parochus, ait, se non petiisse domum Archibresbyteri Trevisani, ut ibi assisteret matrimonio inter Juliam et Josephum Calvanum ineundo, sed ob aliam causam vocatum eo venisse. Refert etiam, non seipsum interrogasse puellam et juvenem, an conjuges esse velint, sed eos coram se fuisse interrogatos ab Archipresbytero Trevisano; sic enim inquit: »Il Signor arciprete interrogo Giuseppe Calvano ivi presente, se voleva Giulia della Corte per sua moglie, il quale rispose di sì, e poi seguitò ad interrogare Giulia della Corte, se voleva per marito Guiseppe Calvano, ed ella parimente rispose, di sì, il che avendo inteso io, ripresi modestamente il d. Signor arciprete Trevisani, dicendogli, che egli aveva fatto un matrimonio clandestino.« Ex aliis duabus feminis, quas adfuisse asseritur, altera sic testimonium dixit: »Incominciò (sc. archipresbyter Trevisanus) ad interrogare in questa maniera: Guiseppe non vuoi tu per legitima sposa Giulia la Corte? ed il medemo rispose di sì. E rivoltarsi poi a

Giulia disse: e tu Giulia non vuoi per legitimo spose Giuseppe Calvano? ad alla pure rispose, di sì, replicando esso Arciprete le medesime interrogazioni ben tre volte, alle quali sempre gli sposi rispose di sì. Altera vero affirmavit, puellam et juvenem fuisse interrogatos a sacerdote Josepho Manca his verbis: »Giuseppe levamo queste cose, spicciamola una volta, Giulia, che è fuggitta dalla sua casa, è qui presente, e però dice, se la vuoi o no per moglie, ed il d. Giuseppe rispose, certamente, che la voglio, sempre che ne farò, intese, le genti della mia casa, e mi daranno la dote promessa, e quando questa avevo, allora sarò pronto per sposarla, e rivoltosi poi detto Paroco Manca alla sudetta Giulia, le disse, et tu Giulia non vuoi per sposolo Giuseppe Calvano? e questa di si.« Sed adversus primam ex istis feminis, nempe Hippolitam Carfagnam a Calvano objicitur, eam audiendi sensu carere et absentem vere fuisse. Denique ipsa Julia della Corte in judiciario examine asseruit, tam se, quam Josephum Calvanum consensisse in matrimonium per verba de praesenti; sed utrumque fuisse interrogatum a sacerdote Josepho Manca. In alia autem testificatione, quam extra judicium edidit, affirmavit, interrogationes tunc fuisse factas, non ab eo sacerdote, sed ab Archipresbytero Trevisano. Josephus vero Calvanus subjici examini non potuit, quia in ecclesiasticum asylum confugit.

Exponendum modo superest, quaenam sit ratio dubitandi, an sacerdos Josephus Mancha parochi jure ac titulo praeditus esset erga contrahentes. In civitate Bario una tantum est parochia, cui praeest Ecclesia cathedralis. Sed ut animarum cura commodius possit exerceri in omnem gregem, parochia in sex regiones dividitur et unicuique regioni assignatur presbyter substitutus ad parochialia munia ibidem obeunda. At tres Canonici, qui alias hoc officio perfuncti sunt, testantur, administrari promiscue quibuslibet consuevisse Sacramenta a singulis illis, qui appellantur parochi substituti, excepto tamen matrimonio, cui juxta veterem morem is tantum assistit, qui destinatus est exercito curae in ea regione, in qua domicilium habet sponsa. Josephus Manca erat parochus substitutus pro regione S. Scholasticae et ipsemet sacerdos sic de se dixit in testificatione, quam penes Acta edidit: »Mì ritrovo presentamente parco substituto, e la mia propria parochia è nell' Ospedale, seu di S. Scholastica, distint questa però da gl' altri cinque rioni, o sano parochie.« Domus autem Archipresbyteri Trevisani in qua supponitur matrimonium fuisse contractum, sita est in alia diversa regione, quae nuncupatur regio Ecclesiae cathedralis, et in qua praefectus parochiali ministerio est sacerdos Natalis Sciacoviellus; in hac vero etiam regione habitabant Josephus Calvanus et Julia della Corte. Examinandum itaque proponitur: 1) an constet de contracto matrimonio? et quatenus affirmative 2) an constet de illius nullitate? et quatenus negative ad primum et affirmative ad secundum, 3) an constet de sponsalibus, ita ut Calvanus sit cogendus ad eorum executionem in casu etc.? S. C. C. resp.: Dilata et coadjuventur probationes juxta mentem.

Die 20. Martii 1734. S. Congregatio injungebat nova afferri documenta, quae rem magis planam facere in alterutram partem possent. Nimis quippe visum fuit ambiguum, num contrahentes ea mente fuerint, ut sponsalia

duntaxat, futuro tempore implenda inirent, an vero potius statim per verba utrimque prolata editumque mutuum assensum nuptiali vinculo sese obstringerent. Non parum itidem dubium visum est, an sacerdos Josephus Manca, coram quo Julia et Calvanus interrogati ab Archipresbytero Trevisano fuerunt, nuptias conciliare jure parochiali posset in civitatis regione diversa ab ea, in qua ille fungebatur munere parochi a Cathedrali Capitulo substituti. Quamobrem ad hoc certius cognoscendum, mandatum fuit in medium proferri litteras, quibus a Cathedrali Capitulo committi solet exercitium curae animarum diversis presbyteris pro diversis urbis regionibus. Doceri praeterea jussit Sac. Congregatio, quid circa rem hanc usitatum antea esset, investigando sc. ex ipsis parochialibus libris, an sacerdos, cui assignata esset cura animarum in certa civitatis parte peculiari nomine distincta, consuevisset indiscriminatim assistere matrimoniis, etiam initis in alia.

14) Causa Segnen. matrimonii, die 22. Septembris 1736. Detrectante Quirino Chiudinovich sponsalia, quae cum puella Clara Staniceo inierat, exequi, eadem Clara, ut suo honori, suaeque familiae decori, quem sub spe futuri matrimonii sibi a Quirino promissi graviter laeserat, ea meliori, qua posset, ratione consuleret, eumdem Quirinum primum coram Georgio Wolfgango Chiolich, Vicario generali, deindeque, eo utpote praefati Quirini consanguineo in suspectum allegato, coram Episcopo in jus vocavit, absolutoque adversus Quirinum processu, obtinuit sententiam, qua idem Episcopus sub diem 12. Decembris 1735 declaravit: »constare de sponsalibus etc. initis inter nobilem Quirinum Chiudinovich cum Clara Staniceo et consequenter eumdem Quirinum teneri et obligatum esse matrimonium in facie Ecclesiae celebrando sibi jungere Claram Staniceam, illatamque injuriam commutativa justitia reparare.« Ad impediendam sententiae hujus executionem memoratus Quirinus statim excepit, se antea die nempe 23. Novembris 1733 matrimonium cum alia puella, Catharina Lallich coram praefato Vicario generali et duobus testibus contraxisse, utque probaret, dictum matrimonium valide initum fuisse, praeter formale tam ipsius, quam dictae Catharinae examen, nec non judicialem Vicarii generalis depositionem, binos testes, quos matrimonio interfuisse asserebat, induxit, eorumque alter Georgius Uragnavin hanc facti seriem recensuit; »In primis ivit Quirinus Chiudinovich ad Vicarium medio circiter quadrante horae ante nos, dein Petrus Lallich, Catharina Lallich, postea ego, et sic intravimus cubiculum, ingruente nocte, sicque dum fuissemus ingressi, apprehendit Quirinus Chiudinovich manu Catharinam Lallich et genuflexi coram D. Vicario sedente in lecto, dum ingressi sumus, dixerunt flectentes hanc formulam: »Quirinus«: ego accipio Catharinam Lallich pro mea conjuge; et »Catharina dixit«: Ego accipio Quirinum pro meo legitimo conjuge; quibus auditis D. Vicarius coepit loqui: »Quomodo hoc? Quid hoc? hoc non potest esse, hoc matrimonium non valet, subjungens: »Ego non audivi formulam«; ad quae replicarunt formulam clarius dicendo: »Ego accipio Catharinam in uxorem«; Catharina dixit: »ego accipio Quirinum pro marito«; ad quae iterum D. Vicarius generalis coepit loqui: »Quomodo hoc? quod istud matrimonium non valeat«, et amplius non dixit, se

non audivisse. Post haec ego discessi; Quirinus autem et Lallich remanserunt loquentes cum Vicario. Alter vero, nomine Petrus Lallich in haec verba deposuit: »Eram rogatus a mea sorore et Quirino, ut irem actum testem matrimonii, quod intendunt facere, sicque ivimus inprimis ego et Quirinus, mea soror et D. Georgius Uragnavin in cubiculum D. Vicarii, ibique coram nobis accepit Quirinus Chiudinovich meam sororem per manum, procidentes ambo ad genua, dixit, se illam accipere pro sua legitima conjuge; similiter et mea soror dixit, accipere se pro suo legitimo conjuge Quirinum Chiudinovich; quibus D. Vicarius incoepit contrariari huic matrimonii haud valido futuro, et ultimatim se non audivisse; ad quae iterum Quirinus Chiudinovich dixit clariori voce, accipere se pro vera uxore sororem meam Catharinam, et illa similiter, se accipere Quirinum praefatum pro suo marito etc. Post haec mea soror et Georgius Uragnavin abierunt; dein paulo post ego et Quirinus Chiudinovich.

Quoniam vero Vicarius generalis rite interrogatus ita respondit: »Dum sese D. Quirinus Chiudinovich et D. Catharina Lallich unus erga alterum disponerent, conjiciens, eosdem contractum forte matrimonialem temerarie attentare velle, me data opera ad murum vertebam, obstupendo, increpando, protestando, sicque affectabam non intelligere, quid loquantur, et quid agant, non advertere, prout revera in tali reluctatione mutuum consensum non intellexi, neque etiam mutuam manuum strictionem, ut in articulo, adverti ob mensulam intermediam, quantumvis aliquid dicentes »genuflectente D. Catharina et ad genua prono, ut mihi tunc videbatur, D. Quirino observaverim«; atque infra subjunxit: »Recordor me haec dixisse: Nihil volo audire, nihilque esse hujusmodi contractus matrimoniales, atque plane turpissimum, nobilem virum hac temeraria via matrimonium quaerere in contemptum judicii adhuc pendentis«; idcirco exorta controversia, num praefatus Vicarius generalis asserto matrimonio ita moraliter praesens fuisset, ut illud valide initum dici posset, idem Episcopus semel atque iterum convocato suo Consistorio controversiam hanc dirimendam proposuit, subindeque: »attenta informatione et relatione Vicarii generalis relativa ad binos juratos testes Petrum Lallich et Georgium Uragnavin, nec non eorumdem confrontatione in actu Consistorii facta, nempe quod Quirinum Chiudinovich et Catharinam Lallich cum praefatis testibus coram se ex improviso comparentes in proprio cubiculo eosdem in finem contrahendi matrimonii advenisse intellexerit, dispositionem unius ex assertis sponsis erga alterum, extensionem mutuam manuum, genuflexionem et locutionem advertit, quamvis, quid locuti sint, non intellexerit ex affectatione et perturbatione assertis, quodque eosdem acriter increpuerit, quod contra Concilii formam matrimonium attentare praesumant, in spretum pendentis judicii etc. de Consistorii sui voto pro validitate matrimonii inter eosdem Quirinum Chiudinovich et Catharinam Lallich pronunciavit.« Porro memorata Clara, quae interjecta adversus enunciatam sententiam appellatione ad Supremum hoc Tribunal statim recursum habuit, hodie, praemissa duplici juris communis censura, altera nempe, quod matrimonium, quando de illius foedere agitur, debeat concludenter probari, ad differentiam casus, in quo de matrimonio disceptari contingat ad effectum legitimitatis prolis, successionis vel

alimentorum praestationis, uti distinguendo tradunt DD.; altera vero, quod matrimonium occulte contra formam a sacrosancta Tridentina Synodo praescriptam initum, utpote non favorabile, sed summopere odiosum et a sacris canonibus improbatum ex depositione testium, qui vel alteri vel utrique sponso sint sanguine conjuncti, atque ex facti circumstantiis quoquo modo suspecti, nequeat demonstrari, secundum ea, quae ad rem notant DD. et Rota autumat: ex depositione dictorum testium haud satis constare, quod Quirinus assertum matrimonium cum saepedicta Catharina inierit; tum quia res est de matrimonio, quod contra praescriptum Sacri Concilii Tridentini et Episcopi interdictum a praefato Quirino contractum fuisset, ut nuptias, quas cum Clara juxta Episcopi sententiam inire obstringebatur, eluderet; tum etiam quia idem matrimonium in consueto matrimoniorum libro descriptum non reperitur, sed de eo duntaxat deponunt Georgius Uragnavin, Petrus Lallich, nec non Vicarius generalis; non solum sunt Catharinae Lallich et Quirino sanguine conjuncti, atque ob commodum, quod ex dicto matrimonio eidem Catharinae obvenit, plurimum suspecti, verum etiam in enarranda praemissa facti serie inter se non parum discordes, uti ex eorum depositione emergere asseritur.

Posito autem, quod saepedictus Quirinus controversum matrimonium inierit, validum non fuisse sub fundamento, quod Vicarius generalis in suo examine constanter fassus est, se haud intellexisse mutuum consensum; et quamvis communiter receptum sit, matrimonii validitati non obstare, si parochus mutuum contrahentium consensum non intelligere affectat, juxta resolutiones ab hac Sac. Congregatione editas in una Giennen. Sarzanen. Patavina. Tolentina. Venetiarum: attamen propugnat, id locum sibi vindicare in casu, quo parochus, non obstante sua affectatione, consensum ex verbis vel signis percipiat, secus autem ubi reipsa nec verba intellexerit, nec viderit signa, uti explicant DD. At num istis DD. consonet sententia Sacrae hujus Congregationis, conjici potest ex resolutionibus editis in Romana matrimonii 2. Junii et 24. Julii 1696 et in alia Romana matrimonii, 6. Augusti 1721, in Amerina matrimonii 14. Junii 1715 et in Caesenaten. matrimonii 20. Octob. 1716.

Circa quaestionem hanc Episcopus in accurata sua relatione sic habet: »Pertaesus molestiarum, quibus afficiebar etc., iterum proposui dubium, utrum constet de morali praesentia Vicarii in ordine ad matrimonii hujus validitatem et Consistoriales omnes etc. affirmative censuerunt etc. Constitit siquidem, illum intellexisse finem, in quem coram se adstabant Quirinus et Catharina, nempe matrimonii contrahendi, successive vidisse genuflectentes, manus mutuo offerentes et postremo utrumque acriter objurgasse, quod indiguo plane nobilibus personis more matrimonium inire praesumant. Quibus omnibus in unum cumulatis, satis probata mihi visa est moralis praesentia Vicarii ad differentiam somno sopiti aut ebriosi, cujus physica interessentia et materialis nihil confert ad valorem matrimonii; in nostro siquidem casu matrimonii propositionem intellexisse, conspexisse dispositiones, postremo advertisse animum ad id, quod agebatur, fatetur Vicarius, quandoquidem de eo, quod egerint, vehementer sponsos increpuerit, quod sane non fecisset, nisi, quid coram se actum fuerit, probe intel-

lexisset. Neque obstare videbatur assertio, se consensum mutuum non intellexisse, quandoquidem antecedentia, concomitantia et consequentia a se ipso confessa id refellant, neque constet, aures obturasse, aut tantam fuisse animi perturbationem, ut, qui propositionem matrimonii, genuflexionem, porrectionem manuum tam clare advertit, is idem patulis auribus in angustissimo cubiculo deprehensus consensum bis repetitum nullatenus perceperit, et tamen (quod plane assequi non poteram) utrique sponso exprobraverit indignam hanc matrimonii ineundi methodum.« Omnibus itaque perpensis decidendum erit: »An constet de validitate matrimonii in casu etc.?

Die 17. Novemb. 1736. Cum in hujus causae propositione animadversum fuerit, quod Episcopus Segnensis binas alias Ecclesias administret Modrusiensem sc et Corbaviensem, quodque non satis constaret, num Georgius Wolfgangus Chiolich sit Vicarius generalis Dioecesis Segniensis, vel alterius ex dictis aliis Ecclesis, nec non dubitatum fuerit, an idem Georgius tamquam Vicarius generalis Segniensis potuerit asserto matrimonio inter Quirinum Chiudinovich et Catharinam Lallich inito, attenta praesertim Episcopi inhibitione, interesse: idcirco iis, quae in utramque partem exposita sunt, duo in facto praestat adjicere, alterum, quod memoratus Georgius se simpliciter inscribit Vicarium generalem, in civitate Segniensi residet, eumque Episcopus in Vicarium suum generalem nuncupat absque ullo dioecesis additamento, uti constat ex documentis, quae hinc inde allata sunt; alterum vero, quod Episcopus non Vicario generali, ut suppositum fuit, sed parocho Segniensi, totique Capitulo Cathedralis Ecclesiae, interdixerat, ne eorum quisquam auderet conciliare nuptias, quas forte dictus Quirinus in contemtum judicii pendentis et detrimentum Clarae Staniceo, cum qua sponsalia contraxerat, posset cum alia attentare, quodque id sub poena duntaxat excommunicationis, non autem nullitatis matrimonii prohibuerat, quemadmodum constat ex relatione, quam idem Episcopus ad Sac. Congregationem transmisit; et tamen in hac materia id peculiare habetur, quod, ut matrimonium initum etiam contra Summi Pontificis inhibitionem sit invalidum, non sufficit simplex probibitio, sed expressa et specificia matrimonii contrahendi irritatio requiritur. In jure autem permittendum est, quod Vicarius generalis aeque ac contrahentium parochus ex proprio officio et facultate sibi a Concilio Tridentino tradita (cap. 1. Sess. 24. de ref. mat.) potest absque speciali Episcopi commissione matrimoniorum celebrationi interesse, aliique simplici sacerdoti licentiam illis assistendi concedere, juxta communem sententiam, quae constat tum ex rescripto Sac. Congregationis sub diem 4. Julii 1602 in causa quadam matrimoniali, in haec verba edito: »Sac. Congregatio censuit, coram Vicario generali Episcopi matrimonium contrahi posse perinde ac coram parocho«, tum ex altero emanato in Taurinen. matrimonii 26. Septemb. 1697, promota enim ibi quaestione, num matrimonium inter Principem Carolum Philippum ex Marchionibus Brandenburgensibus et Mariam Catharinam Balbianam Comitissam de Salmur initum coram Vicario Generali validum esset, responsum fuit: Affirmative. Hoc enim praemisso fit manifestum, quod Episcopus Segniensis, sicuti non poterat sub poena nullitatis proprio contrahentium parocho interdicere,

ne controverso matrimonio assisteret, juxta resolutionem S. Congreg. in Savonen. 2. Martii 1593: ita id Vicario generali prohibere nequivit, ideoque illius interdictum matrimonium praefatum minime irritavit, cum impedimenta matrimonium dirimentia statuere, eaque sub nullitatis poena interdicere Summo Pontifici est reservatum; sed id duntaxat efficit, ut idem matrimonium, utpote contra Episcopi inhibitionem celebratum illicitum fuerit, proindeque illud contrahentibus, non obstante memorato interdicto, debeat salutaris poenitentia ob contemptum Judicis ecclesiastici injungi, quemadmodum per textus expressos in cap. litterae et cap. ex litteris, de matrim. contr. cont. interd. docent DD. et firmavit Rota. Postremo ad decisionem praemissae difficultatis conferre posse videtur resolutio ab hac S. Congregatione edita in Pistorien. (§. 220). Quaeritur itaque: an constet etc. ut supra? Sacra Congregatio Concilii respondit: Affirmative.

15) Causa Neritonen. matrimonii, die 24. Maji 1738. Vincentius Papa e Terra Casarani oriundus, civis vero oppidi Taviani, ut sponsalia cum Maria Greco concive sua primum inita posset eludere, testimoniales litteras, ut ajunt, status liberi a ministris Episcopalis Curiae sibi tradi postulavit, matrimonium alia cum muliere celebraturus; id autem cum agnoverit Maria Greco, cujus honor a Vincentio sub spe futuri matrimonii fuerat laesus, in jus vocato eodem Vincentio coram praefata Episcopali Curia, sententiam obtinuit definitivam, qua declaratum est, constare de validitate dictorum sponsalium. At huic sententiae non acquiescens Vincentius ad Sanct. Sedem interposuit appellationem, receptaque copia processus in Episcopali Curia confecti e dicto oppido Taviani discedens ad Almam hanc Urbem venit, cumque hic pariter contrariam passus fuerit sententiam, Neapolim se contulit, ac diu postmodum varia per loca vagatus tandem in oppidum Matini sese recipiens studuit primum modo multiplici promissione et modo minis praefatam Mariam Greco inducere, ut juri suo super controversa sponsalium promissione renunciaret, quod tamen cum assequi prorsus diffideret, demum statuit puellam Carminam Legitimo e memorata Terra Casarani sibi in uxorem adjungere.

Eam itaque deliberationem impleturus mane die 21. Junii 1735 parochialem adiit Ecclesiam Terrae Matini, ubi apprehensa manu Carminae Legitimo, arreptaque veste Archipresbyteri dictae Ecclesiae ex improviso vocati ac fugere nitentis coram pluribus personis ex condicto Vincentii eo confluxis, aliisque ibi fortuito adstantibus haec protulit verba: »Questa è moglie mia;« Carmina vicissim respondente: »Questo è mio marito.« Quibus ita secutis Archipresbyter, dum eorum notitiam Vicario foraneo tunc temporis ab oppido Matini absenti deferre nequivit, consilium coepit, instandi apud Praesidem ejusdem oppidi, ut Carminam aeque ac Vincentium carceribus mancipari praeciperet, deindeque sub eademmet die 21. Junii 1735 litteras Episcopo dedit, quibus rei gestae seriem in haec verba recensuit: »Do la notizia etc. come, finita la Messa cantata di questa mattina, nell' uscire, che io feci da Sacrastia, fui dentro questa mia parocchiale arrestato dal Dottor Fisico Vincenzo Papa, quale verso di me con due femine forastiere, una vecchia, e l'altra giovine veniva pensando di far matri-

monio clandestino, in proferir però che fece la prima parola detto Papa, incominciai a fuggire, e dire sempre gridando, che volete da me, andate via, caricandolo di più parole ingiuriose, ed a tutta la gente, che convenuta s'era con l'intelligenza d'esso per esser presente et a quell' altro, che concorreva alle mie voci, e gridi, dateli, io diceva, cavatelo di chiesa dateli, e non fù poco ad uscirmene da detta mia parocchia per la molta violenza, che faceva a rattenermi detto Papa, ciò succeduto, me ne andai da casa dal Signor Vicario foraneo, e non ritrovandolo per esser fuori, mi portai dal Signor Marchese e Governatore per farlo arrestare nomine Curiae alle Carceri Marchionali, e mi fù risposto, non esserci questo bisogno, perchè essendo inquisito da Taviani sua patria, e restando rifuggiato in Matino, non saria per andare in veruna parte.«

Episcopus hoc accepto nuntio tam Vincentium, quam Carminam ob attentatum istud clandestinum matrimonium majori excommunicatione innodatos declaravit, affixis adversus utrumque assertum conjugem cedulonibus, subinde vero ejusdem matrimonii validitatem impugnant tam Promotore Fiscali Episcopalis Curiae, quam antedicta Maria Greco, non solum ex eo, quod Archipresbyter verba, quibus Carmina suum expressit consensum, non intellexerit, verum etiam ex eo, quod Vincentius ad oppidum Matini se contulerit causa attentandi hoc matrimonium in fraudem atque perniciem ipsius Mariae Greco, adeoque praefatus Archipresbyter dici nequiret proprius Vincentii parochus, demandatum fuit ab Episcopo, ut idem Archipresbyter formali examini subjiceretur.

Hic igitur coram Notario constitutus in responsis praesertim datis ad interrogationem super articulo 9. primum ait: »È vero, che li 21. Giugno del corrente anno notiziai a Monsignor Illustrissimo il fatto seguito del matrimonio attentato tra il detto Fisico Vincenzo Papa di Taviano abitante da circa quattr' anni in Matino con una Donna di Casavano etc. E perchè la notizia sudetta data fu da me fatta in instanti offuscato di memoria per l'orridezza del fatto, e volendomi scaricare d'ogni scrupulo di coscienza stante la notizia sudetta fu secca, priego V. S. anche a leggermela per vedere ed osservare, se veramente è cosi per quietarmi la coscienza;« deindeque lecta sibi memorata epistola confirmans, quidquid in ea continebatur, subdidit: »Devo nella medesima aggiungere qualche cosa per scrupolo di mia coscienza, che la mattina 21 de Giugno del corrente anno, mentre uscivo dalla Sacrestia della mia chiesa parochiale di Matino, fui arrestato dal detto Fisico Vincenzo Papa, quale mi disse: Sig. Arciprete famma grazia; et io credendo, che voleva entrare in Sacrestia con quelle due Donne, che dietro se portava, gli risposi: Padron; e detto Vincenzo Papa afferando per mano la Giovane di quelle due Donne che poi seppè che erano di Casavano, e si chiavama la Giovane afferata Carmina Legitimo, disse detto Fisico Papa: Sig. Arciprete, questa è moglie mia; ed io a sentire, come intesii queste parole proferite da detto Fisico Papa prima di proferire tutta la parola, mia, io gli diedi una spinta caricandolo di molte parole ingiuriose, chiamandolo scommunicatore, e mi posi a fuggire, e detto Vincenzo Papa mi afferrò per sottana dalla parte di dietro, dicendomi: non occorre altro, te l'ho detto Sig. Arciprete questa è moglie

mia, fermati Sig. Arciprete, fermati, proferendo più fiate questa è moglie mia; la detta Carmina Legitimo disse ancora, e parlava verso di me dalla parte di dietro, tenendomi afferrato per sottana, ma perchè io mi atturai l'orecchie colle dita delle mani per non intenderla, non intesi distinte le parole, che proferiva detta Carmina, ma solamente il mormorio della sua voce; mi fu detto poi da D. Lazzaro Toma, ed altri, che erano presenti al fatto, che detta Carmina, quando gridava, a me avesse detto: Questo è mio marito, e con queste gridate, e contrasti scappai, fugendo dalle mani di detto Vincenzo Papa.« E contra vero quatuor testes a Vincentio et Carmina validitatem matrimonii propugnantibus inducti nedum asseruerunt, se audivisse dictam mulierem proferentem haec verba: Questo è mio marito, sed insuper addidere, Archipresbyterum aures sibi non obturasse, quin vero ex verbis et signis utriusque sponsi consensum potuisse optime ab illo percipi, publicam asserentes eo in oppido famam invaluisse, quod reipsa mulieris quoque verba Archipresbyter intellexerit.

Praeterea memoratus Vincentius ad excludendam oppositam exceptionem, quod Archipresbyter Matini non esset suus parochus, plura attulit documenta, quibus putat evinci, se domicilium in dicto oppido contraxisse, praesertim vero cum testes a se inducti in formali examine deposuerint: a) quod ipse spatio sex circiter annorum traxerit moram in oppido Matini; b) quod fuerit ab Universitate ejusdem oppidi in medicum ordinarium consueto sub stipendio per triennium conductus; c) aedes ibi retinuerit ita instructas, ut inter cives saepedicti oppidi fuerit annumeratus, nec Paschali tantum praecepto annuae Communionis eo in loco satisfecerit, verum etiam illius communitatis onera sustinuerit; et d) demum, quod bona in Terra Taviani cum sororibus in communi possessa diviserit, satagens postea illorum portionem, quae sibi contigit, alienare, ita quidem, ut ob haec e numero civium illius Terrae fuerit deletus.

Nomine autem Mariae Greco ac Promotoris Fiscalis, qui contendunt, Vincentium domicilii jura in oppido Matini nactum non fuisse, proindeque controversum matrimonium veluti ab ipso coram non proprio parocho celebratum haud posse validum reputari, alii quidam testes inducti fuere inter caetera deponentes, quod dictus Vincentius in oppido Matini sese recepit: »sì per sicurezza della sua persona sotto la protezzione di quel Marchese, sì ancora, che detta Terra di Matino è poco distante da Taviano, dove tiene la sua casa;« quod in eodem Matini oppido »non aprì casa propria, ma stiede per poco tempo in casa di Lionardo Lezzi, e poi in casa di Silvestro Dimo dell' istessa Terra di Matino;« quod praeterea »nel tempo, che e stato in Matino sempre da Taviano, l'è stato mandato tutto, quanto il bisogne vole per mangiare, e anche le biancherie, come ancora la legna e acqua, e questo dalle sue sorelle, le quali hanno l'amministrazione delle loro robbe communi.« Bona autem, quae in communi possidet, cum sororibus ad instantiam Catharinae alterius ex dictis sororibus diviserit, sed numquam de ipsorum alienatione cogitaverit, minusque ut pretium inde retrahendum investiret »in altri luoghi, e specialmente nella Terra di

Matino,« et demum, quodsi aliquando dictus Vincentius potuisset cum praefata Maria Greco concordiam inire, »sarebbe venuto certamente in Taviano sua patria per esercitare la sua professione di medico, come in effetto publicamente si disse, che l'anno passato venirebbe lui à medicare in Taviano a causa, che il medico ordinario di Capoa non lo volevano, ciò però non sorti a cagione, che detto Fisico Papa non li sorti di aggiustare la parto.«

Ex ômnibus itaque testibus hinc inde productis ac examinatis, completo Processu, Vicarius generalis, coram quo lis fuerat instructa, satius duxit, se a proferenda sententia super validitate aut nullitate hujus matrimonii abstinere, decrevitque, ut Partes Sacrum hunc adirent Consessum. Quocirca ad preces saepedicti Vincentii petentis, validum declarari matrimonium a se cum Carmina initum, auditus de more fuit Episcopus, qui comprobata rerum gestarum serie hactenus descripta et summatim recensitis juribus nomine praefati Vincentii coram suo Vicario generali allatis, ea, quae pro evincenda matrimonii validitate proponebantur, hisce verbis exposuit: »Mariae patronus autumat, matrimonium attentatum esse nullum, quia mulier ignota esset parocho et testibus, qui certam Ecclesiam reddere non potuerint, nec post matrimonium cognovere; nam examinati ignotam fassi sunt et confrontatio ad juris formam impleta non est; parochi praesentia physica, non moralis fuit; nam consensus non audivit, nec signa animadvertere quivit, nec testium depositione de affectatione convincitur; testes enim ad Fisci instantiam examinati hoc non probant, etsi ad instantiam Partis longe diverse deponant et varii sint, vel corrupti vel subornati sunt dicendi. Parochus non audivisse deponit, ei fides est adhibenda. Testes enim de sensu alièno deponere non possunt, nec signa sufficiunt, ubi verba exprimi possunt, intellectio a Concilio praescribitur, non comprehensio. Parochus neutrius est proprius. Vincentii mora quantumvis longa non est sufficiens ad domicilium adipiscendum. Matinum confugii causa se recepit, a Taviano abesse in animo non est, inde victui necessaria mittuntur et conatus vendendi bona fallax est. Sponsalia copula firmata dirimi non possunt sequenti matrimonio rato, praecipue ubi natalium disparitas non intercedit. Et denique ad aures mihi detulit, si pro matrimonii validitate mea sententia esset, scirem a Mariae conjunctis Vincentium de medio tolli etiam statutum, ne de ipsorum dedecore jactare ulterius posset; et demum ita concludit: His ad trutinam positis, undique difficilis exitus emergebat, nam pro validitate statuere irrogabatur Mariae injuria et Vincentio necis periculum imminebat, viaque aperiebatur imposterum matrimoniis clandestinis, nullumque dicere, quamvis Carminae praejudicium non esset, tamen quam plurimae rationes impellebant. His ambagibus partes EE. VV. adire existimavi, quibus et potior cognitio est et latior potestas.«

Post receptam hanc relationem datae fuerunt eidem Episcopo novae litterae, ut congruum terminum praefigeret Mariae Greco ad deducendum jura sua in S. Congregatione, cumque dicto termino jam praefinito ac dudum elapso nemo hactenus praefatae Mariae nomine comparuerit, enixe rogat saepedictus Vincentius, qui interea temporis tam pro se quam pro Carmina Legi-

timo asserta uxore sua pluries a memorata excommunicatione obtinuit absolvi cum reincidentia, ut dubium infra describendum decidatur.

Porro cum ejus definitio pendere potissimum videatur a duplici praemissa inspectione, num sc. parochus ex verbis aut signis intellexerit utriusque contrahentis consensum et an Archipresbyter Matini esset, nec ne, proprius Vincentii parochus, praeter ea, quae super simili controversia quoad priorem articulum adnotata fuere in caus. Segnen. matrimonii, ad eamdem conferre potest resolutio edita in Sarzanen. matrimonii.« Quod vero attinet ad alteram quaestionem, prae oculis habenda sunt ea canonici juris principia, de quibus late disserunt DD. concludentes, proprium parochum ad effectum matrimonii ineundi eum esse, in cujus paroecia alter ex sponsis aliquo temporis spatio fuerit commoratus, licet ex ejusmodi habitatione nullum ibi contraxerit domicilium. Quaeritur itaque: »An constet de validitate matrimonii in casu etc.?« Sacra Congregatio Concilii die 14. Junii 1738 respondit: Affirmative et amplius.

16) Causa Neapolitana matrimonii, die 6. Maji 1741. Ad preces Gerardi Piccolominei hodierni Principis de Valle rogantis declarari, nullo se neque sponsalium neque matrimonii vinculo cum Rosaria Papi devinctum esse, causa descripta fuit in folio die 17. Decemb. 1740 in hunc modum: Exoptans Rosaria Papi inire nuptias, quas sub diem 29. Aprilis 1720 Carolo Maccaro promiserat, Archiepiscopalem adiit Curiam, ut testimoniales litteras sui status liberi obtineret; iis vero denegatis sub fundamento, quod illa non sponsalium modo sed vinculo matrimonii sub diem 12. Februarii 1720 coram parocho S. Mariae ad Nives cum Gerardo Piccolomineo secundo-genito Principis de Valle contracti obstricta reperiretur, curavit primum sibi ab eodem Gerardo concedi licentiam nubendi, cui ipsa mallet, deindeque supplicem Summo Pontifici porrexit libellum, quo post recensitam seriem dicti matrimonii inter ipsam et d. Gerardum attentati illa subdidit: »E perchè sotto li 12 del detto mese di Febbraro sì dall' oratrice, che dal detto Cavaliere si attentò per l'effettuaziono di un tal matrimonio, portandosi ambi due nella chiesa parochiale di detto paroco, qual contratto restò ineffettuato a causa, che il medesimo stava solennemente celebrando, e perchè ancora terminata la Messa il medemo paroco a bello studio ritirosi convenendogli ad ambi due partire da detta chiesa senza avere potuto ottenere il loro fine, che però risaputosi dal Principe di Valle, Padre del detto commesso attentato procurò per mezzo regio, che l'Oratrice restasse assicurata in un monastero, ed il Cavaliere nel Castello di S. Elmo. In questo stato di cose l'oratrice ritornata in se stessa, e conscia della disparità di questo attentato matrimonio, che s' era ideato contrarre col suddetto Cavaliere, ha procurato potersi accusare con altro suo pari, e fatt' instanza nella Curia Arcivescovile per la fede del suo stato libero, dopo lunghi strappazi gli fu quella denegata, per il che fu costretta riccorrere alla S. C. del Concilio, e non avendo potuto ottenere il suo intento, e perchè una tale tardanza resta apportando molto pregiudizio alla medema, prostrata a piedi delle S. V. ossequiosamente la supplica, che restino ricevute le sue giuste istanze nella detta S. Congregazione

del Concilio, nella quale debba considerarsi, che l'attentato fatto non restò adempito con il necessario spiego della loro volontà alla presenza del paroco, che ne fuggì un tale incontro, come dal medesimo per verità si attesta; e non restando questo che puri sponsali li medesimi di già ne restarono disciolti per la ritrattazione, fattasi sì dall' oratrice, che dal Cavaliere.« Libellus iste fuit tunc temporis ad hunc S. Senatum remissus, cum eidem paucos ante menses fuissent jam exhibitae preces nomine praefati Gerardi, supplicantis declarari, se nullo neque sponsalium neque matrimonii vinculo cum dicta Rosaria devinctum esse; rogatus proinde cl. m. Cardinalis Pignatellus tunc Archiepiscopus Neapolitanus S. Congregationem de tota rei gestae serie certiorem reddere, suique animi sententiam aperire, duo prae caeteris notatu digna in litteris sub die 29. Maji 1723 ad EE. PP. datis recensuit.

Alterum sc. quod dictus parochus S. Mariae ad Nives, coram quo controversum matrimonium fuit attentatum, ad instantiam Principis de Valle sub diem 25. Februarii 1720 hanc emiserit declarationem: »Come li 12. Febbrajo del corrente 1720 nel mentre, che stavo celebrando Messa solenne, fui fatto avvisato dal chierico, come l'Illustrissimo Sig. D. Girardo Piccolomini era venuto in chiesa con Rosaria Papi per contrarre matrimonio contra ritum Ecclesiae, il che inteso da me, racomandando il fatto alle SS. Anime del Purgatorio, seguitai la S. Messa, alla quale assisterono in ginocchioni detto Sig. D. Girardo, e Rosaria senza dir cosa alcuna, sicchè appena terminata la S. Messa mi posi a fugire con tutta fretta in Sagrestia, e fatte serare le porte mi ritirai sopra una Congregazione eretta dentro la sudetta chiesa, ed in questo mentre detto Sig. D. Girardo e Rosaria non diedero passi alcuni, ne dissero alcuna parola, ma quasi storditi se ne siedero lungo spazio di tempo in chiesa, ne da me fu intesa parola alcuna proferita da detti Pretendenti.« Postmodum vero in alia declaratione ad preces Rosariae emissa protestatus fuerit, se dum completo Missae Sacrificio relictoque super altari calice Sacrarium versus festinanter procederet, ne matrimonio assistere cogeretur, haec duntaxat verba a Gerardo prolata audivisse: Sig. paroco, addens praeterea, priorem declarationem potius ob Principis reverentiam a se fuisse emissam, quam ut probaret (sunt verba relationis cl. m. Cardinalis Pignatelli), revera ita se rem habuisse. — Alterum vero est, quod nedum idem Gerardus, quum in arce S. Elmi, in quam fuerat post attentatum matrimonium conjectus, adhuc mancipatus reperiretur, apposite rogaverit sacerdotem Joannem Andretta, qui eamdem arcem una cum sacerdote Agnello fuerat ingressus, ut praefato Emmo Archiepiscopo significaret, se jam a quinque fere mensibus in carcerem detrusum miserrimam agere vitam ob matrimonium rite valideque cum Rosaria Papa coram proprio parocho et testibus celebratum, quin etiam eidem Archiepiscopo sub die 7. Februarii 1721 epistolam miserit, qua protestabatur, quamcumque declarationem a se antea editam, quod nempe ipse nusquam habuerit animum ineundi assertum matrimonium, nullo numero habendam esse, quippe quae per minas sibi a parentibus illatas fuerat extorta; verum etiam, quod saepedicta Rosaria in supplici quodam libello ei porrecto sub jurisjurandi religione affirmaverit, nonnisi per vim

ac dolum a parentibus Gerardi adhibitum se subsignasse declarationem quamdam latino idiomate exaratam, in qua scriptum fuerat, ipsam haudquaquam in actu matrimonii protulisse verba: »d'accettare il predetto Sig. D. Gerardo per suo legitimo sposo.«

His autem ex relatione Emmi Archiepiscopi acceptis ac una simul pluribus aliis documentis et attestationibus nomine Gerardi Piccolominei exhibitis s. m. Benedictus XIII. causae cognitionem delegavit Congregationi particulari, quae assumpto sub diem 29. Maji 1726 illius examine, rescripsit: »Dilata et examinentur parochus et testes formiter juxta instructionem,« in haec verba Emmo Archiepiscopo Neapolitano traditam: Primo: »ut E. V. transmittere dignetur secundam illam parochi attestationem seu declarationem, quam in ejus informatione data sub diem 29. Maji 1723 ad S. Congregationem Concilii ait sibi fuisse exhibitam.« Secundo: »ut E. V. vel per se ipsum vel per aliam personam sibi benevisam et a se subrogandam interroget Rosariam Papam super omnibus et singulis, quae contigerunt in matrimonio, quod supponitur contractum in facie Ecclesiae et coram parocho et testibus.« Tertio: »quod terminum praefigat eidem Rosariae ad comparendum et sua jura deducenda tam in isto Archiepiscopali Foro, quam in supradicta Congregatione a Sanctissimo deputata.« Quarto: »quod quatenus dicta Rosaria comparere nolit, aut non possit, Eminentia Vestra deputare non gravetur suum Promotorem Fiscalem aut aliam personam sibi benevisam, quae assistat juribus matrimonii et det testibus interrogatoria.« Quinto: »quod percurrere dignetur E. V. adjunctum summarium exhibitum in dicta Congregatione pro parte Gerardi de Piccolominibus, ut recognitis nominibus, tam parochi, quam testium, qui fecerunt attestationes extrajudiciales, parochum praedictum, et, si non omnes, saltem aliquos ex testibus examini subjiciat formali et sub interrogatoriis, uti supra dandis;« sexto: »quod si possibile est, aliquos testes ex officio examinet ultra inductos a Gerardo, ut veritas melius haberi possit;« et ultimo demum, »quod omnia Acta, ut supra compilata transmittere non dedignetur.«

Ad normam itaque hujus instructionis fuit in Curia Archiepiscopali Neapolitana judiciario subjectus examini antedictus parochus, qui totam controversi matrimonii historiam ita enarravit: »La mattina seguente il 12 del detto mese di Febbraro 1720 mentre stavo celebrando la Messa di Requiem fui avvisato, che erano già venuti li detti D. Girardo e Rosaria, e che stavano inginocchiati avanti l'altare. Qual avviso mi portò conturbazione d'animo, perchè considerai, che erano venuti per contrarre clandestinamente trà loro matrimonio, che da me la notte antecedente erasi procurato non farlo seguire; Raccomandatomi alle Sante Anime del Purgatorio, mi venne in pensiero farli sentire, che non mi avvessero disturbato, mentre dicevo Messa, perchè quella finita li avrei data tutta quella soddisfazione, che desideravano, qual finita lasciai il calice sull' altare, e pensai frettolosamente partirmi in Sagrestia, ivi chiudermi, e non far seguire il matrimonio trà loro, ma tutto conturbato, e tutto intento alla fuga, mi ricordo, che fui trattenuto dal detto D. Gerardo, con afferrare la mia Pianetta, ed io in vedermi trattenuto mi posi a gridare dicendo ad alta voce: Scomu-

nicati non ne voglio saper niente, e parole simili, ed in questo atto mi ricordo, che detto D. Gerardo parlò, ma quali precise parole dicesse, non mi ricordo, solamentemi ricordo, che disse: Signor paroco, e le altre, che disse, io non le intesi, perchè stavo disturbato e gridavo, e scappato dalle mani di D. Girardo subito con celerità feci chiudere la porta etc. Uscito poi da dentro della Sagrestia, da alcuni Marinari, i quali si erano ritrovati presenti in chiesa, mi fu riferito, che il D. Gerardo, dopo che io ero entrato in detta Sagrestia, ed avevo fatta chiudere la porta, era venuto appresso, e faceva violenza nella porta per aprirla.« Deinde vero in eodem examine circa 14 articulum interrogatus respondit: »Il detto Gerardo mi trattenne per la Pianetta, il quale parlò, e solamente intesi, come ho detto questa parola: Signor paroco, ma le altre non le intesi, ne intesi se la detta Rosaria anco avesse parlato, e detto avesse: e questo è mio sposo, o voglio per sposo, ne mi ricordo, che ciò mi avesse riferito;« ita insuper subdens: »e quantunque non avessi io inteso l'espresso loro consenso, dai fatti antecedenti, dal loro accesso fatto in detta mattina in mia chiesa, e da quel che fecero e dissero in mia presenza in quel modo, come sopra ho disposto, fatta matura riflessione sopra detto fatto, dopo alcuni giorni, giudicai, come giudico presentemente, che detti D. Gerardo e Rosaria in detta mattina tra loro contrassero valido il matrimonio, e sono stati, e sono veri marito e moglie, senza avere alcun riflesso a ciò, che mi fu riferito che espresso avessero il loro consenso per verba de praesenti, benchè da me non inteso, poichè, ancorchè dico, tal consenso non l'avessero espresso con parole, il fatto fu dimonstrativo ed espressivo del loro mutuo consenso di far trà loro de praesenti il matrimonio.« Plures itidem testes fuerunt examinati, sed omnes in eo convenere, quod ea duntaxat verba a Gerardo prolata: Signor paroco, Signor paroco audiverint, unus autem, Job Spenna, alter ex illis et parochi frater haec addidit: »Il detto mio fratello ricevuto l'aviso spicciò con molta fretta la Messa, e dopo finito l'Evangelio di S. Giovanni di fretta incominciò a calare dall' altare per andarsene in Sagrestia e li dd. D. Gerardo e Rosaria tenendosi l'uno con l'altro per la mano se li fecero avanti, e il detto paroco subito cominciò a gridare, ed udij, che il detto D. Gerardo disse: Signor paroco, Signor paroco, e mi avviddi, che così detto D. Gerardo, che la detta Rosaria Papa parlarono o dissero altre parole, le quali non potei udire distintamente; perchè quantunque udisse la voce di ambedue, non potei distinguere le loro parole per il gran rumore subito insorto in detta chiesa per le molte persone, che vi stavano ascoltando la S. Messa, e perciò io non potei distinguere l'altre parole, che furono dette da sudetti D. Gerardo e Rosaria; entrato in Sagrestia il paroco fece chiuder la porta, ed il d. D. Gerardo però rimasto in chiesa si mostrava molto adirato contro detto paroco, e la detta Rosaria mostravasi rammaricata e dolente, ed io che stavo presente udij, che detto D. Gerardo per consolarla li diceva: che hai? noi siamo già sposati, e dopo qualche tempo, perchè videro, che il paroco tardava ad uscire, a cui dimonstravano voler parlare, se n'andiedero via.«

Post confectum ejusmodi processum in hanc usque diem siluit causa.

Cum autem Sanctissimus D. N. (illius definitionem urgente Gerardo Piccolomineo) praevia avocatione a dicta Congregatione particulari, illam denuo sacro isti Consessui decidendam remiserit, quaeritur: »An constet de sponsalibus et matrimonio, vel potius sint concedendae litterae testimoniales super statu libero in casu etc.? S. C. C. die 17. Decembris 1740 resp.: Dilata et detur defensor matrimonii sumptibus instantis; nemine enim pro Rosaria comparente visum est, satis tuto non posse ad causae decisionem procedi, nisi dato matrimonii defensore, qui jura ipsius validitati suffragantia deduceret. Patronus itaque in hunc finem assumtus unum in jure, plura vero in facto ponderanda proponit. In jure sc. statutum utique esse, quod ad matrimonii validitatem physica tantum et materialis parochi testiumque praesentia non sufficiat, sed moralis requiratur, ita ut ab ipsis intelligi debeat mutuus consensus, quem uterque sponsus in matrimonium praestat juxta sententiam, quam hodie omnes sequuntur Canonistae, quamque reprobata opinione contraria tenendam jussit S. Congregatio in caus. Romana super dubiis matrim. 7. Martii 1700. At aeque decisum haberi, quod non ex verbis tantum, sed ex nutibus quoque, signis et actibus, qui matrimonii contractum antecedunt, comitantur et subsequuntur, tam parochus quam testes utriusque sponsi consensum percipere queant, et de illo reddi adeo certi, ut probe valeant sufficiens de inito matrimonio testimonium perhibere, quemadmodum tradunt DD. et plene comprobatur ex pluribus S. hujus Congregationis resolutionibus indicatis in Romana matrimonii 11. Februarii 1730. In facto autem ad ostendendum, satis ex nutibus, signis aliisque actibus mutuum sponsorum consensum fuisse a parocho et testibus intellectum, expendenda praesertim proponuntur ea, quae parochus in suo examine deposuit (cf. supra), itemque illa, quae asseruit sacerdos Molina, tertius ex testibus hisce verbis: »Come vidi, dimostrarono fermo e deliberato animo di contrarre matrimonio tra loro avanti detto paroco e testimonij per verba de praesenti vis et volo se l'avessero espresso con parole, non posso deponere, perchè udij solamente le parole: Signor paroco, Signor paroco; ma la mutua loro volontà, osia consenso necessario per la validità del matrimonio de praesenti, giudicai allora, come presentemente giudico, che l'avessero sufficientemente espresso coi fatti, e l'avrebbero espresso ancora colle parole, seppure non l'espressero, se non fossero stati impediti dal paroco colla fuga etc. Perchè loro determinatamente a questo effetto erano venuti la notte in casa del paroco, e questo loro accesso era noto nella mattina seguente a me, ed altri ivi presenti e l'essersi veduti di nuovo in chiesa nella detta mattina susseguente, ed unitamente portarsi ad inginocchiarsi avanti il paroco, come sogliono fare li sposi, uno a destra, si l'altra a sinistra, l'avere trattenuto il paroco per esprimere il loro mutuo consenso etc. mi han fatto sempre giudicare, che tra loro già contraessero matrimonio;« et tandem affirmata per sacerdotem Caputo quartum testem, qui ita respondit: »Io dalle cose antecedenti deposte giudico, che il suddetto D. Geraruo e detta Rosaria fossero venuti nella detta chiesa parochiale con animo resoluto e deliberato d contrarre tra di loro il matrimonio, come

anche giudicai dopo etc. sul fatto, che in verità fosse stato da loro contratto il matrimonio per quelli segni, e fatti intervenuti, come sopra ho deposto etc. e così per la presenza del paroco come de testimonj etc.« Ad haec morose legenda subjicitur jurata depositio Rosariae Papi, quae referens tam a se, quam a Gerardo prolata fuisse verba mutuum in matrimonium consensum palam explicantia, easdem ferme facti circumstantias enarrat a parocho et testibus recensias. Et demum non immerito considerandum exponitur id, quod cl. m. Cardin. Pignatellus t. t. Archiepiscopus Neapolitanus in epistola, qua de hoc matrimonio disserebat, hisce verbis apperuit: »In tanto consultatasi da me con Canonisti la materia, furono dà parere, che il matrimonio fosse valido, e dell' istesso fu anche Monsignor Nunzio, in cui unita alla virtù de sapere concorre una sì conosciuta rettitudine.« Quaeritur itaque: An constet (ut supra) etc. S. C. C. die 6. Maji 1741 resp.: Affirmative ad primam partem; et negative ad secundam et amplius.

17) Wir haben im §. 268 gesehen, daß sich Benedict XIV. zum Erweise dessen, quod validum sit matrimonium, si ipse parochus in causa sit, cur non viderit aut intellexerit, quia data opera nec videre nec percipere voluit, v. g. claudendo oculos, aures obstruendo, cum tamen hoc naturaliter potuisset, aeque ac alii testes, qui ad illum contractum adhibiti se vidisse ac percepisse fatentur, auf die Entscheidung der S. C. C. in causa Charthaginensi, welche am 14. März, 7. April und 22. September 1753 verhandelt wurde, berufe, die von ihm selbst genehmigt wurde. Dieser Rechtsfall ist folgender: Quum Didacus Archagna adolescens 19. annorum et praenobili genere natus deperiret puellam Melitonam Melendez, honestissimam quidem, sed filiam miseri fabri lignarii; non dubitavit, posthabito generis sui splendore, sponsalia cum illa contrahere, atque ut eam sibi connubio jungeret, postulavit, ut publicae denunciationes remitterentur. Quum autem id impetrare non potuisset, conspiratione facta cum parentibus et fratre sponsae, statuit parochum et testes decipere. Joannes Melendez, sponsae frater, advocavit testes, quibus obtrusit se ducere uxorem. Pater sponsae exploravit, num parochus domi suae esset. Convenerunt omnes in domum sponsae, et quum relatum fuisset, parochum domi esse, accesserunt ad eum circa septimam aut octavam noctis horam, ingressi obscurum cubiculum, in quo non aliud lumen erat, quam tenue illud, quod exmittebatur e lucerna, quae lucebat in alio sequenti cubiculo, in quo erat parochus, qui cum amicis suis sermones habebat. Melitona obducta erat peplo hispanico, seu ut dicitur mantiglia, ita ut impossibile esset, ut dignosceretur, quaenam esset, imo an vir esset, an femina. Vocatus parochus nomine Didaci Archagna, illico exiit e cubiculo, relictis amicis, rogavitque Didacum, quid vellet. Respondit ille: »Padre curato lei sia testimonio« et Melitonae manum apprehendit, ut parochus retulit vel ut testes matrimoniales habent, una parolina padre curato, una freddura padre curato. Suspicio illico injecta est parocho, Didacum velle matrimonium contrahere et clamavit, aures suas obstringens: non sento, che bricconeria è questa. Hoc strepitu parochi perterrefacti testes, Didacus, Melitona fugam arripuerunt; parochus fugientes insecutus arripuit Melitonam

peplo, sed illa dimisso peplo e manibus parochi elabi potuit, et porta aedium parochi egressa cursu pervenit ad Didacum, qui cum Melitona ejusque fratre Joanne atque uno ex tribus testibus matrimonii recta pergens ad pontem civitatis, apud quem reperto, quem pridem paraverat, equo, cum inscendit una cum Melitona omnesque Origuelam versus iter fecerunt. Sed quum in eam civitatem venire non possent, diverterunt in hospitium, in quo pluries ex nocte matrimonium consummarunt. Mane Origuelam perventi opem praesidiumque imploravit Didacus ab illius civitatis Episcopo et de matrimonii sui validitate Theologos consuluit.

Parochus dilapsa ab ejus manibus Melitona, dimisso, ut diximus, peplo, fugiente, pro tempore ipse refert cognovisse, eam esse feminam. Querelam illico detulit ad Vicarium Capitularem Sede tunc Episcopali vacante, in qua factum integre exposuit, feminam, negans agnovisse quam feminam esse tunc novit, quum peplum detractum fuit in actu ejus fugae, ac superveniens aedituus, audito Didaci nomine, statim conjecit, feminam fuisse Melitonam Melendez. Vicarius igitur decrevit, inquisitionem faciendam esse de Didaco, Melitona, testibus. Duo ex his sese in locum immunem receperunt; parentes Melitonae in carceres conjecti fuerunt. Nuntiatum est, Didacum, Melitonam, fratrem ejus et testem esse Origuelae; requisitus igitur fuit Vicarius generalis Origuelae, ut rei traderentur. Traditi fuerunt et in carceres conjecti. Constituti Didacus et Melitona fassi sunt, protulisse verba mutuum consensum exprimentia, matrimonium consummasse et se gessisse pro viro et uxore. Formiter quoque ter examinati fuerunt parentes et fratres Melitonae, parochus et testes, quorum duo sponte in carceribus sese constituerunt. Tandem lata fuit sententia in judicio et damnati fuerunt Didacus, Melitona ejusque parentes et frater. Appellavit ab hac sententia Melitona, sed appellatio in devolutivo tantum admissa fuit. Inceptum inde fuit judicium civile validitatis vel nullitatis matrimonii; Didacus enim declaravit, validitatem impugnare velle; iterum igitur repetiti fuerunt Didacus, Melitona, parentes et frater Melitonae, parochus et testes; neque id satis fuit, nam quinto hi omnes repetiti fuerunt, postulante defensore matrimonii.

Post longas moras sententiam tulit Curia ecclesiastica Chartaginensis, in qua pronunciavit, non constare de validitate matrimonii et damnavit Didacum ad dotem 500 ducatorum Melitonae solvendam. Appellavit ab hac sententia Melitona et judex a Nunciatura Apostolica datus, repetito sexto examine, sententiam tulit, qua revocavit priorem Episcopi Chartaginensis et censuit constare de validitate contracti matrimonii. Appellavit Didacus ad ipsum Nuntiaturae tribunal, a quo sententia lata fuit, qua, revocata sententia secundi judicis, confirmata fuit sententia Episcopi, nisi in ea parte, quae de dote est, quae aucta fuit ad 2000 ducatos. Appellavit iterum Melitona ad hoc sacrum tribunal, et quum causa nunc proponitur, urget ad probandum, matrimonium vere ea nocte contractum fuisse per verba mutuum consensum exprimentia, ut narrarunt Didacus, Melitona ejusque mater et frater actus omnes antecedentes, concomitantes et subsequentes, quos singulos diligenter expendit, quique ex hactenus relata historia facile possunt dignosci, neque ullam rationem habendam esse contendit

de testibus, quos subornatos et corruptos a consanguineis Didaci probare conatur. Ipsum judicem Chartaginensem accusat, ipsumque parochum.

Dubium est: An constet de validitate matrimonii? Responsum fuit: «Iterum proponatur et scribant duo Theologi et Canonistae pro veritate ex officio.« His igitur electis traditi fuerunt libelli hinc inde a partibus scripti, neve in causa diffusa a scopo aberrarent, propositum singulis fuit dubium sive quaestio, de qua consulebantur his verbis: »Quaeritur, an validum sit matrimonium contractum coram parocho, qui alterutrum ex contrahentibus identifice et in individuo non cognovit, nec cognoscere potuit vel propter noctem et obscuritatem loci, vel propter tegumentum, quo operiebatur, licet adhibuerit omnem diligentiam, ut cognosceret, etiam cum aliquali violentia, coram testibus et quamvis iidem testes ad matrimonium perducti scirent, quis ille esset, et parochus non simultanee, sed successive post factam Ordinario relationem ejusdem matrimonii certior factus fuerit de illius identitate ex subsecuta inquisitione?« Scripserunt itaque duo Theologi, scripserunt duo Canonistae. Theologus alter validum hoc matrimonium censuit, nullum vero illud esse responderunt alter Theologus et duo Canonistae. Sac. Congregatio denique respondit affirmative pro validitate matrimonii attentis facti circumstantiis in casu, de quo agitur (vergl. auch §. 337 die causa Montis Castelli vom Jahre 1778 in der Lehre von der Vollziehung der Ehedispensen).

§. 270. Die Gegenwart von Zeugen bei der Eheschließung.

Das heilige Concilium von Trient verlangt, daß die Schließung der Ehe behufs der Beurkundung des wirklichen Consenses coram parocho et duobus vel tribus testibus vorgenommen werde; auch die Anweisung f. d. G. Ö. erwähnt §. 38, daß es zur Giltigkeit der Ehe erforderlich sei, daß die Ehewerber vor dem eigenen Pfarrer und vor zwei oder drei Zeugen ihre Einwilligung erklären. Certum est, schreibt Sanchez (lib. 3. disp. 41), requiri ad valorem matrimonii, adesse duos testes cum parocho, nec sufficere unum testem cum eodem parocho, quia Tridentinum expresse irritat matrimonium non contractum coram parocho et duplici teste. Tridentinum exigit duo personarum genera, nimirum parochum et duos testes; non ergo poterit parochus munus parochi obire et simul vicem alterius ex illis duobus testibus supplere; 2) exigi, ut testes rationis usum habeant praesentesque sint moraliter (cf. §. 268, ubi continetur, an sufficiat, si vi detenti aut dolo ad aliud vocati vel casu transeuntes intersint, vel intelligant consensum per interpretem); 3) exigi ut simul parochus et testes intersint matrimonio, nec sufficere, si successive coram illis explicent contrahentes consensum, ut modo coram solo parocho et postea coram testibus absque parocho. Nam Tridentinum copulative exigit praesentiam parochi et testium et aliter contractum matrimonium irritat; nec sufficit simultas moralis, ut sufficit simultas materiae et formae in aliis Sacramentis, quia hic praesentia parochi et testium desideratur, ut plene

constare possit Ecclesiae de matrimonio; at non plene constat, quando non sunt simul physice parochus et testes, cum sint testes singulares. In gleicher Richtung lehrt die Eichstädter Pastoral-Instruction v. J. 1854: Testes sufficiunt, qualescumque sunt, dummodo de hoc actu testari queant. Praesentia vero eorum una cum parocho debet esse simultanea, non successiva. Nach dem Breslauer Diöcesan-Rituale hat der copulirende Priester die Anwesenden also anzusprechen: „Euch alle, die ihr hier gegenwärtig seid, nehme ich zu Zeugen, damit, wenn es nöthig wäre, ihr aussagen möget, daß die gegenwärtige Ehe zwischen diesen Personen vollzogen und von der Kirche bestättiget worden sei."

Zufolge der Vorschrift des Concils von Trient müssen demnach bei der Erklärung der Einwilligung in die Ehe zwei oder drei Zeugen gegenwärtig sein. Ein Zeuge genügt unter keinerlei Umständen, sondern er zieht die Nichtigkeit des Aktes nach sich. Hierüber bemerkt Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 12. cap. 5): Cum in Concilio Tridentino (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) arbitrio Ordinarii relictum sit, poenas statuere in parochum, qui cum minore quam duorum aut trium testium numero hujusmodi contractui interfuerit, sicut etiam in testes, qui sine parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia suam iisdem contractibus praesentiam impendere praesumpserint: dubitatum aliquando fuit, an stante bona fide sustineri possit pro valido matrimonium coram parocho et unico teste contractum? At S. Congregatio Concilii die 14. Januarii 1763 negative respondit. Eadem tamen proposito dubio super validitate matrimonii contracti coram duobus testibus sine parocho in loco, ubi haereticus tantummodo minister residebat, catholicus autem parochus aliusve sacerdos vel omnino non aderat, vel illius adeundi libera potestas non erat, omnibus facti circumstantia rite perpensis pro validitate respondit die 30. Martii 1669. Daraus ergibt sich, daß es wesentlich zur Giltigkeit der Ehe gehöre, daß die Zeugen mit dem Pfarrer gleichzeitig, nicht successiv, und nicht blos körperlich, sondern auch moralisch gegenwärtig, folglich nicht etwa völlig trunken, taub oder blind seien. Praesentia parochi et testium ad validitatem matrimonii debet esse simultanea, nec successiva. Debent enim esse ita praesentes, ut de uno eodemque contractu matrimonii testari valeant, quod facere nequeunt, nisi simul praesentes existant. Concilium Tridentinum expresse videtur requirere simultaneam eorum praesentiam per illam copulativam dictionem: et praesente parocho et testibus. Wenn daher, so bemerkt Dr. Knopp, in dem seltenen Falle, wo gerade nur die gesetzliche Zahl von Zeugen bei Abschließung einer Ehe hinzugezogen ist, einer derselben unwohl wird, so muß entweder die Handlung der Eheschließung selbst so lange unterbrochen werden, bis derselbe sich erholt hat und wieder als Zeuge betrachtet werden kann, oder es muß statt dessen ein anderer Zeuge hinzugezogen und vor diesem die Handlung von Neuem begonnen werden. Ferner kömmt aus dem Referate super causa Ferrarien. vom Jahre 1761 zu erinnern, quod satis est quoad testes, illos inspexisse vultum mulieris, ita ut post factum etiam potuerint illam cognoscere et testari, cum illa contractum fuisse matrimonium, quia non est opus, ut testes noverint, cujus nominis vel familiae sint contrahentes, dummodo viderint et dicere possint, hos esse, ut

definivit S. Cong. in causa Venetiarum seu Vicentina matrimonii, die 11. Martii 1673 (vergl. §. 269 sub 4). Und in der Verhandlung super causa Camerinen. seu Fabrianen. matrimonii vom J. 1762, welche mit der Ungiltigkeitserklärung der Ehe endete, heißt es: Requiritur formalis praesentia testium, qui non videntur praesentes fuisse, dum nec verba audivisse, nec aliquomodo percepisse contrahentium consensum testantur, ut ex mente Tridentini notant dicentes, nullum contrahi matrimonium, si testes, etiam rogati, tempore contractus distrahantur evagatione mentis et non advertant. Alii vero non deesse putant formalem praesentiam testium, qui testantur, vidisse contrahentes stantes coram parocho, quo tempore proferuntur verba consensum in matrimonium prae se ferentia; formaliter praesentes sunt testes, qui testari possunt de actu, a quo infertur ad consensum praestitum matrimonio, licet ipsi ex eodem actu non arguissent consensum.

Nicollis wirft die Frage auf, quid dicendum sit, si testes interveniant matrimonio, intermedio pariete, audientes tamen contrahentes, num dicantur praesentes ad effectum validitatis matrimonii? Nicollis ist der Ansicht, non sufficere praesentiam et intelligentiam testium, sed etiam requiri visum; si enim testes non viderent contrahentes, non esset satisfactum Concilio, quod voluit praesentiam testium et parochi propter evitanda mala et scandala, quae indies orirentur in contrahendis matrimoniis, ad quorum evitationem non satis est, testes esse praesentes et intelligere, nisi etiam videant, quid geratur per contrahentes. Ex hoc etiam notant, quod parochus vel alius coecus non est integer testis in matrimonio contrahendo post Concilium, quidquid alias ante illud ejus depositio valebat quoad probationem matrimonii. Verum isti testes cortinati et qui interveniunt matrimonio intermedio pariete, et muliere ac viro existentibus in camera clausa et testibus extra cameram audientibus verba ad matrimonium contrahendum apta, possunt defendi, si habent notas voces contrahentium et contrahentes videant in cameram intrare et post modicum intervallum audiant contrahere, et aliae personae non interveniant in dicta camera praeter contrahentes, nec esset suspicio fraudis.

Was die Beschaffenheit der Zeugen anbelangt, frägt Sanchez, an sufficiant qualescumque testes vel exigantur omni exceptione majores, i. e. tales, ut nullum patiantur vitium ex iis, ob quae jure repelluntur a testimonio dicendo? Ad matrimonii valorem sufficiunt quicumque testes habentes rationis usum, nec desideratur, ut habeant qualitates a jure requisitas, ut in aliis negotiis habiles et legitimi testes censeantur. Quare sufficit, licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, servi, familiares, feminae, imo et infideles Nam quamvis alias testes sint illegitimi et inhabiles, faciunt tamen sufficientem fidem, nec repelluntur, quando sunt instrumentarii, i. e. appositi instrumento ex communi contrahentium consensu, sed testes in matrimonio adhibentur communi consensu contrahentium, ergo sufficiunt quicumque, cum ex decreto Tridentini in libro parochi describendum sit matrimonium cum nominibus testium. Testes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habile et fide digno; tunc enim habilitas unius supplet inhabilitatem alterius, et maxime si alter ex testi-

bus sit parochus, cujus auctoritati multum tribuitur in jure (cap. cum esses, de testament.); ergo cum Tridentinum tantum exprimat coram parocho et duobus vel tribus aliis testibus: signum est, nullam qualitatem in testibus exigere praeter eam, quae jure naturae est necessaria, ut testimonium perhibere possint, nempe ut rationis usum habeant (et intelligant, quid contrahentes agant, adeoque moraliter modoque humano adsint). In causa favorabili admittuntur testes, alias inhabiles, ut ob fidei favorem decernitur (cap. fidei favor, de haeretic. in 6); at causa matrimonii est valde favorabilis (cap. fin. de sentent. et re judic.) et ideo ad testificandum in ea admittuntur feminae (cap. super eo, de testib., cap. videtur, qui matrim. accus.); ergo in matrimonio ad ejus valorem sufficient quicumque testes. Si Tridentinum testes omni exceptione majores peteret, plerumque difficile invenirentur, innumerisque litibus circa matrimonii valorem locus daretur in re, quae pro tota communitate est valde necessaria et communi Ecclesiae bono valde expedit (matrimonia esse certa, litibusque et dubiis minime patere). Dicunt nonnulli, consultum esse, ut adhibeantur testes omni exceptione majores. Fateor, id expedire, cessabit enim omnis quaestio; at credo, et testibus inhabilibus integram adhiberi fidem, maxime, quia consensu utriusque contrahentis parochoque eorum vitium supplente intersunt. Hinc non verum est, quod docent nonnulli, exigi in matrimonio testes rogatos; nam id nullo jure probatur. Sunt aliqui casus, in quibus oportet, testes esse rogatos; sed in nullo eorum numeratur causa matrimonialis.

Die Kirche nimmt also, wie das Tridentinum durch sein Stillschweigen zu erkennen gibt, bei der Eheschließung nicht solche Zeugen in Anspruch, qui sunt omni exceptione majores; es wird blos die natürliche Zeugenfähigkeit (nulla specialis qualitas) erfordert, bei der es auf Hören, Sehen und Verstehen ankömmt; auch gilt von dem modus praesentiae hinsichtlich der Zeugen dasselbe, was von der Gegenwart des Pfarrers gesagt wurde. Wie der Pfarrer, so müssen auch die Zeugen die Contrahenten sehen und verstehen, brauchen aber niemals rogirt zu sein. Es beeinträchtiget ferner die Giltigkeit der Ehe nicht, wenn bei der Schließung derselben die Zeugen wider ihren Willen oder gezwungener Weise oder durch List und Betrug herbeigelockt, gegenwärtig sind; nur müssen sie die Brautleute mit ihren eigenen Augen sehen und die wechselseitige Einwilligung derselben in die Ehe hören, weil sie sonst über die Thatsache der Eheschließung nicht Zeugenschaft ablegen könnten. Weiber können gleich giltig mit Männern Zeugniß ablegen (ungeachtet des cap. 10. de verb. signific., das übrigens keineswegs das Zeugniß der Frauen allgemein verwirft) und da es sich hier nicht um eine Parteisache handelt, schadet Verwandtschaft nicht (cap. 5. 22. de testib., cap. 3., qui matrim. accusare poss.), auch schadet es der Giltigkeit der Ehe nicht, wenn die Zeugen excommunicirt (cap. 8., de sentent. excommunic. in 6. geht nur auf gerichtliches Zeugniß), infam, Ketzer, Ungläubige u. s. w. sind. Ad valorem matrimonii, so lehrt die canonische Doctrin, ultra praesentiam parochi aut delegati ab eo vel Ordinario requiruntur et sufficiunt duo testes. Sufficiunt quicumque testes rationis capaces, et ea, quae de jure naturae requiruntur habentes (ut de

contracto matrimonio testari valeant); sic sufficiunt etiam impuberes, consanguinei, domestici, religiosi, feminae, excommunicati, infames, infideles et haeretici et alii etiam de jure positivo ad testimonium ferendum inhabiles (quilibet testes sufficiunt, etiam mulieres, pueri, modo sint rationis capaces, infames, parentes, servi et etiam illi, qui casu illac transeunt aut vi detinentur. Homo Apostolic. tr. 18. n. 70.). Concilium enim Tridentinum duos vel tres testes simpliciter et sine ullius peculiaris qualitatis mentione ad valorem matrimonii requirit. Ad valorem matrimonii non sufficit praecise praesentia physica et corporea parochi et testium, sed requiritur eorum praesentia moralis, rationalis et humana, ita ut intelligant, sponsos de praesenti contrahere matrimonium. Concilium Tridentinum ait (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1): eorum mutuo consensu intellecto. Praesentia testium sufficit ad valorem matrimonii, quamvis ob aliam causam sint vocati, dolose et fraudulenter illuc adducti, inviti, coacti, etiamsi cum protestatione et contradictione ibidem existant, dummodo tamen ad illum actum adhibeantur, et intelligant seu percipiant contrahentium consensum. Admittuntur, so schreibt der Ritualist Catalanus, in hujusmodi testes quicumque mentis compotes atque intelligendi capaces, quid agatur, viri et mulieres, etiam proximi consanguinei contrahentium sine exceptione, quae hic non habet locum. Ratio cur Concilium Tridentinum non restrinxerit ad testes omni exceptione majores, fuisse putatur a Doctoribus, ne obtentu exceptionum multoties matrimonia irritarentur aut saltem in dubium vocarentur; quod duo vel tres testes sufficiunt, nititur iis divinae Scripturae verbis: »In ore duorum vel trium stet omne verbum.«

Jedoch erinnert das Wiener Rituale auf Grund der Vorschrift des Cardinals Kollonitz vom Jahre 1745: Testes pro copulatione non quosvis et obvios, sed sibi bene notos et de fide probatos aut possessionatos, qui re sic exigente respondere possint, admittant. Wenn gleich ferner die Beiziehung nicht katholischer Personen als Zeugen die Giltigkeit der Ehe nicht im mindesten beirrt, so versteht es sich doch von selbst und ist es in der Entscheidung der Congregatio S. Officii vom 29. November 1672 ausdrücklich angedeutet, daß bei der Eheschließung katholischer Brautpersonen nur katholische Zeugen (also kann bei gemischten Ehen wohl ohne Zweifel eine akatholische Person Trauungszeuge sein) interveniren sollten, weil es sich hier um einen kirchlichen mit einem Sacramente des N. T. in Verbindung stehenden Akt handelt. (Vergl. 1. Bd. §. 27 die Anordnungen des Papstes Pius VI. bezüglich der Eheschließungen in Frankreich, dann 1. Bd. §. 68 S. 525, wo das Gutachten des Carlsburger Consistoriums in Sachen der gemischten Ehen zur Sprache gekommen ist.)

Auch nach dem bürgerlichen Gesetze müssen die Trauungszeugen nicht eben Personen sein, die alle zu einem gerichtsordnungsmäßigen Beweise erforderlichen Eigenschaften besitzen. Dessenungeachtet verfügte die böhmische Gubernial-Verordnung vom 1. Mai 1794, wie auch das Patent für West-Galizien vom 21. October 1796: Da bemerkt worden, daß viele Seelsorger in den Trauregistern statt der Zeugen oder Beistände nur die Brautführer und die Kranzeljungfern zur Mitfertigung ziehen, diese aber meistens junge und zur Zeugenschaft noch nicht geeignete

Leute sind, so wird den k. k. Kreisämtern unter Einem verordnet, die Aufmerksamkeit dahin zu lenken, damit dieser Mißbrauch da, wo er etwa noch besteht, gelegenheitlich der Kreisbereisungen abgestellt werde. — Verwandte sind als Zeugen zuläßig, eben so Frauenspersonen, obgleich die allgemeine Sitte der Zuziehung männlicher Zeugen der Wichtigkeit der Handlung mehr entspricht

Wir haben noch die von Dr. Uhrig ausgesprochene Ansicht zu erwähnen, „daß es selbstredend und nach ausdrücklicher Bemerkung des Trienter Reformdecretes bei einer vor der versammelten Gemeinde eingegangenen Ehe außer dem assistirenden Pfarrer keines weiteren besonderen Zeugen bedarf." Bei den sogenannten geheimen Ehen, dann bei der Convalidation ungiltig geschlossener Ehen können, wie wir dieß an dem betreffenden Orte darthun werden, vertraute Zeugen, die zum Stillschweigen verhalten werden, interveniren. In welcher Weise der Abgang der Zeugen bei der Eheschließung des Kaisers Napoleon I. mit Josephine geltend gemacht wurde, wird gleichfalls bei einem anderen Anlaße zur Sprache kommen.

§. 271. Verhandlungen bei der S. Congregatio Concilii.

1) Causa Neapolitana matrimonii, die 6. Maji 1741. Contendente Nicolao Brunetti, matrimonium, quod Constantia de Clara sub die 18. Februarii 1727 consilio et opera Lollae Venci suae matris et sacerdotum Antonii Piri et Marci Christophani consanguineorum studuit cum eodem Nicolao contrahere, irritum esse eo sub fundamento, quod nullum ipse protulerit verbum nullumve signum, unde ejus consensum in hasce nuptias intelligere valuerint testes, qui aderant, multoque minus Dominicus Sorrentini parochialis et insignis collegiatae Ecclesiae S. Joannis Majoris Oeconomus sub ementito praetextu invisendae cujusdam mulieris in extremis positae adscitus. Causae cognitio post sententiam Vicarii generalis, a quo pronunciatum fuit, constare quidem de validitate matrimonii, sed procedendum non esse ad fulminationem censurarum, nisi habito prius oraculo EE. PP., ab hoc supremo Senatu assumitur. Cumque ab ipso imperata jam diu fuerit Actorum transmissio, datusque novissime ob inopiam Constantiae jura sua non deducentis matrimonii defensor, oportet hodie ad petitionem memorati Nicolai Brunetti disceptare dubium: »An constet de matrimonio ejusque validitate in casu etc.?«

Ex actis in Curia Archiepiscopali confectis primum, quod maxime se ponderandum offert, documentum est relatio praefati Dominici Sorrentini parochialis Ecclesiae Oeconomi, qui sub diem 19. Februarii 1727 delaturus eidem Archiepiscopali Curiae, quid sibi circa controversum matrimonium accidisset, hisce verbis ad rem praecipue conferentibus facti seriem exposuit: »Fui introdotto così io, come detto D. Andrea Rispolo dentro la terza Camera di detto quarto appartamento, dove vidi, che vi stava un Giovane ed una Giovane, ed altra femina vecchia, e dicendo io, dove era l'Inferma, che voleva confessarsi, mi fu risposto dalla detta Giovane, che poi intesi chiarmarsi Costanza di

Chiara, la quale mi disse queste precise parole; Signor paroco, voglio questo per sposo, mostrandomi la persona di quel Giovane, che stava dentro la medesima camera, che in appresso ho inteso chiamarsi Nicola Brunetti, ed io in sentire proferire dalla detta Giovane dette parole: Signor paroco voglio questo per sposo, mi posi a gridare, chiamandoli indegni etc., perchè io giudicai, che essi sacerdoti avessero fatta la madrina; ed avessero cooperato a far sortire detto matrimonio clandestino;« subindeque haec addidit: »Devo però dire per verità, che dopo che detta Costanza di Chiara proferì le dette parole Signor paroco voglio per sposo, ed io subito mi posi a gridare, e fuggire, osservai, che il detto Giovane, che stava presente chiamato Nicolo Brunetti si avvilì, e non proferì parola alcuna, bensì fece atto di venire appresso di me, mentre fuggivo per le camere, ma il suddetto sacerdote D. Andrea Rispolo, che mi seguiva, l'andava trattenendo con aversi tirato la porta di una camera. Ritirato che io fui in detta mia casa circa le ore due della notte, ivi vennero così il suddetto sacerdote D. Antonio Piro, come quell' altro sacerdote, che ritrovai in detta casa, del quale non so il nome, però se lo vedessi, lo conoscerei benissimo, ed assieme con loro vi venne anche il suddetto Giovane Nicola Brunetti sposo, e domandandoli, che cosa volevano da me, e li rimproverai l'attentato, e frittata, che avevano fatto essi, cioè essi sacerdoti mi risposero, che avevano fatto errore, ed io soggiunsi con dirli, che se si fossero fidati di me, avrei fatto sortire il matrimonio, e detti sacerdoti soggiungero con dirmi, che avevano portato avanti di me il detto Nicola Brunetti per dare la parola di matrimonio, che voleva fare con detta Costanza di Chiara; detto Nicola Brunetti però ne meno in casa mia proferì parola alcuna ed io risposi a detti sacerdoti, che non potevo prendere parola alcuna senza l'ordine di Monsignor Vicario, ed allora confermai il mio giudizio, che tutto era machinato da detti sacerdoti, ed a tal mia risposta se ne andarono via.«

Formali autem examini subjectus postmodum idem Oeconomus, jussusque praesertim 17. interrogatorio deponere: »se intese parlare il suddetto Nicola Brunetti?« et quatenus negative »se era possibile, che detto Nicola parlasse, senza che esso testimonio lo potesse sentire,« postquam denuo retulit, se audivisse Constantiam verba haec proferentem: »Signor paroco voglio questo per sposo, mostrandomi la persona di detto Nicola Brunetti,« ita est prosecutus: »ed io postomi subito a gridare, e fuggire non intesi parlare detto Nicola Brunetti, però potrebbe esser possibile, che in quell' atto esso Nicola Brunetti avesse parlato, ed io non l'avessi inteso a causa che, come ho detto, in che lo intesi parlare la detta Costanza di Chiara, e dire Signor parochiano voglio questo per sposo, mi posi a fuggire per la camere, e giunto alla sala volendomi il detto D. Antonio Piro trattenere, che non fossi uscito, atteso la porta della detta sala stava chiusa, e detto D. Andrea Rispolo mio Compagno fece resistenza al detto D. Antonio, e mi venne fatto di aprire la porta di detta sala, ed uscii in mezzo alle gradi, ed immediatamente presso di me uscij il detto D. Andrea Rispolo, e come ho detto, dentro la detta stanza io non osservai, ne vi

erano altre persone, quando la detta Costanza disse le suddette parole al mio arrivo dentro detta camera, ma nell' uscir, che feci dalla detta ultima camera, gridando e fuggendo, vidi, che nell' altra Camera attaccata alla suddetta ultima stavano li suddetti due Preti, cioè il suddetto D. Antonio Piro, e quell' altro Prete di più bassa statura.«

Haec sunt, quae magis momentosa emergunt e parochi seu Oeconomi depositione. Caeteri vero, qui ibidem aderant testes, et quidem numero plures, exceptis sacerdotibus Mario de Christofano et Andrea Rispoli Oeconomi socio, non solum affirmant audivisse verba Constantiae dicentis: Signor parochiano voglio questo per sposo, verum etiam Nicolaum Brunetti, qui statim subjunxit: ed io voglio Costanza di Chiara per mia sposa. Inter hos vero praecipui sunt Cajetanus Oldonus, qui in priori suo examine ita deposuit: »Entrato, che fu il detto Economo etc. intesi, che la detta Costanza di Chiara subito disse Signor paroco, voglio D. Nicola Brunetti per marito; ciò sentendosi dal detto Economo, si pose a gridare e fuggire, ed io intesi, che dopo avere la detta Costanza di Chiara parlato, e dette le sudette parole, esso D. Nicola Brunetti subito rispose, e disse, voglio Costanza di Chiara per moglie e parlò esso D. Nicola Brunetti in modo, che potei sentirlo.« Dominicus di Giacomo, qui id ipsum retulit, ibi: »Immediatamente la suddetta Costanza di Chiara disse: Signor parochiano, voglio Nicola Brunetti per sposo, mostrandogli la detta persona di detto Nicola, ed esso Nicola Brunetti immediatamente rispose, e disse, ed io voglio Donna Costanza di Chiara per sposa, mostrandogli la persona di detta Costanza, quali parole dette dal detto Nicola Brunetti furono da me molto bene intese;« et demum sacerdos Antonius de Piro, a quo res ita narrata est: »Avendo la detta Costanza di Chiara espresso il suo consenso con dire: Signor parochiano voglio Nicola Brunetti per sposo, mostrandolo anche per la mano, esso Nicola Brunetti immediatamente rispose e disse: Ed io voglio Costanza di Chiara per sposa, lo che fu molto bene inteso da me, non ostante, che il detto Economo in sentir parlare la detta Costanza si era posto a gridare e dire: Scomunicati.« Horum omnium testimonio consentiunt ea, quae a Constantia in eo constituto et a Lolla matre fuerunt recensita. Quaeritur itaque: An constet (ut supra) etc.? S. Congreg. Conc. resp. affirmative.

2) Causa Compostellana seu Lucen. matrimonii, die 29. Augusti 1744. Mutuo amore perciti Maria Antonia Mosquera Valdeveso Motenegro, nobilis puella Lucensis et Franciscus Xaverius Zedron Ulva Vezera, ejusdem civitatis, connubioque jungi cupientes, clam patruele Francisci, a quo hic metuebat, matrimonium contraxerunt; nam Franciscus collatis consiliis cum Andrea, Mariae Antoniae fratre, a quo eum sibi in uxorem dari postulaverat, preces obtulit Vicario generali Lucensi, quas subscripsit nomine tantum Francisci Zedron, subscripsitque Maria Antonia Mosquera, quibus petebant, ut denunciationes remitteret et potestatem faceret cuicumque sacerdoti, ut matrimonio contrahendo praesens esset. Vicarius tabellioni mandavit, ut de utriusque libertate certior fieret. Tres igitur testes dati sunt, qui de libertate Fran-

cisci Zedron et Mariae Antoniae Mosquerae testimonium tulerunt, quos inter Andreas erat Mariae frater. His perspectis Vicarius denunciationes remisit, potestatemque fecit cuilibet sacerdoti, ut matrimonio praesens esset sine detrimento jurium parochialium. Matrimonium contractum fuit die 14. Julii 1736 et a sacerdote, qui praesens fuit, data est illius testificatio subscripta a conjugibus, integris nominibus et cognominibus relatumque etiam fuit in libros parochiae. Non diu latuit contractum connubium, quod cum rescivit Francisci patruelis, omnem operam dedit, ut de validitate illius in judicio ambigeretur; Vicarius generalis Lucensis deceptum sese turpiter clamans ab Andrea, quod putasset connubium contrahendum esse a Maria Antonia Mosquera cum alio Zedron Villae Sarriae, qui ortum habuit Nogueirae, quique tamen non Franciscus, sed Joseph Antonius vocabatur et Andream et testes et sacerdotem, qui matrimonio praesens fuerat, in carceres compegit, et ita furore iraque abripi passus est, ut spreta amica monitione Metropolitani judicis durioribus vinculis eos oneraverit, ideoque coactus fuit Metropolitanus, appellationem a Maria Antonia interpositam accipere et causam in tribunali suo retinuit, quam tamen finire non potuit, sed pertaesus morae, quae injiciebatur a Francisci consanguineis, adire partes jussit hunc Sacrum Senatum, praestituta iis certa die, ut acta transferrentur. Post haec Franciscus Xav. Zedron Ulva Vezzera metu patruelis solutus sese in plenam voluntatis suae libertatem recepit, publicoque actu juratus declaravit, Mariam Antoniam Mosqueram in matrimonium duxisse et liti cessit, quam sustinuerat patruelis et consanguineorum imperio, rogavitque Amplissimos Patres, ut matrimonium, quod contraxit, justum legitimumque declarent.

Cum igitur nunc causa isthaec proponatur, sperni postulant conjuges questiones Vicarii generalis Lucensis de dolo, quo captus est errore nominis, nam et ille diligentius munus suum implere debebat, cum omnibus et praesertim judicio in re tam gravi turpe sit dicere non putabam, et error ille, qui non versatur circa personam, matrimonium injustum irritumque non faciat, ut probe distinguentes tradunt DD.

Quaeritur itaque: An constet de validitate matrimonii in casu etc.? Sac. Cong. Conc. die 19. Septemb. 1744 resp.: Affirmative, renovato consensu ad cautelam.

3) Causa Nicien. matrimonii, die 13. Februarii 1751. Mutuo capti amore Baro Cajetanus Tondut et puella Rosalia Ardizzinia Nicienses convenerunt matrimonium contrahere nullis praemissis denunciationibus publicis, quia Baro a parentibus suis metuebat, qui, si publicae praecessissent denunciationes, matrimonium impedire facile potuissent. Modus autem, quem servarunt, hic est: die 18. Martii 1750 in Ecclesia cathedrali Sanctae Reparatae, in qua Canonicus Garnerius parochus Sacrum agere solebat, convenerunt, advocatis pridem tribus testibus. Sacrum extra septa et cancellos Capellae S. Josephi audiverunt et dum parochus ad populum conversus est, ut benediceret, ipsi ingressi capellam et in gradu altaris genuflexi solemnia consensus verba protulerunt. Parochus nihil respondit, sed ad altare iterum conversus ultimum reci-

tavit evangelium et illi trahentes eum per Albam et Planetam pluries eadem solemnia verba dixerunt, sed parochus non exspectato Clerico, neque accepto bireto desiluit in Sacrarium; refert autem se Capella egressum dixisse »ad altra voce, che non v'era niente di nuovo, perchè non mi costava del loro consenso,« quae tamen verba nullus ex testibus audivisse dicit. Post haec in Ecclesia et coram universo populo gesta Baro et Rosalia matrimonium consummarunt.

Delata ad Episcopum Niciensem cognitione hujus matrimonii, Rosalia in monasterium detrusa fuit; Baro in Arce Villae Franchae custoditus; decem testes formali examini subjecti fuerunt; examinata fuit Rosalia, examinatus parochus, et post 15 dies etiam Baro. Negavit parochus in examine audivisse verba consensus, negavit dedisse operam, ut non audiret; dixit audivisse tantum petitionem benedictionis cum designatione testium b e n e d i t e c i, e c c o q u a i t e s t i m o n j. Baro in suo examine non negat consensum, dicit non reminisci ob turbationem mentis, in qua erat eo actu, convenit cum parocho, quod dicat petiisse benedictionem cum designatione testium. Episcopus contra matrimonium pronunciavit ob defectum consensus, quem parochus non audivit, neque censuit, fidem habendam esse testibus, quia singulares sunt singularitate obstativa, et quidam de mendaciis etiam convincantur, et ut sententiam suam comprobaret, d e c i s i o n e m etiam in lucem hominum edidit, qua rationes suas collegit. Appellavit Rosalia ab hac sententia ad S. Cong. et nunc causa proponitur. Baro Cajetanus Tondut libello suo duas praecipuas illas Episcopi rationes de defectu praesentiae parochi, quia ipse verba consensus non audivit, et de singularitate testium obstativa, eorumque mendaciis latius exequitur.

Contra vero Rosalia consensum utriusque probat sex ex decem testibus formali examini subjectis, qui contestes sunt de verbis mutuum consensum praeseferentibus, quae prolata fuisse dicunt duobus temporibus, primo ante finem Sacri et secundo post illud impletum. Consensum etiam probat ex omnibus actibus antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus, ex consummatione matrimonii, ratihabitionibus Baronis, ejusque confessionibus emissis tum ore tum scriptis, in epistolis nempe scriptis ad eamdem Rosaliam, dum in Arce Villae Franchae detineretur. Audivisse parochum, manifeste probari ex iis, quae ipse refert in suo examine, neque alicui suaderi posse, ut audire potuerint sex testes, qui extra septa et cancellos altaris erant, non vere audire potuerit parochus, ad cujus pedes genuflexi erant contrahentes, praesertim secundo tempore, quo post Sacrum exactum tractus fuit per Albam et Planetam, ita ut dicendum sit, audire noluisse; ipsa denique verba, quae ipse refert audivisse, petitionis sc. benedictionis cum designatione testium, praeseferre signa manifesta consensus contrahentium, cum non alia esse possit benedictio a parocho impetranda testibus praesentibus, nisi matrimonialis. Testes a singularitatibus et mendaciis purgat, iisque plenam fidem habendam esse demonstrat; summam denique eam esse memorat rationem, quae pro Sacramento matrimonii et religione facit. Quaeritur ergo: an constet de validitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Affirmative et amplius. Baro Cajetanus Tondut iterum audiri postulavit novarum

rationum praesidio. Unde quaeritur: an sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.? Sac. Congregatio Concilii die 19. Julii 1751 resp. In decisis et amplius.

Fünfter Abschnitt.

Die Trauung der Brautleute.

§. 272. Vorgang bei der Eheschließung.

Bisher ist dasjenige erörtert worden, was hinsichtlich der Form zur Giltigkeit der Eheschließung gehört. Den hiebei zu beobachtenden Vorgang bezeichnet das heilige Concilium von Trient (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) mit den Worten: Denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur, ubi parochus viro et muliere interrogatis et eorum mutuo consensu intellecto vel dicat: Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum. Daraus ergibt sich, daß, wenn bis zu dem Momente der Eheschließung von keiner Seite ein Anstand rege gemacht worden ist, keine Spur eines Ehehindernisses sich gezeigt hat, allen Erfordernissen des §. 70 der Anweisung für die g. G. Ö. (vergl. §§. 194, 195, 197, 205, 219) Genüge geschehen ist, die Ehe ganz vorschriftmäßig in der Kirche eingegangen werden will, auch die Verkündigungen nur in Einer Diöcese stattgefunden haben (vergl. die Vorschriften des römischen Rituales über die Führung des Trauungsbuches bei der Lehre hierüber): zur Eheschließung selbst eine weitere Bewilligung nicht erforderlich sei, was die S. Congregatio Concilii ausdrücklich erklärt hat unter dem 18. Jänner 1589 ad Archiepiscop. Messanen. mit den Worten: Non prohibeat, quin parochus post denunciationes possit absque alia licentia conjungere contrahentes.

Sanchez wirft mit Rückblick auf die erwähnte Tridentinische Vorschrift (lib. 3 disp. 39) die Frage auf, an sit necessarium ad valorem matrimonii, parochum proferre aliqua verba, vel saltem sit de necessitate praecepti? Die Antwort lautet: 1) Ea verba non sunt de essentia matrimonii, quare, licet ommittantur, validum est. Nam sacerdos non est minister hujus Sacramenti et ejus verba nec materia sunt nec forma, ergo non sunt de essentia. Concilium Tridentinum in clausula irritante tantum expressit: »qui aliter, quam praesente parocho,« nec explicuit: »dicente verba.« Necessaria necessitate Sacramenti determinata esse debent; at Tridentinum petit indeterminata verba, cum petat ea, quae ibi habentur, vel alia secundum patriae consuetudinem. Hinc infertur, si audito utriusque consensu parochus dicat: »Ego postea vos conjungam,« non impediri effectum matrimonii, quia mutuo consensu conjugum jam initum est,

et cum ea verba non sint de Sacramenti necessitate, parum refert quoad Sacramenti valorem, sive de praesenti sive de futuro exprimantur. Caeterum in foro conscientiae non esset verum matrimonium, quando contrahentes habuerint intentionem non contrahendi, nisi, dum contraxerunt, parochus actu vellet eos conjungere. Nam cum tunc parochus eos non intendit conjungere, defuit in contrahentibus intentio. 2) Ea verba sunt de necessitate praecepti, quare peccaret parochus ea ommittens; nam Tridentinum utitur verbis praeceptivis. 3) Culpa venialis est, ea verba ommittere. Nam materia non est gravis, cum ea verba non sint forma Sacramenti, nec pertineant ad solemnitatem magni momenti, nec inducant aliquod mysterium magnae significationis. Non tamen placet, posse parochum dicta verba proferre per se vel per interpretem, sicut potest consensum petere et inquirere per se vel per interpretem; quia est diversa ratio; nam interrogare est, ut cognoscat consensum, qui, cum ore convenientius exprimatur, ubi parochus idioma non intelligit, non posset de consensu aliter, quam per interpretem interrogare et certior fieri; at ea verba profert parochus tamquam Ecclesiae minister, ut ipsius nomine benedicat sponsos, matrimoniumque approbet, quod convenienter non fit per interpretem, maxime cum Tridentinum petat, ipsum parochum ea verba dicere. Ubi tamen parochus ea verba dixisset, vacaret culpa, petere ab interprete, ut ea verba declaret contrahentibus dicens: Parochus vos conjungit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. 4) Tenetur parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu, nempe virum, an velit feminam habere in uxorem, et feminam, an velit illum in maritum (Concil. Trident.); ommissio tamen hujus interrogationis, quando parocho constaret de mutuo consensu, quia coram illo contrahentes non interrogati proferunt verba, quibus exprimunt consensum, est culpa venialis. Es stützen sich diese Afferte des Canonisten Sanchez auf den canonischen Grundsatz, zufolge dessen zu dem W e s e n der g i l t i g e n Eheschließung nur die Gegenwart der im Zustande des Vernunftgebrauches befindlichen Brautleute, des Pfarrers und der Zeugen, dann die Kundgebung der Einwilligung in die Ehe von Seite der Brautleute per verba, vel signa, quae apta sunt, enuntiare animum celebrandi matrimonium de praesenti gehören. Parochus, so lehrt Scavini, tenetur sciscitari consensum a sponsis et proferre verba: E g o v o s c o n j u n g o i n n o m i n e P a t r i s e t F i l i i e t S p i r i t u s s a n c t i, licet probabiliter dicunt, quod, si ea verba proferret, peccaret tantum venialiter, quoties factus esset certus de consensu manifestato; sed forte probabilius alii non excusant eum a peccato mortali, cum defectus sit circa materiam gravem. Aus der päpstlichen Instruction vom 22. Mai 1847 für die Bischöfe Oesterreichs in Sachen der gemischten Ehen geht hervor, daß bei der s. g. p a s s i v e n Assistenz der Pfarrer gar nichts zu sprechen hat.

Ausführlicher beschreibt das römische Rituale den ritus celebrandi matrimonii Sacramentum in folgender Weise: 1) Parochus igitur matrimonium celebraturus publicationibus factis tribus diebus festis, ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum, i n E c c l e s i a (das Münchner Rituale sagt: stans pro commoditate aut consuetudine loci ante altare majus vel aliud com-

modius altare vel intra Capellam Ecclesiae) Superpelliceo et alba stola (vel si est celebraturus Alba et stola juxta Past. Gand. Brug. Leod. et Cam.) indutus, adhibito uno saltem Clerico (ministro), Superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquae benedictae cum aspersorio deferat (eique ministret), coram tribus aut duobus testibus virum et mulierem (stante viro ad dexteram, muliere vero ad sinistram infra gradus altaris), quos parentum vel propinquorum suorum praesentia cohonestari decet, de consensu in matrimonium interroget utrumque singillatim in hunc modum vulgari sermone: »N. vis accipere N. hic praesentem in legitimam uxorem juxta ritum sanctae Matris Ecclesiae?« Respondeat sponsus: »Volo.« Mox sacerdos sponsam interrogat: »N. vis accipere N. hic praesentem in tuum legitimum maritum juxta ritum sanctae Matris Ecclesiae?« Respondeat: »Volo.« Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum et expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se, sive per procuratorem. Mutuo igitur contrahentim consensu intellecto, sacerdos jubeat eos invicem jungere dexteras dicens: »Ego conjungo vos in matrimonium. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.« Vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum; postea eos aspergat aqua benedicta. (Dum sacerdos pronunciavit: »Conjungo vos etc.«, facit signum Crucis super manus.)

Wie es das heil. Concilium von Trient und das römische Ritual als zulässig erkennt, erscheint dieser Ritus der Eheschließung in verschiedenen Diöcesen verschieden modificirt. Insbesondere wird fast überall erwähnt, daß der copulirende Priester die Brautpersonen nochmals auf das eindringlichste auf ihre Verpflichtungen aufmerksam mache. So z. B. die Synodus provincial. Ruthenor. (Zamosciae 1720): Si nullum igitur, his servatis servandis, detectum fuerit impedimentum, sponsos, postquam fuerint Ecclesiam ingressi, singillatim ac specialiter parochus interroget, utrum venerint libera sua voluntate et a nullo coacti ad contrahendum inter se matrimonium? et utrumque affirmative respondentem moneat de indissolubili ejusdem vinculo, de juramenti conjugalis ac fidei servandae obligatione ac perjurii gravitate, de prolis recte educandae necessitate ac tandem conjungat in nomine Domini. Fast Dasselbe verfügt die Provinzial-Synode der Maroniten vom J. 1736. Die Statuten der Diöcese Siebenbürgen vom J. 1822 enthalten folgende Anordnung: Sponsi ipsa die, qua matrimonium inire cupiunt, sacram confessionem peragant et sub sacro Missae Sacrificio pro ipsis celebrando Eucharistiam sumant. Antequam de voluntate matrimonium contrahendi interrogentur sponsi, brevem, sed gravem admonitionem ad eosdem dicat sacerdos de perpetuo matrimonii vinculo et obligationibus, quae conjuges secundum legem christianam manent. Das Breslauer Diöcesan-Rituale schreibt vor, ut parochus sponsos moneat de dignitate ac fructu hujus Sacramenti, de officiis conjugum, idque breviter et cum facilitate sermonis et ad aedificationem audientium, worauf daselbst eine solche Ermahnung dem Clerus an die Hand gegeben wird.

Der trauende Priester hat sich in dieser Beziehung genau nach der Weisung des Rituales der Diöcese zu richten, in welcher er copulirt und sind eigenmächtige

Zuthaten höchlich zu mißbilligen, weil ein vollkommen gleichförmiger Vorgang in sämmtlichen Seelsorgsbezirken einer Diöcese überaus wünschenswerth ist. In der Provinzial-Synode der Ruthenen (Zamosciae. 1720) heißt es: Quoniam ritus administrandi hoc Sacramentum in nostra Ecclesia idem propemodum est, qui in Ecclesia latina, proindeque nulla correctione aut mutatione indiget, non licebit parochis a recepta forma recedere. Und in der Provinzial-Synode der Maroniten vom J. 1736: Sponsorum mutuo consensu intellecto, illos parochus juxta receptum Ecclesiae nostae ritum in matrimonium conjungat, recitato Coronationis nuptiarum Officio. In derselben Richtung erging in der Olmützer Diöcese von dem Bischofe Carl Grafen von Liechtenstein die nachstehende Weisung (mandatum breve ad Clerum): Quamquam saepius jam et sufficienter ab Antecessoribus nostris in Domino quiescentibus Episcopis Olomucensibus observatio S. Concilii Tridentini potissimum vero cap. 1. de reform. matrim. promulgata dubiaque hinc inde exorta declarata ad realiter exequendum demandata fuere: attamen ex quotidiano abusu dolenter percipimus, salutaria monita ob temporum injurias et bellorum intercurrentias in oblivionem devenisse, ita ut circa matrimoniorum contractus non uniformiter procedatur, sed quivis parochus aliam et aliam formam pro libitu introducat, ex quibus confusiones et interdum etiam nullitates ac conscientiarum scrupuli oriantur. Ne itaque haec differentiarum inconcinnitas ulterius serpat et Antecessorum nostrorum statuta totaliter evellat, sed ab omnibus et singulis debite observentur, necessarium duximus, illa, quae circa hanc materiam publicata et ad rite exequendum demandata fuerunt, denuo ad omnium notitiam typis recudi. Als Grundsatz gilt also: Celebratur matrimonium juxta ritum in proprio Rituali aut Pastorali praescriptum.

Uebrigens entnehmen wir aus einzelnen, besonders belgischen, Ritualien und Canonisten noch folgende bei der celebratio matrimonii nach Umständen zu beachtende Daten: a) Ante celebrationem matrimonii sacerdos genuflexus ante altare aliquantulum orat, dicens orationem «Adesto Domine»; b) de lumine adhibendo neque Rituale romanum neque Pastoralia belgica loquuntur, excepto Leodiensi, quod praescribit taedam vel saltem cereum candidum accensum; servari potest consuetudo; c) ad celebrationem matrimonii sacerdos se constituit facie versus sponsos, sponsus stat a dextris sponsae, nisi aliud praescribatur, ut in Rituali Leodiensi; testes prope adstant vel juxta vel retro post sponsos, ut videre et audire possint, quid agatur, et post eosdem parentes et propingui, quorum praesentia nuptias cohonestari decet. d) Uter conjugum debet prius interrogari? Honestum est, a viro initum sumere, quia in testibus (cap. si inter, de sponsalib., et cap. licet, de spons. duor.) prius verba viri proponuntur, tum quia vir caput est, tum etiam, quia feminae verecundia subjectiores sunt (Sanchez lib. 2. disp. 31. n. 11). e) In den meisten Ritualen wird angedeutet, daß der celebratio matrimonii eine allgemein gehaltene Erinnerung an die aus dem Ehestande hervorgehenden Verpflichtungen vorauszuschicken sei. In dem Olmützer Rituale wird der Pfarrer hinsichtlich dieser Erinnerung aufmerksam gemacht: Virum et mulierem, ubi commodum erit, in hunc vel similem modum

cohortabitur eos ad sancte vivendum in matrimonio, ita tamen, ut ministerii gravitatem servet. Exhortatione finita interroget singillatim utrumque in hunc modum vulgari sermone etc. Das Wiener Rituale gibt hinsichtlich des ritus oder der forma solemniter celebrandi matrimonium folgende Vorschrift: Sacerdos celebraturus matrimonii Sacramentum, indutus supperpelliceo et stola, in Ecclesia tantum et non in alio aliquo loco illud aggrediatur. Post debitam igitur bannorum proclamationem, stante viro ad dexteram, muliere vero ad sinistram, vultu converso ad utrumque, explicet eis sacerdos vim et efficaciam hujus Sacramenti, item quanta sit hujus vinculi, quo se mutuo obstringere volunt, obligatio, ut neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem aut nobiliorem neque ob aliam quamcumque rationem vinculum hoc semel contractum dissolvi possit; erit autem haec vel similis, ut sequitur, pro opportunitate temporis et loci admonitio, worauf eine Ermahnung folgt, die geschehen soll, ehe zwei Personen ehlich durch den Priester zusammen gegeben werden. Bezüglich der belgischen Diöcesen berichtet de Herdt.: Pastoralia Mechlin. Brug. Leod. et Torn. praescribunt immediate ante celebrationem matrimonii exhortationem ad contrahentes, qua eis explicetur, quae sit hujus Sacramenti gratia et quanta sit sacri vinculi, quo se obstringere volunt, obligatio. Haec exhortatio, quae tantum brevis esse debet, hic certo utiliter fiet. In Sacramentorum enim administratione eorum virtutem, usum ac utilitatem et caeremoniarum significationem, ubi commode fieri potest, diligenter explicabit (Rit. rom.); uti etiam praecipit S. Concilium Tridentinum (Sess. 24. de reform. cap. 7) et addit: »pro suscipientium captu, etiam lingua vernacula, si opus sit.« Ad hoc non sufficit, ut fiat in catechismo et instructionibus, sed mens S. Concilii Tridentini aliorumque Conciliorum et omnium Ritualium est, ut id etiam fiat ante vel post administrationem juxta temporis et loci circumstantiam (Rit. Leod.). In pluribus Ritualibus tales instructiones inseruntur; non est tamen necesse, ut singulis vicibus omnia dicantur, sed ex iis desumi possunt, vel alia dici, quae loco, tempori et personae judicantur convenire. f) Auch findet sich gewöhnlich überall die Anordnung, daß die Brautleute sich die rechte Hand reichen, worauf die in einander gelegten Hände mit der priesterlichen Stola umwunden werden. De Herdt. bemerkt darüber: Sponsi dexteras, quas ob decentiam Sacramento convenientem nudas esse decet, decenter conjungunt, quia mutua fides nullo meliori actu externo exprimitur, quod, ut commodius fiat, interea stant vultu ad se invicem converso (Past. Mechl. Gand. Torn.). Praeterea juxta Pastoralia belgica dexterae conjunctae stola involvuntur seu circumligantur, qui termini, ut notandum est, significant non simplicem impositionem stolae super dextras, sed totalem circumvolutionem dexterarum per extremitates stolae e collo pendentis. Haec stolae involutio fit ad tutandos sponsos contra daemonis insultus et expressius significandum spirituale matrimonii vinculum.

Auch von der weltlichen Regierung war bezüglich der celebratio matrimonii eine Verfügung erlassen worden, die hier erwähnt zu werden verdient. Es ist dieß das an das galizische Gubernium erlassene Hofkanzleidecret vom 13. August 1837, welches also lautet: Nach Eröffnung der k. k. obersten Justizstelle sind bei dersel-

ben aus der Provinz Galizien schon mehrere Fälle von Ehe-Annullirungen aus Mangel der feierlichen Erklärung der Einwilligung zur Ehe zur Verhandlung gekommen, wo es sich zeigte, daß dortlands Trauungen vorgenommen wurden, bei denen der trauende Geistliche die Einwilligung beider Brautleute und vorzüglich jene der Braut mit Sicherheit und Deutlichkeit nicht vernommen hat. Um derlei wesentlichen Gebrechen und den daraus hervorgehenden nachtheiligen Folgen für die Zukunft vorzubeugen, wird die Landesstelle angewiesen, die dortländigen Ordinariate aufzufordern, daß die Curatgeistlichkeit ohne deutlich vernommene Einwilligung beider Brautleute keine Trauung vornehme, und auf diese vorzüglichste und zwar sowohl nach dem canonischen als österreichischen Rechte wesentliche Feierlichkeit bei der Schließung der Ehe ein wachsames Augenmerk habe.

2) In vielen Gegenden wird bei der celebratio matrimonii die Weihe der Trauringe vorgenommen; auch hierlands pflegt man zwei Trauringe, einen für den Bräutigam, den andern für die Braut zu weihen, die sodann von dem trauenden Priester an den Ringfinger der linken Hand des Bräutigams und der Braut gesteckt werden, in der Olmützer Diöcese mit den Worten: „Nehmen Sie hin den Ring der Treue und seien sie einander getreu." Den Ritus der Weihe der Trauringe beschreibt das römische Rituale in folgender Weise: Mox benedicit annulum (tempore opportuno, so verfügt das Münchner Rituale, vel antequam accedat ad copulationem matrimonii, parochus superpelliceo vel alba et stola violacea indutus, accenso lumine cerei benedicti et coram imagine Crucifixi benedicit annulum matrimonialem). Benedictio annuli. »Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit coelum et terram. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritutuo. Oremus. Benedic † Domine annulum hunc, quem nos in nomine tuo benedicimus †, ut quae (qui) eum gestaverit, fidelitatem integram suo sponso (suae sponsae) tenens in pace et voluntate tua permaneat, atque in mutua semper charitate vivat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.» Deinde sacerdos aspergat annulum aqua benedicta in modum crucis (ter, nihil dicens) et sponsus acceptum annulum de manu sacerdotis imponit in digito annulari sinistrae manus sponsae, sacerdote dicente: »In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.« Das Münchner Rituale fügt hinzu: Si fuerint plures, quam unus annulus, benedicendi, oratio haec dicatur in plurali. Parochus annulum semel, etiam pro alio matrimonio, benedictum denuo non benedicat.

Der Trauring ist aus dem Heidenthum in den christlichen Gebrauch gekommen und er wurde ehedem bei den Eheverlöbnissen von dem sponsus der sponsa übergeben. So berichtet Devoti (Instit. canon. tom. 2. §. 111): Inter munera, quae in sponsalibus tradebantur, eminebat praesertim annulus, qui a viro feminae dabatur ante nuptias (Tertullian. de cult. fem. lib. 1. cap. 5. et Apologet. cap. 3). Hujus annuli usum, quem Christiani quoque retinebant, memorat etiam Clemens Alexandrinus (Paedagog. lib. 3. cap. 11). Annulus arrhae nomine in omnibus sponsionibus a Romanis saepe adhibebatur, cum darent vel pecuniam vel annulum, ut pignoris loco esset (Plinius lib. 33. cap. 6. histor. natur.). Hinc ad firmandam sponsionem, quae in sponsalibus fiebat, annulus

adhiberi consuevit, quem ferreum ac sine gemma sua aetate fuisse testatur Plinius. Sed Tertulliani aetate, uti constat ex ejus Apologetico cap. 3. aureus erat. Sunt, qui annuli caeremoniam non ad sponsalia, sed ad ipsas nuptias referendam putant, sed longe aliud ostendunt Gregorius Turon. et Nicolaus I. in respons. ad consult. Bulgar. c. 3. Diese Stelle ist in das Decretum Gratiani aufgenommen, wo sie in can. Nostrates C. 30. qu. 5. vorkömmt und also lautet: Nostrates tam mares, quam feminae non ligaturam auream vel argenteam aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia foedera contrahunt, in capitibus deferunt, sed post sponsalia, quae futurarum sunt nuptiarum promissa, foedera quoque consensu eorum, qui haec contrahunt et eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur et postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri praesumatur), ambo ad nuptialia foedera perducuntur et primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offere debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem et velamen coeleste suscipiunt. Haec sunt praeter alia, quae ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum solemnia. Peccatum autem esse, si haec cuncta in nuptiali foedere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Graecos vos adstruere dicitis. Der h. Isidor deutet (lib. 2. de offic. eccles. cap. 9. de conjugat.) die Uebergabe des Ringes von Seite des sponsus an die sponsa in Folgendem an: Illud vero, quod imprimis annulus a sponso sponsae detur, fit hoc nimirum propter mutuae fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde et quarto digito annulus idem inseritur, quod per eum vena quaedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat. Antiquitus autem non amplius uno dabatur, ne pluralitas amorum unum carperet. Clemens von Alexandrien sagt (paedagog. lib. 3. cap. 28), daß der Verlobungsring der Braut gegeben werde, non ornatus gratia, sed ut obsignaret, quae domi erant; durch diese Darreichung (bei den Sponsalien) sollte symbolisch die Pflicht der wechselseitigen Treue dargestellt werden; die Braut steckt daher (nach can. 7. C. 30, qu. 5) den Ring an den vierten Finger, weil man glaubte, quod in eo vena quaedam sanguinis, ut fertur, ad cor usque perveniat. Dieser Ring scheint schon im 2. Jahrhunderte von Gold gewesen zu sein, weil Tertullian (in Apologet. c. 6.) schreibt: Olim nulla mulier aurum norat, praeter in uno digito, quem sponsus oppignorasset unico annulo. De Herdt bemerkt über diesen Ring: Annulus in celebratione matrimonii, etiam in secundis nuptiis, datur propter mutuae fidei et dilectionis signum, et ut eorum pignore eorum corda jungantur; datur autem sponsae, ut mulier natura fragilior viro sub oculis continuo habeat signum datae fidei. Materia annuli per rubricas non determinatur, adeoque indifferens est, ex quacunque materia conficiatur, ex auro, argento, cupro etc., gemmis vestiatur, nec ne. In ea servari potest consuetudo, et habenda est ratio ad sponsorum facultates. Annulus benedicitur (etiam pro secundis nuptiis juxta decretum S. R. C. de 27. Augusti 1836 n. 4631. 2.) in aliquo

vase honesto seu disco, ministro tenente coram sacerdote, vel in altari positus; eaque benedictio operatur per modum intercessionis, ut sponsi vera et sincera dilectione sese mutuo prosequantur et fidelitatem servent, utque omnis fascinatio a connubio amoveatur. Si idem annulus in ordine ad matrimonium fuerit benedictus, ommittitur ejus benedictio et tantum digito imponitur solito modo. Quando frangitur, amittitur aut usu teritur, novus benedici potest eadem formula, quae ponitur in celebratione matrimonii; haec enim formula non ita celebrationi matrimonii annexa est, ut alio tempore ad eumdem finem adhiberi nequeat; vel potest etiam in celebratione alterius matrimonii simul cum annulo praesente benedici, orationem dicendo in plurali. Varius est modus impositionis annuli, sed in quo quisque servare debet praescriptum sui Ritualis aut Pastoralis. Imponitur in digito annulari seu in digito juxta parvum digitum, quia iste digitus usu generali designatus est ad ferendum annulum, unde et annularis dicitur. Das Breslauer Diöcesan-Rituale läßt in Ermanglung der Ringe auch Kränze zu. Accipiat, so heißt es dort, annulos sponsorum vel serta in defectu, et tenendo ea simul benedicat; worauf eine in der Volkssprache abgefaßte Oration folgt. Mox aspergit annulos (serta) aqua benedicta in modum crucis. Deinde annulum sponsae imponit in digitum dexterum penultimum sponsi et e converso. Similiter coronas immutando dicit sacerdos singillatim utrique: Nimm hin den Ring (Kranz) ehelicher Treue u. s. w.

Aus dem Gesagten erklärt sich auch die Entscheidung des nachstehenden Falles: Maevius et Theresia ex dispensatione contracto matrimonio per verba de praesenti tempore prohibito sine solemniis, transacto eodem tempore, petunt a simplici sacerdote, ut Missam dicat pro sponsis ac benedicat de more nuptias. Potestne hoc facere simplex sacerdos? Minime. Nam benedictio nuptiarum, utpote solemnitas ipsius matrimonii est de jure ejus, cujus est, matrimonio assistere (i. e. proprii contrahentium parochi); non potest ergo alter licite nuptias benedicere, nisi id faciat de licentia proprii parochi et si absque ejus licentia benedicere auderet, ipso jure incurrit poenam suspensionis reservatam quoad absolutionem Ordinario proprii parochi. Uebrigens ist aus de Herdt zu bemerken: Matrimonii celebratio et benedictio non ita connexae sunt, ut ab uno eodemque sacerdote fieri debeant; sed matrimonium contractum coram parocho licite benedici potest ab alio sacerdote de consensu parochi vel Ordinarii. Hieher gehört, was Giraldi erinnert: Cum hic praecipiatur, benedictionem dandam esse a proprio parocho vel ab alio sacerdote de ipsius licentia aut Ordinarii, ortum est dubium, a quo parocho danda esset in casu, quo ante traductionem, nondum ea recepta, conjuges mutaverint domicilium, illamque peterent, an sc. a parocho domicilii uxoris, coram quo matrimonium contraxerunt, an a parocho novi domicilii, in quod se transtulerunt. Hoc dubium satis docte solvit Fagnanus ad cap. 3. de secund. nupt., firmatque, dandam esse a parocho novi domicilii; licet enim parochus veteris domicilii censeri quodammodo possit acquisivisse jus ad illiam impertiendam, ex quo interfuerit celebrationi matrimonii, cum tamen per translationem domicilii conjuges subtracti sint ab ipsius jurisdictione, desierunt esse proprii parochiani; nec sufficit, quod hic fuerit proprius parochus, sed oportet, ut sit proprius, quando benedicit, quia cum Concilium statuat, ut benedictio fiat a proprio parocho, qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi. Von der Strafe, welcher ein unberechtigter Priester durch die Ertheilung der Nuptial-Benediction verfällt, ist im 1. B. §. 32. S. 109 die Rede gewesen. Hier fügen wir noch bei, was Giraldi ad Clementin. cap. 1 de privileg. bemerkt: Prohibentur regulares sub poena excommunicationis sine licentia parochi matrimonia solemnizare. Verum hodie, si id attentare praesumerent, hanc non incurrent juxta moderationem Concilii Trident., a quo imposita est suspensio, ipso facto pariter incurrenda et duratura arbitrio Ordinarii illius parochi, qui matrimonio interesse debeat, seu a quo benedictio suscipienda erat. Per quam quidem suspensionem juxta veriorem et magis receptam opinionem (teste Thesauro) sublata est excommunicatio a Clementina inflicta, nedum quia antiqua poena gravior censetur abrogata per novam mitiorem, sed etiam quia ita declaratum fuisse refert idem Thesaurus et Galemart. Cum autem haec suspensio sit absolute prolata eademque oratione complectatur Tridentinum tam parochum alienum, quam alium quemcumque sacerdotem sive regularem sive saecularem, cumque caeteroquin suspensio sic absolute prolata intelligenda sit juxta omnes Canonistas ab officio solum aut ab officio et beneficio simul, quaeri hic posset, a quo suspensus esset sacerdos saecularis et regularis in hoc delinquens, carens tam

officio quam beneficio? Huic dubio satis apte respondit Sanchez sentiens, neque parochum alienum neque sacerdotem beneficiatum in hoc delinquentem suspensum esse ab officio et respective beneficio, sed ab officio sacerdotali eo pari modo, quo suspensus dici deberet simplex sacerdos tam saecularis quam regularis; a qua suspensione absolvere potest etiam Vicarius generalis (vergl. Giraldi tom. 2. ad Clem. cap. 1. de privileg.).

Daß der zur Vornahme der Nuptial-Benediction berechtigte Priester bei diesem Akte, wenn derselbe mit der heiligen Messe in Verbindung gebracht wird, sich genau nach dem römischen Missale zu richten habe, versteht sich von selbst. Quaedam Pastoralia et Ritualia, schreibt de Herdt, ut Mechlin. et Cameracense in benedictione nuptiarum conferenda infra Missam non conveniunt cum Missali Romano, et proinde in locis, ubi Missale romanum est in usu prorsus neglectis propriis Pastoralibus et Ritualibus, solum Missale Romanum sequendum esse; licet enim propria Pastoralia et Ritualia in administratione Sacramentorum aliisque, quae extra Missam et Officium divinum praescribunt, sequenda et servanda sint: id tamen minime permittitur in Missae celebratione, in qua alias caeremonias vel preces, quam quae Missali (Romano) continentur, addere vel recitare non licet, juxta Bullam S. Pii V. Missali praefixam, idque confirmatur ex decreto S. Rit. Congreg. 13. Martii 1804 n. 4342 ad 10. Derselbe Ritualist lehrt ferner: Benedictio nuptiarum tantum in Ecclesia fieri potest, et si quodam casu matrimonium extra Ecclesiam celebratum fuerit, sponsi deinde ad Ecclesiam venire debent, ut benedictionem accipiant (Rit. roman.), quia Missam, infra quam benedictio confertur, extra Ecclesiam celebrare non licet (Tridentinum loquitur de benedictione sacerdotali in templo suscipienda), prout etiam caeremoniae baptismi extra Ecclesiam collati in eadem suppleri debent. Si autem benedictio nuptiarum fiat absque Missa, tunc cum Ordinarii licentia benedictio, sicut et matrimonii celebratio extra Ecclesiam fieri potest (juxta Cavall. tom. 4). Dum vero benedictio separatur a matrimonii celebratione, cavendum est sacerdoti, qui illam confert, ne iterum a contrahentibus consensum exigat (Ritual. rom.). Praeterea nuptiarum benedictio non potest fieri, nisi intra Missarum solemnia juxta decretum S. Congreg. Concil. 13. Julii 1630 apud Caval. et Rituale romanum, quod statuit, benedictionem tantum conferendam esse celebrata Missa. Cum autem haec respiciant loca, in quibus in usu est Rituale romanum, in quo non alia praescribitur benedictio, nisi quae habetur in Missa pro sponso et sponsa: non idem dicendum est pro locis, in quibus adhibetur aliud proprium Rituale seu Pastorale, in quo praeterea alia benedictio proponitur. Sic Pastoralia Mechlin. Brug. Gandav. Tornac. et Leod. praescribunt benedictionem extra Missam faciendam, quae licet juxta praescripta dictorum Pastoralium et receptam consuetudinem recitari debeat post contractum matrimonium et traditum annulum, infra Missam tamen nec fieri debet nec potest, quia in Missa nihil licet addere, nisi quod a Sede Apostolica in hunc finem est approbatum. Licet igitur benedictio nuptiarum per preces in Missali in Missa pro sponso et sponsa positas infra Missam per se fieri debet: cum licentia tamen Ordinarii extra Missam

fieri potest (juxta Cavall.). Item si Missa celebrari non valeat, aut adsit consuetudo, benedictionem ut plurimum extra Missam impertiendi, nihil obstat, quo minus liceat hunc ritum a Missa abstrahere, ita quidem, ut Episcopis et parochis jus non sit adigendi sponsos ad benedictionem in Missae celebratione recipiendam, juxta decretum S. Rit. Congreg. 1. Septemb. 1838 n. 4694, quia preces illae cum Missa tantam connexionem non habent, ut etiam extra Missam nullatenus recitari valeant.

In ritueller Beziehung findet sich in dem Kirchendirectorium der Olmützer Diöcese auf Grund einer Entscheidung der S. Rit. Congregatio vom 30. December 1783 Folgendes angeordnet: In nuptiarum benedictione Missa dici debet votiva pro sponso et sponsa, ut in Missali, in colore albo, sine Gloria et sine Credo cum commemoratione Officii currentis, Praefatione talis diei et Benedicamus Domino in fine. Haec Missa legitur etiam in festis duplicibus majoribus vel minoribus, exceptis diebus Dominicis et festivis de praecepto (in foro pro populo), nec non duplicibus 1. et 2. classis (item exceptis tota Octava Epiphaniae et vigilia Octavaque Pentecostes, die Octava Corporis Christi aliisque diebus duplicia secundae classis excludentibus; S. C. C. die 20. Aprilis 1822), in quibus exceptis diebus dicitur Missa de festo cum commemoratione Missae pro sponsis secundo loco (et reliquis orationibus, quae in eadem Missa pro sponso et sponsa pro benedictione habentur); ast in Dominica, in qua fit de aliquo dupplici, et in festivitate SS. Petri et Pauli dicitur ista commemoratio tertio vel quarto loco. In Betreff dieser Entscheidung wurde bei der unter dem 7. Jänner 1784 erfolgten Kundmachung derselben beigefügt: Facta de praedictis Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae VI. relatione, Sanctitas Sua praefatum S. Congregationis generale decretum confirmavit et ubique executioni dandum esse praecepit. Ein allgemeines Decret der S. R. C. vom 28. Februar 1828 erklärt ferner: Missam pro sponsis esse votivam privatam, proindeque semper legendam sine hymno Angelico et symbolo Nicaeno cum tribus orationibus, prima videlicet ejusdem Missae votivae propria, ut habetur in fine Missalis, 2 et 3 diei currentis, ut in rubrica tit. 7. n. 3. de commemorationibus, Benedicamus Domino in fine, et ultimo Evangelio S. Joannis. Man hatte nämlich bei der S. C. C. geltend gemacht, quod aliqui eidem Missae hymnum angelicum cum Ite Missa est adjiciendum censent, alii vero Symbolum Nicaenum legendum putant, ea freti ratione, quod haec Missa ceu solennis et pro re gravi haberi debeat. Der Budweiser Ordinariats-Erlaß Nr. 21 vom J. 1856 folgert aus dem erwähnten Decrete der S. R. C., daß die Missa pro sponso et sponsa immer, mag sie still gelesen oder feierlich als Amt gehalten werden, als Missa votiva privata zu betrachten und zu behandeln ist, also niemals Gloria und Credo, und immer Benedicamus Domino hat; macht ja nicht eine Missa solennis die äußere Solennität, mit welcher eine Messe gehalten wird, sondern der Anlaß, aus welchem sie gefeiert wird, der eine res gravis vel publica causa sein muß, was bei einer Hochzeitsmesse gewiß nicht der Fall ist; die Rubricisten geben genau an, welche Anlässe eine Missa votiva solennis causiren können, in welchen Fällen eine res gravis vel causa publica gegeben sei; aber noch keinem ist es eingefallen, eine Hochzeit darunter zu

zählen. Es sollen demnach die Hochzeitsmessen, gleichviel ob still oder mit Musik und Gesang gehalten, überall sine Gloria et Credo cum Benedicamus Domino gehalten werden. Die Hochzeitsmessen mit zu großer Feierlichkeit zu umgeben, sie z. B. mit Incensum oder gar mit Leviten zu halten, ist geradezu unerlaubt; da derlei nur einer Missa solennis gebührt; Musik und Gesang aber verträgt sich sehr wohl mit einer Missa privata.

Nebstdem kömmt aber die Declaration der S. Rituum Congregatio vom 20. April 1822 zu beachten: An hujusmodi Missa dici possit diebus duplicia excludentibus supra notatis (scilicet in Vigilia Pentecostes, Octava Epiphaniae et Corporis Christi)? Respondetur: Negative quoad Octavam Epiphaniae, Vigiliam Pentecostes et Octavam (Pentecostes) privilegiatam et die Octava SS. Corporis Christi, quatenus privilegium concessum sit ad instar Octavae Epiphaniae (aliorumque festorum duplicia 2. classis excludentium; qui enim dies excludunt duplicia 2. classis, etiam excludunt et prohibent Missam votivam pro sponso et sponsa juxta notam Gardell.). Aus diesen Declarationen ergibt es sich, daß zu der Nuptial-Benediction, wenn sie an nicht ausgenommenen Tagen stattfindet, die Messe pro sponso et sponsa zu nehmen und es nicht der Willkür des celebrirenden Priesters anheimgestellt sei, die Messe de die zu nehmen. Welche Tage von dieser Regel ausgenommen sind, wird in den beiden bezogenen Declarationen der S. Rituum Cong. angedeutet. De Herdt frägt: An diebus, quibus Missa pro sponso et sponsa permittitur, haec necessario est celebranda ad benedicendas nuptias? Die Antwort lautet: Id dicendum videtur juxta has rubricas Ritualis romani: »Si benedicendae sint nuptiae, parochus Missam pro sponso et sponsa ut in Missali Romano celebrat«; et ita certo fieri debet, si sacerdos a sponsis eleemosynam ad Missam celebrandam acceperit; si autem eleemosynam non acceperit, non videtur obligatus ad Missam votivam pro sponso et sponsa celebrandam; cum enim juxta rubricas Missalis et decreta supra citata in diebus, quibus Missa votiva pro sponsis prohibetur, dicenda sit Missa diei, sequitur Missam votivam pro sponsis non absolute necessariam esse ad benedictionem nuptiarum; adeoque sacerdotem, habita saltem causa rationabili, posse dicere aliam Missam sive diei, sive votivam cum commemoratione nuptiarum, etiam in diebus, in quibus Missa pro sponsis permittitur. Causa rationabilis erit, si sacerdos sit obligatus ad celebrandam aliam Missam votivam, cui obligationi, ut satisfaciat, eamdem dicere debet; et causa forte sufficiens erit, quandocumque sacerdos eleemosynam a sponsis non acceperit, quia tunc non obligatur ratione stipendii, nec ratione benedictionis nuptiarum, quae, ut dictum est, aeque valide in alia Missa fieri potest; excepta sola Missa defunctorum, in qua benedictio nuptiarum non potest fieri, sed potius transferenda est ad aliam diem (juxta decret. S. Rom. et univers. Inquis. de 1. Septemb. 1841). Ex eodem decreto sacerdos non tenetur Missam, quam pro benedictione nuptiarum celebrat, applicare pro sponsis, nisi ab iisdem eleemosynam accipiat. Ut autem Missa votiva pro sponso et sponsa gaudeat privilegio, requiritur, a) ut fiat causa benedictionis nuptiarum, et b) ut in Missa reliqua fiant, quae pro benedictione nuptiarum in ea habentur. Privilegia enim tantum concessa sunt causa benedictionis

nuptiarum; adeoque Missa, quae non dicitur causa benedicendi nuptias, quia sunt benedictae vel non benedicendae, nullo privilegio gaudere videtur. Quod autem reliqua fieri debeant, constat ex rubricis positis ante Missam pro sponso et sponsa, ubi haec connexa praescribuntur. Caeterum Missa nuptialis sive de die fieri potest vel sine cantu et solemnitate, ut Missa privata, vel pro devotione etiam cum cantu et solemnitate, servato semper ritu, qui eidem Missae convenit.

Hinsichtlich der Modalitäten der Feier der Brautmesse ist eine Erklärung der S. Rit. Congregatio vom 18. Februar 1818 normgebend, die also lautet: Per generale decretum die 30. Decembris 1783 editum et a fel. record. Pio Papa VI. confirmatum die 7. Januarii 1784 declaratum fuit: In celebratione nuptiarum, quae fit extra Dominicam vel alium diem festum de praecepto, seu in quo occurrat duplex 1. vel 2. classis, etiamsi fiat Officium et Missa de festo duplici per annum sive majori sive minori, dicendam esse Missam pro sponso in fine Missalis post alias Missas votivas specialiter assignatam; in diebus vero Dominicis aliisque festis de praecepto dicendam esse Missam de festo cum commemoratione Missae pro sponso et sponsa. Verumtamen cum interea nonnulla excitata fuerint dubia circa rubricam in hac celebranda Missa servandam et parochorum sensus sit varius, quippe quia aliqui eidem Missae hymnum angelicum adjiciendum censent, et Ite Missa est in fine, alii vero etiam Symbolum Nycaenum legendum putant, ea freti ratione, quod haec Missa ut solemnis et pro re gravi haberi debeat: ideo ad amputandas controversias et dubitationes, utque ab omnibus unus idemque conveniens ritus servetur, S. Rit. Congregatio re mature discussa declaravit atque decrevit, quod firma manente dispositione praefati decreti quoad designationem dierum, in quibus Missa votiva pro sponso et sponsa celebrari potest, eamdem esse votivam privatam (pro privato nempe nubentium bono), proindeque semper (sive celebretur cum cantu et solemnitate, sive privata tantum) legendam sine hymno angelico et Symbolo Nicaeno cum tribus Orationibus (et omnibus Commemorationibus, quae in Missa diei forent faciendae juxta dec. S. R. C. de 28. Julii 1832, n. 4542), prima videlicet ejusdem Missae votivae propria, ut habetur in fine Missalis, secunda et tertia Officii diei currentis, ut in rubrica tit. 7. n. 3. de commemorationibus (quae alias in Missa semiduplicis eodem tempore primo et secundo diceretur), Benedicamus Domino in fine et ultimo Evangelio S. Joannis (idque fieri debet, sive Officium diei sit duplex, sive ritus inferioris). Facta autem relatione S. D. N. Pio VII. p. m. Sanctitas Sua praefatum decretum approbavit, confirmavit mandavitque prelo tradi et publici juris fieri. Die 3. Martiis 1818. (Idque fieri debet, sive Officium sit duplex, sive inferioris ritus, quia ritus duplex non immutat naturam Missae votivae privatae.)

Was die Orationen und die Commemoration pro sponsis in jenen Fällen, wo die Votiv-Messe untersagt ist, anbelangt, so erwähnen wir folgende Bestimmungen der S. Rit. Congregatio: a) de 31. Augusti 1839. Quando nuptiae celebrantur tempore Adventus et Quadragesimae inhibetur commemoratio pro sponso et sponsa in Missa occurrente. b) An in Missa pro sponso et sponsa

dicenda diebus Rogationum earumdem commemoratio facienda sit? Sac. Rit. Congreg. die 28. Julii 1832 respondit: Affirmative juxta decreta generalia diei 20. Decembris 1783 et 3. Martii 1818. c) S. Rit. Congreg. die 20. Aprilis 1822 decrevit: Missam votivam pro sponso et sponsa dici non posse diebus festa duplicia omnino excludentibus, adeoque nec infra Octavam Epiphaniae et cujusvis alterius Octavae similiter privilegiatae ad instar illius Epiphaniae omnia festa duplicia (praeter illa 1. classis) occurrentia rejicientis; insuper declarans, quod si diebus ut supra exceptis benedicendae sint nuptiae, dicendam tunc esse Missam de die cum commemoratione nuptiarum sub distincta conclusione etiam in festis 1. (exceptis Vigilia et festo Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Missa solemni Ascensionis et Corporis Christi, in quibus videtur ommittenda, ut opinatur de Herdt) et 2. classis (licet nulla alia commemoratio successiva occurrat), idque primo loco post alias commemorationes a rubrica praescriptas (et ante orationes a Superiore imperatas et alias, quae forte pro lubitu adduntur), si quaedam occurrunt (cf. Höflinger, brev. instruct. pag. 17). In der Votiv-Messe pro sponsis sind demnach drei Orationen zu nehmen, die erste aus der Votiv-Messe, die zweite de die, die dritte ist jene, die in der Messe de die die 2. Stelle einnimmt. Trifft diese Messe an den Bittagen, so ist eine Commemoration de Rogationibus zu nehmen. An den Tagen an denen es untersagt ist, die Votiv-Messe pro sponsis zu nehmen, celebrirt man die Messe des Tages und nimmt auch in festis 1. et 2. classis sub distincta conclusione die Commemoration pro sponsis. Sind noch andere Commemorationen zu nehmen, so erhält die pro sponsis in der Regel den zweiten Platz und die übrigen folgen in der durch die Rubriken vorgezeichneten Ordnung. Die Eichstädter Pastoral-Instruction fügt hinzu: Denique notamus, omnibus sacerdotibus stricte et sub poena Nobis arbitraria prohibitum esse, ne in Missa ejusmodi SS. Sacramentum exponere audeant.

Schließlich frägt de Herdt, an benedictio nuptiarum infra Missam, prout in Missali habetur, pro pluribus nuptiis simul conferri possit? Er antwortet: Inspectis precibus Missalis, quae in oratione Deus, qui potestate etc. in singulari proponuntur et non notantur in plurali umquam applicandae, dicendum videtur, benedictionem tantum pro uno sponso et sponsa fieri posse; sed cum benedictio nuptiarum sit functio parochialis et parochus, licet benedictionem alii sacerdoti committere possit, ad hoc tamen nullibi obligatur: dicendum est, parochum, ut pluribus nuptiis eodem die occurrentibus benedictionem infra Missam conferre possit, eam pro pluribus simul instituere posse et debere, orationes tamen non dicendo in plurali, sed recitando, prout in Missali ponuntur; quae tamen, licet singulariter dictae, de unoquoque seorsim sumtae intelliguntur, praxis instar, quam Ecclesia servat in divino Officio plurimarum Virginum, in quo numerus singularis etiam retinetur. Pari ratione benedictio nuptiarum extra Missam pluribus simul impertiri potest.

Die Eichstädter Pastoral-Instruction erwähnt, wie wir oben §. 276 gesehen, das Decret der S. C. Inquis. vom 1. September 1841, welches dahin lautet, »posse in eadem Missa plures sponsos benedici;« mit Beziehung auf dasselbe

Decret wird in der erwähnten Instruction ferner bemerkt: Quando plures copulantur simul, accepto primum singulorum consensu et rite celebratis singulis matrimoniis dictaque pro singulis forma: Matrimonium inter vos contractum Deus confirmet etc., nihil obstat, quominus benedictiones annulorum et reliquae benedictiones infra eamdem Missam fiant in communi per verba generalia.

§. 278. Unzulässigkeit der Nuptial-Benediction in einzelnen Fällen, insbesondere bei zweiten Ehen.

Die kirchliche Gesetzgebung und Sitte bringt es mit sich, daß die im vorigen Paragraphe besprochene Nuptial-Benediction in einzelnen Fällen unterlassen werde. Die Eichstädter Pastoral-Instruction lehrt hierüber Folgendes: Benedicuntur a) nuptiae primae ex parte viri et mulieris, sive mulier sit virgo sive corrupta (S. C. C. 2. Octob. 1593); b) ex consuetudine hujus dioecesis etiam nuptiae primae ex parte tantum mulieris (quodsi mulier nemini umquam nupserit, sed jam alias nupserit vir ejus, nuptiae benedicantur, ubi talis est consuetudo). Benedictio autem non est conferenda a) nuptiis secundis ex parte viri et mulieris; b) nuptiis secundis ex parte solius mulieris (S. C. C. 13. Martii 1761); c) nuptiis tempore clauso celebratis. Dann heißt es dort über die Missa pro sponsis, quod dici non potest a) dum mulier est vidua; tunc tamen dici potest Missa de die, aut, si per rubricas licet, alia Missa pro devotione sponsorum absque tamen commemoratione nuptiarum; b) prohibetur tempore clauso, quo tum benedictio, tum Missa, tum commemoratio nuptiarum in Missa diei fieri nequit (vergl. §. 273); c) nec dici potest Missa pro sponsis aut commemoratio in Missa diei, si infra eamdem benedictio non fit, sed ritus benedictionis ab ea abstrahitur (S. R. C. in Limburg. 1853); privilegia enim huic Missae concessa sunt propter benedictionem infra eam faciendam; d) nec licet sponsos benedicere in Missa pro defunctis, sed potius transferenda est benedictio in aliam diem (S. C. Inquis. 1. Septemb. 1841). In die vero Commemorationis omnium fidelium defunctorum legi potest Missa pro sponsis, non vero alia votiva (S. R. C. die 7. Septemb. 1841). Endlich in Betreff der mit kirchlicher Dispens eingegangenen gemischten Ehen: Numquam benedictio matrimonii dicatur, nec Missa pro sponsis celebretur, sed si pars catholica Missam pro se dicendam exoptaverit, subjungatur Missa de die vel alia votiva juxta rubricas. Das Instructionale Herbipolen. erwähnt bloß: Benedictio sponsae numquam, nisi in feminis viduis ad secundas nuptias transeuntibus praetermittatur. Semel enim benedicta in primis nuptiis non porro benedicatur in secundis, et nondum benedicta in primis benedicatur in secundis.

Bei Scavini findet sich hierüber Folgendes: Vidua non benedicitur, etsi illius vir numquam mulierem duxerit. Es war die Frage gestellt worden: Si mulier est vidua, debetne ommitti Missa pro sponso et sponsa, ut ommittendae sunt benedictiones infra eam descriptae post Orationem dominicam et Ite Missa

est? Die Antwort lautet: »Si mulier est vidua non solum debet ommitti benedictio nuptiarum, sed etiam Missa propria pro sponso et sponsa« (S. R. C. 3. Martii 1761). Quodsi mulier nemini umquam nupserit, sed jam alias nupserit vir ejus, nuptiae benedicantur, ubi talis adest (prout in Novariensi dioecesi) consuetudo. Auch das Münchner Rituale verfügt: Caveat parochus, ne quando conjuges, qui in primis nuptiis benedictionem acceperunt, eos in secundis benedicat. Quodsi mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiae pro hujus Archidioecesis consuetudine nihilominus benedici possunt. Sed viduae nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit. Benedictio autem, so lehrt Scavini, non est concedenda: 1) tempore feriato et graviter peccaret parochus hoc tempore benedictionem concedens et sponsi eam recipientes; 2) extra Ecclesiam, quia illa benedictio nonnisi intra Missam fieri debet, quae extra Ecclesiam non est ordinarie celebranda; 3) non est danda extra paroeciam, sine expresso consensu parochi loci; quia esto, quod parochus valide et licite assistere possit matrimonio suorum parochianorum etiam extra dioecesim (quae assistentia consistit in illis verbis: ego vos conjugo): non tamen licite extra paroeciam suam sponsos benedicere; nam assistentia est actus quietus neminem laedens, sed benedictio est actus solemnis, qui saltem functiones et ordinem perturbat; 4) benedictio non est danda in probabiliori sententia conjugibus benedictis, licet postea detegatur nullum fuisse eorum conjugium; quia benedictio primario personam respicit. Daher werden wir am geeigneten Orte erwähnen, quod, qui sublato impedimento clam revalidarunt matrimonium, non tenentur Ecclesiae benedictiones ante revalidationem praemissas iterum recipere, quia semel receptae sunt, nec possunt sine scandalo repeti, nec sunt de matrimonii essentia. Dagegen zeigt die Instruction des Cardinals Caprara (p. 1. n. 1. vergl. 1. B. §. 64), daß, wenn es thunlich ist, die Nuptial-Benediction nachgeholt werden soll, obgleich viel früher eine giltige Ehe zu Stande gekommen war. De Herdt lehrt über die erwähnten Ausnahmsfälle: Prohibetur Missa votiva pro sponso et sponsa juxta decretum S. Rit. Congreg. de 31. Augusti 1839 n. 4722 tempore clauso, quoniam tunc locum habere nequit solemnis benedictio nuptiarum; ita ut tempore clauso nec Missa nec commemoratio pro sponsis in Missa diei fieri possit, et sicut benedictio, sic etiam Missa pro sponsis vel ejusdem commemoratio in Missa diei, saltem sine debita dispensatione, differenda sit, donec tempus clausum elapsum sit, quando Missa eodem modo et iisdem diebus celebrari potest, ut dictum est.

Eine etwas genauere Besprechung bedürfen die nuptiae secundae, hinsichtlich deren Sanchez (lib. 7. disp. 81) lehrt: Veritas catholica est, secundas et ulteriores nuptias, prioribus solutis licitas esse ac verum Sacramentum (bigamiam ergo successivam licitam esse, cum simultanea illicita et invalida sit). Probatur ex cap. 7 ad Roman. et 1. Corinth. 7. Quem locum expendens S. Augustinus (lib. de bono vidual. c. 12) animadvertit, non dixisse Paulum, si dormierit primus vir aut secundus aut tertius, sed indefinite. Probatur porro ex 1. Tim 5. (Volo juniores nubere). Concilium Nicaenum c. 8. petit a Novatianis redeuntibus ad Ecclesiam, ut fateantur, se communicaturos cum his, qui ad secundas

nuptias transierant. Concilium Florentinum (instruct. pro Armen.) secundas et quasvis ulteriores nuptias approbat; cap. 1 et cap. vir, de secund. nupt. eas licitas esse supponit, et tantum illis denegatur benedictio, quando saltem alteri conjugi in priori matrimonio impertita est ac repetita in vilipendium sit. Universalis Ecclesiae consuetudo approbat (can. penult. et fin. C. 31. qu. 1. et can. Aperiant. ibid.). Nam cum primae nuptiae morte penitus dissolutae sunt, nullum possunt aliis legitime ineundis impedimentum praestare; id enim constat ex primario matrimonii fine, qui est sobolis procreatio, fieri enim potest, ut matrimonium prius ea careat. Accedit alius matrimonii finis, qui consistit in temperamento ardoris concupiscentiae; quod temperamentum in viduis saepe necessarium est ob copulae consuetudinem. Sunt denique Sacramentum, cum omnia ad Sacramentum necessaria praesto sint, scilicet personae legitimae (debita materia remota), expressiones consensuum (materia propingua et forma). In can. hac ratione C. 31. qu. 1. et can. quomodo, et de his, ibid. non damnantur secundae nuptiae, quod illicitae sint, nec per se reprobantur, sed per accidens, ob nimiam concupiscentiam et intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficiscitur et ob hanc intemperantiam imponitur poenitentia.

Denselben Beweis führt Martin, indem er sich auf das Concilium Lugdunense 2. beruft, wo es heißt: »Soluto legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit (Ecclesia Romana), si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat.« Dann auf das Concilium Florentinum (in speciali decreto ad Armenos): »Declaramus non solum secundas (nuptias), sed et tertias et quartas atque ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstet, licite contrahi posse.« Definitio ista, so erläutert Martin, utpote dogmatica est universalis ac perpetua, et ex ea de fide est, secundas et ulteriores nuptias licite, proindeque etiam valide contrahi, si non obstat impedimentum canonicum et quidem sic contrahi omni tempore et in omni loco. Ergo semper et ubique istud verum fuit et erit. Praedicta Concilii Lugdunensis declaratio reperitur in ipsa confessione Fidei, quam Gregorius PP. X. ad Imperatorem Constantinopolitanum, Michaelum Palaeologum miserat ab eo amplectendam. Quod aliquis illo tempore vigeret apud Graecos error circa nuptias illas, et quisnam iste foret, sat manifestum est ex Imperatoris Basilii Macedonis novella nono saeculo prolata, exstante L. 2. Juris orientalis, cujus hic est titulus: Non licere ad quartas nuptias transire. In ea refert Imperator ille, »priscis scriptam legem fuisse, imo a Justiniano confirmatam, per quam usque ad quartas nuptias iis, qui volunt, matrimonia protenduntur, se vero (ait), ne priscis legibus acquiescat, lege divina impediri, quapropter matrimonium quartum ita vetare, ut etiam tertium ad ecclesiasticos Canones ableget.« Tandem in fine hujus Constitutionis seu Novellae ita statuit: »Manifestum omnibus esto, quod si quis ausus fuerit ad quartas nuptias accedere, non solum pro nullis habebuntur hae nuptiae, nec liberi ex iis procreati pro legitimis agnoscentur, verum etiam ipse poenis pollutorum scortationis sordibus subjicietur, ejusmodi videlicet personis a se invicem separatis.« In qua lege tria occurrunt: a) Imperator ille errorem

Fidei catholicae adversum enunciat aut supponit, dicendo, se lege divina impediri, ne quartas nuptias permittat, quod idem est, ac si dicatur, nuptias istas esse lege divina prohibitas. b) Tertias nuptias ipse prohibet, quas prohibuit etiam filius ejus et successor, Imperator Leo Sapiens, qui Constitutiōne a se edita, in Jure orientali 90, statuit, ut, qui tertias nuptias contrahunt, poenis ecclesiasticis subjiciantur. c) Quartas nuptias dirimit, irritasve ac nullas facit lege sua civili, quantum potest lex civilis conjugium irritare. Jam prima pars articuli supradicti Concilii Lugdun. de nuptiis secundis et ulterioribus ex Jure divino licitis certe posita fuit ex voluntate et proposito primum illum Graecorum errorem damnandi; altera pars: Si impedimentum canonicum etc. posita fors est ad errorem alterum de civili impedimento quartas nuptias quoad vinculum irritante et de Principis in contractum ipsum conjugalem potestate reprobandum. Concilium Florentinum articulum suum Lugninensi omnino similem ideo Armenis opposuit, quoniam nonnullos asseritur quartas nuptias tamquam condemnatas respuere. Porro error iste Armenorum videtur idem fuisse ac Graecorum, eamdemque habuisse originem, eo quod illorum saltem permulti ditioni ac legibus Imperatorum Constantinopolitanorum subjecti essent, quo tempore lex illa Basilii prodiit.

In dem apostolischen Schreiben v. 4. Mai 1745 an die Missionäre in Egypten bemerkt Benedict XIV, hinsichtlich der Kopten, die man als Kinder zu Diaconen geweiht hatte, und die nach zurückgelegtem 16. Lebensjahre erklärten, nicht im ehelosen Stande verharren zu wollen, daß sie sich giltig verehlichen können. Nec turpe videri debet, so fügt er bei, nec indecorum, Diaconis a quavis ecclesiastica lege solutis aditum ad iteratas nuptias aperiri. Pro libertate secundi matrimonii clamant Sacrae Litterae et Doctoris gentium saluberrima consilia. Ad feminas sermonem instituens Apostolus (Rom. 7): »Si autem, inquit, mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.« Et in 2. Corinth. 7: »Dico autem non nuptis et viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego. Quod si non se continent, nubant, melius est enim nubere, quam uri.« Demum 1. Tim. 5. florentis aevi viduas denuo ad matrimonium et ad sobolem procreandam adhortatur, ne forte in contemtum castitatis sordibus incontinentiae coinquinentur. Qua freti auctoritate Orientalis Ecclesiae Patres graviter erroris arguunt et tamquam haereticos damnant, qui putant post primae uxoris obitum nefas esse, ad secunda vota transire, ut videre est apud Petrum Arcudium de concordia Ecclesiae occidentalis et orientalis (l. 7. c. 27).

Allein eine andere Frage ist es, ob die zweite Eheschließung nach Lage der canonischen Gesetze durch die Gewährung der Nuptial-Benediction geehrt werden dürfe? Auf diese Frage antwortet Sanchez (lib. 7. disp. 28.) in Folgendem: Verior sententia sic distinguit; si uterque vel alter conjux in primis nuptiis benedictionem accepit, non est secundis nuptiis benedictio impertienda; secus autem, si neuter conjux in primis nuptiis benedictionem acceperit. Probatur ex cap. 3. de secundis nuptiis. Si unus ex conjugibus fuit alias benedictus, non

debent conjuges de novo benedici.« Urbanus III. Vigilien. Episcopo: »Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens non debet a presbytero benedici; quia, cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.« Ergo unum idemque est ex hoc cap., sive vir sive mulier benedicti sint; et hoc est verum, licet mulier sit corrupta, quia solae secundae nuptiae ponderantur. Ratio est, ne iteretur benedictio in persona semel benedicta, cum in illa benedictio maneat et neuter conjux absque altero benedici valeat. Dedecere enim videtur, ut solennes rerum aut personarum benedictiones, quales sunt consecratio Ecclesiae, altarium, virginum, nuptiarum in eadem persona iterentur, ne vilipendantur. Ita eam rationem reddit textus: Cum alia vice benedicti sint. Nec dixit in numero plurali, quasi benedictio unius alteri communicetur, sed ad comprehendendum, sive vir sive mulier benedictionem receperint. Quodsi in Concilio Tridentino simpliciter constituitur, nuptiis esse benedicendum, id intelligitur de primis, aut si de secundis, intelligitur de casu non prohibito per Jus canonicum.

Si porro consuetudinem circa secundarum nuptiarum benedictionem attendere velimus, in antecessum notamus, verius esse, quod ad valorem consuetudinis nec in Sacramentalibus desideretur scientia Pontificis, sed possit eo ignorante legitime induci consuetudo, quae legem aboleat et ab ejus transgressionis culpa excuset (cap. fin. de consuetud.). Quodsi porro ulterius quaeratur, quid circa hanc rem habeat consuetudo? alii dicunt, quasi ubique servari, ut secundis nuptiis, quae tales sunt ex parte utriusque conjugis aut solius mulieris, benedictio minime conferatur; secus si solum sint secundae nuptiae ex parte viri, quamvis in priori matrimonio benedictio suscepta esset a viro illo. Alii dicunt, praxi receptum esse, ne secundis nuptiis benedictio impertiatur, si uterque conjux aut femina sola benedictionem in priori conjugio recepisset. Hoc consentit cum priori; nam quando priores nuptiae omnino benedictione destitutae fuerant, non erat curandum de consuetudine, cum ipsum jus in eo eventu benedictionem permittat. Tandem alii censent, consuetudine servari, ut semper conferatur benedictio secundis nuptiis, qualitercumque sint secundae, ubi alteruter conjux benedictionem minime suscepit sive sit vir sive sit femina, ac proinde attenta consuetudine hodierna solam secundarum nuptiarum benedictionem interdici, si uterque conjux illam susceperat in alio conjugio. Ratio est, quia in alio eventu non censetur proprie ea benedictio iterari, cum per se solum impendatur ratione conjugis numquam benedicti, et per accidens ratione socii, ne ille benedictione destitutus maneat, et cum illi absque socio, quem matrimonium necessario desiderat, conferri nequeat, datur etiam socio. Quae consuetudo approbata est in Extravag. Concertationi Joannis XXII. nondum typis excusa (apud Perez): »Concertationi antiquae finem imponere cupientes praesenti declaramus edicto, quod licet vir vel mulier ad secundas nuptias transiens benedici non debeat, cum alias sit benedictus: contrahens tamen secum benedici debebit. Quia si forsitan alter eorum vel ambo ad secundas nuptias transeuntes in primis benedicti non fuerunt, danda erit benedictio in secundis.« Et hoc servandum esse censeo, quia

haec Extravagans jus constituit, et in dubio jus servandum est, dum non constat de contrario praecepto per consuetudinem inducto. Ea autem consuetudo, ut secundis nuptiis benedictio impendatur, ubi alter solus conjux in primis benedictionem accepit, quamvis excuset a transgressione Juris communis (cap. vir, de secund. nupt.), interdicentis eam benedictionem: non inducit tamen praeceptum, sed possunt tunc benedictiones ommitti juxta Juris communis praescriptum. Nam non eo rigore inducta est consuetudo, ut obligationem pariat.

Si priores nuptiae, in quibus uterque conjux benedictionem accepit, reperiuntur irritae, benedictio in posterioribus non est repetenda, sicut non iteraretur, si fuissent priores nuptiae validae, in quibus ambo volentes contrahere benedictionem acceperunt, sive sint iidem, qui inter se invalide contraxerant, et sublato jam impedimento velint restaurare prius illud matrimonium, sive uterque aliud matrimonium irritum iniisset recepta benedictione et nunc inter illos aliud matrimonium celebretur. Ratio est, quia benedictio non proprie respicit nuptias, sed personas, nec semel recepta iterum admittitur. Objiciunt quidem, quod, deficiente principali, deficit accessorium. Verum ea regula tunc est vera, si veritas accessorii pendet ex principali, quod hic non contingit; nam benedictio non impenditur nuptiis, sed personis (cap. Vir, de secund. nupt.). Si nuptiis proprie impertiretur benedictio, non diceretur repetita in secundis, quae prorsus diversae sunt. Ergo licet nuptiae irritae fuerint, benedictio suum valorem et effectum sortita est. Ad objectionem, quod intentio prioris benedictionis defecit, respondetur, quod, etsi intentio nuptiarum deficiat, non tamen deficiat intentio benedictionis; nam eam impertiens et recipiens intentionem habuerunt et benedictio valida fuit.

Cap. 1. de secund. nupt. inscribitur: »Secundae nuptiae non benedicuntur et benedicens puniendus est.« Ibidem Alexander III. (an. 1175): »Capellanum, inquit, (quem benedictionem cum secunda constiterit celebrasse) ab officio beneficioque suspensum cum litterarum tuarum testimonio ad Sedem Apostolicam nullatenus destinare postponas.« Frequentior et verior sententia est, eam suspensionem non esse poenam ordinariam hujus delicti, quod adeo enorme non est. Quare intellige cap. 1. de secund. nupt., quando impenditur benedictio secundis nuptiis, nondum dissoluto priori matrimonio, sed initis priori conjuge superstite, vel si sermo est de benedictione matrimonii legitime contracti, die Pontificem Alexandrum III., statuisse illam poenam in facto illo speciali. Ordinarie itaque imponenda est poena arbitraria. Caeterum illa ipsa suspensio, de qua sermo fit in cit. cap., est suspensio ferendae sententiae, quasi dicat Pontifex Episcopo: »ipsum suspende et ubi suspenderis, a solo Pontifice potest absolvi.« Verum etiam haec reservatio sublata est per citatam Extravagantem Joannis XXII. Concertationi.

Das römische Rituale enthält (de Sacram. matrim. tit. 7. cap. 1. n. 15.) hierüber die nachstehende Weisung: »Caveat parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea viget consuetudo, ut,

si mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiae benedicantur, ea servanda est. Sed viduae nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.« Der Ritualist Catalanus bemerkt zu dieser kirchlichen Anordnung: Etsi matrimonia a liberis personis legitime inita receperit semper probaveritque Ecclesia tamquam vera et indubitata Sacramenta, ipsius tamen desiderium fuit, ut nonnisi virgo virgini nuberet, secundasque nuptias ut certa incontinentiae signa aegre tulit. Vir doctissimus Joannes Cotelerius probat, secundas nuptias nonnisi certis legibus et conditionibus alicubi fuisse permissas, et a) quidem, ut relicta nonnisi integro ab obitu mariti anno evoluto nuberet (vergl. 3. Bd., §.192); b) ut uxorem ducturus viduam absque sacerdotis consensu non duceret; c) ut bigami ipsi non solum benedictione coronaque nuptiali, sed etiam Ecclesiae eleemosynis privarentur; d) ut publicae subjicerentur poenitentiae et ab ecclesiastica Communione aliquanto tempore excluderentur. Sed hisce ommissis statuerunt majores nostri, ut secundo nubentibus benedictio nuptialis denegaretur. In tit. 21. Decretalium de secundis nuptiis in cap. Vir autem Urbanus Papa III. Vigiliensi Episcopo rescribens rationem adfert: »quia cum alia vice benedicti sunt, eorum benedictio iterari non debet.« Aliam rationem reddit S. Thomas (in 4 sentent. dist. 42. qu. 3. art. 2. ad 2.), quia secundum matrimonium, quamvis in se consideratum sit perfectum Sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum, habet aliquid de defectu Sacramenti, quia non habet plenam significationem, cum non sit una unius, sicut est in matrimonio Christi et Ecclesiae, et ratione hujus defectus benedictio secundis nuptiis subtrahitur. Subdit tamen S. Doctor, hoc esse intelligendum, si secundae nuptiae sunt secundae ex parte viri et ex parte mulieris tantum. Si enim virgo contrahat cum illo, qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiae benedicantur; salvatur enim aliquomodo significatio etiam in ordine ad primas nuptias, uti idem S. Thomas latius explicat. Porro monitum velim lectorem, ne ex poenis superius memoratis, quibus majores nostri subjecerunt secundas nuptias contrahentes, inde arbitretur, secundas ulterioresve a morte prioris conjugis nuptias illicitas esse atque damnatas. Fuit enim hic error Montanistarum aliorumque haereticorum, quos Ecclesia catholica merito damnavit docens, secundas nuptias et tertias ac quocumque numero ulteriores et veras esse nuptias et secundum se licitas atque honestas.

Was ferner die Worte der Rubrik des römischen Rituales: »Caveat, ne in secundis nuptiis benedicat« zu bedeuten haben, erklärt Papst Benedict XIV. (de Synod. dioeces. lib. 8. cap. 13. n. 7): Secundae nuptiae, quamquam valide et licite contrahantur, quidquid in contrarium sentiant aliquot Orientales; attamen prohibentur benedici tam apud Latinos, ut habetur cap. 1. de secund. nupt., quam apud Graecos. Verum secundae nuptiae non sunt quidem benedicendae ea solemni benedictione, quae continetur in speciali Missa pro sponso et sponsa, quam nullus umquam dixit pertinere ad essentiam Sacramenti matrimonii, sed ut validae sint, contrahi debent coram parocho, qui eodem plane ritu, eademque verborum formula (qua in primis nuptiis utitur) illis bene precatur. Non ignoramus, Glossam canonicam adnotasse, ideo secundas nuptias non esse be-

nedicendas, ne Sacramenta iterentur, sed nomine Sacramenti intellexisse arbitramur Sacramentale, quod licet in se spectatum semper iterari queat, hic tamen obstat specialis ratio, ne iterari permittatur, siquidem, ut scite atque ad rem ponderat S. Thomas, quamvis secundum matrimonium verum Sacramentum sit, deficit tamen ab illa perfecta significatione unionis Christi cum Ecclesia, quae cum fuerit et sit unius cum una, melius et perfectius repraesentatur per primum; propter hunc autem significationis defectum Ecclesia denegat secundis nuptiis eam solemniorem benedictionem, quam primis impertitur. Daher verfügt Benedict XIV. quoad Italo-Graecos in dem apostolischen Erlasse Etsi Pastoralis vom 26. Mai 1742: Quia secundum Apostolum mulier mortuo viro ab ipsius est lege soluta et nubendi, cui vult, in Domino liberam habet facultatem, secundas et tertias et ulteriores etiam nuptias Graeci non condemnent, sed illas tamquam legitimas et validas approbent inter personas, quae alias licite de Jure ad invicem matrimonio jungi possunt. Secundo tamen nubentes presbyteri nullatenus benedicant, nec ipsos bigamos ad sacros Ordines sine speciali dispensatione Apostolica promoveri liceat.

De Herdt erläutert die Sache also: 1) Nuptiae primae ex parte viri et mulieris de praecepto benedici debent (Baruffald. tit. 42. n. 71. Cavall. tom. 4. cap. 15); sed tantum sub veniali (juxta Quarti de benedict. tit. 3. sect. 11. dub. 1. n. 205). 2) Nuptiae primae ex parte mulieris et secundae ex parte viri non debent benedici, quia, cum secundae nuptiae deficiant a plena Sacramenti significatione, quae est unio Christi cum Ecclesia, seu unius sponsi cum unica sponsa Ecclesia, non debet illis applicari benedictio instituta ab Ecclesia ad declarandum praedictum mysterium unionis Christi cum Ecclesia; sed tamen ubi viget ea consuetudo, has nuptias benedicendi, ea servanda est juxta Rituale romanum; quia cum benedictio proprie cadat super mulierem, haec eadem indiget, ut aliquomodo effugiat minas antiquas Evae matri omnium viventium illatas (Genes. 3.), utque Dei benedictione fruatur (ita Baruffald. et Cavall.). 3) Nuptiae secundae ex parte mulieris, licet primae ex parte viri, non possunt benedici, quia mulier, super quam proprie cadit benedictio, in primis nuptiis fuit benedicta. Notandum praeterea: a) Dum dicitur benedictio in secundis nuptiis mulieris non esse conferenda, id intelligendum est non tantum de benedictione Missalis infra Missam facienda, sed etiam de benedictione, quam praescribunt Pastoralia belgica post traditum annulum extra Missam facienda, uti expresse notatur in Pastor. Brug. Torn. Gand. et Leod. Si tamen quaedam preces pro secundis sponsae nuptiis praescribantur, hae loco benedictionis post traditum annulum recitandae sunt. Dici non potest Missa pro sponso et sponsa, dum mulier est vidua seu semel benedicta ex decreto S. Rit. Cong. 3. Martii 1761. Tunc tamen dici potest alia Missa votiva pro devotione sponsorum, si per rubricas liceat, vel Missa conformis Officio absque commemoratione nuptiarum. b) Dum dicuntur nuptiae secundae ex parte mulieris non esse benedicendae, subintelligendum est, mulierem in primis nuptiis fuisse benedictam; si enim non fuerit benedicta, quia v. g. post nuptias ante receptam benedictionem vidua facta est, cum postea iterum nubit, benedicenda est (Cavall.). c) Nihil refert ad bene-

dictionem, an mulier sit virgo, nec ne, seu corrupta; qualiscumque enim sit, modo non sit benedicta in praecedentibus nuptiis, semper est benedicenda (S. Congreg. Concil. 2. Octob. 1593 apud Cavall.). Si nuptiae primae fuerint invalidae, benedictio tamen in secundis non videtur iteranda, quia illa proprie non respicit nuptias, sed fertur in personas, in quibus permanet, ut patet ex secundis nuptiis, quas mulier contrahit, quae non sunt benedicendae, quia mulier fuit et manet benedicta; id etiam confirmatur ex Pastoralibus belgicis, quae generaliter statuunt, quod mulier, quae semel est benedicta, non sit iterum benedicenda. Quidam tamen contrarium sentiunt (Cavall. tom. 4).

Ganz allgemein faßt die Sache Monacelli, indem er schreibt: Benedictio sponsorum est danda, quando contrahentes ambo non fuerunt alias uxorati, vel mulier non sit vidua, vel non contrahatur matrimonium tempore ab Ecclesia prohibito cum Episcopi dispensatione et in his casibus nihil in partita (in der Aufschreibung des Trauungsaktes in der Copulations-Matrik) de benedictione, sed exprimitur causa, cur non fuerunt benedicti. Daß die Segnung der Ringe in secundis nuptiis keinem Anstande unterliege, ist bereits §. 272 angedeutet worden. Wir schließen mit den Bemerkungen, die von Probst (Verwaltung der hochheiligen Eucharistie S. 667) gemacht werden. Die Lesung der Messe pro sponso steht jedoch in keiner solchen Verbindung mit dem Sakramente der Ehe, daß sie nicht unbeschadet der Giltigkeit desselben weggelassen werden könnte. Sie ist aber, sofern sich in ihr die Benediction der Ehe fortsetzt und vervollständigt, eine Feier, die die Festlichkeit der Eheschließung erhöht und die Freude und den Segenswunsch der Kirche über den Ehebund ausdrückt. Darum wird sie bei der Eingehung von Ehen gelesen, welchen die Kirche ihren Segen auf eine ausgezeichnete Weise durch die Benediction ertheilt. Das ist aber in erster Linie die Ehe eines Jünglings mit einer Jungfrau und in zweiter die Ehe einer ledigen Mannsperson (gleichviel ob Jüngling oder Witwer) mit einer Jungfrau. Wäre jedoch die Braut eine Witwe, so wird diese Messe nicht gelesen, wenn der Mann auch noch nie verehlicht war Daß die in Rede stehende Votiv-Messe für eine deflorirte Frauensperson (oder für eine solche, quae ob pravam agendi rationem famam amiserit) nicht zu lesen sei, zeigt schon die Farbe des Meßgewandes in der Messe pro sponsis; die Farbe ist weiß, quia supponitur in sponsa benedicenda carnis integritas. Diese Ansicht ist jedoch (wie wir oben gesehen haben) nicht zweifellos, da die einschlägigen kirchlichen Vorschriften immer nur de vidua sprechen. Sicher aber wäre es sehr rathsam, wenn eine Gefallene so gestraft würde, da der moderne Staat jede bürgerliche Strafe der Sünde der Unzucht für inhuman erklärt hat. Freilich müßten dann die Gläubigen über die Votiv-Messe pro sponso et sponsa und über ihre Bedeutung belehrt werden. Das Breslauer Diöcesan-Rituale verfügt: Viduae nuptias non benedicat parochus, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit, aeque ac gravidas sponsas, nec non illas, quae partum jam ediderunt; die Beobachtung dieser Bestimmung ist unter dem 1. März 1855 dem Clerus der Breslauer Diöcese eingeschärft worden.

Es scheint nicht überflüßig beizufügen, was hinsichtlich der zweiten Ehen das Provinzial-Concilium der Maroniten vom J. 1736 verordnet. In nup-

tiarum solennitate nonnisi virgines coronantur juxta Rituale Ecclesiae nostrae. Idem ritus servari solet quoad sponsam, si haec virgo fuerit, ejusque sponsus virgo et sponsa fuerit vidua. Pro viduis autem omnino servetur ille ritus, qui in eodem Rituali praescribitur; quod quidem matrimonium, bigamorum scilicet, ne praesentia sua firmarent, sacerdotibus olim prohibuit Concilium Neocaesareense (can. 7.) his verbis: Presbyteris in nuptiis bigami prandere non convenit; quia quum poenitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis possit praebere consensum? et Concilium Laodicaenum (can. 1.) laicis secundas nuptias celebrantibus poenitentiam praescribit: De his, qui secundum ecclesiasticam regulam libere ac legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, ut parvo tempore transacto, vacent orationibus et jejuniis; quibus etiam juxta indulgentiam Communionem reddi decrevimus. Et S. Basilius (epist. ad Amphiloch. can. 4.) annum poenitentiae in bigamis definivit. Tertias autem nuptias idem Sanctus Doctor irritas censuit, inquiens: Digni non sunt, qui a bigamiae censura exciderunt, ut vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Quartas denique nuptias, permissis tantum tertiis, non solum illicitas, sed etiam nullas et invalidas declaravit Basilius Macedo Imperator (Nov. non licere ad nup. transire L. 2. jur. oriental.): Si quis ausus fuerit ad quartas nuptias accedere, non solum pro nullis habeantur hae nuptiae, nec liberi ex his procreati pro legitimis agnoscantur, verum etiam et poenis pollutorum scortationis sordibus subjiciantur. Id ipsum confirmarunt Episcopi graeci convocati ad Concilium a Constantino, Leonis Sapientis filio, in eo decreto, quod de quarto hujus Leonis, Basilii Macedonis filii, matrimonio edixere: Ac proinde sententia judicioque communi decernimus, ne ab hoc anno praesenti quartas nuptias ullus contrahat, sed ut prorsus eae rejiciantur. Quod si quis ad ejusmodi conjugium progredi decreverit, ab omni coetu ecclesiastico seclusus esto, et ab ipso in Sanctam Aedem ingressu tantisper alienus, donec in hoc conjugio permanserit. Nos vero, qui Laodiceni et Neocaesareensis canones de bigamorum matrimonio in eo duntaxat sensu intelligimus, ut per illos solennis virginum coronatio et nuptialia post coronationem convivia excludantur, quique sanctae Romanae Ecclesiae, omnium Ecclesiarum Matris et Magistrae morem et doctrinam sequimur, nec secundas, nec tertias aut quartas, ulterioresque nuptias damnamus, sed personis liberis tam viris quam feminis nullo alioquin vinculo aut impedimento adstrictis, ut in Domino possint nubere, secundas, tertias, quartas, ulterioresque nuptias permittimus. Apostolus enim (1 Timoth. 5, 14) de viduis junioribus loquens: Volo ego, inquit, juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia; et alibi ait (1. Cor. 7, 39): mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit, quodsi dormierit vir ejus, liberata est; cui vult, nubat, tantum in Do-

mino. Ubi numerum nuptiarum non definit, neque distinguit inter eam, quae uni nubat, et illam, quae duobus aut tribus aut quatuor successive viris copulata est; sed rem mulieris viro orbatae arbitrio permittit, et ut nubat, cui vult, in Domino concedit; id quod de viris etiam uxore viduatis pari ratione intelligendum est, prout intelligit Sancta Romana Ecclesia, cujus doctrinam Hieremias s. m. Patriarcha noster e Concilio Lateranensi sub Innocentio III. in Syriam reversus, hac in parte, quoad tertias, et quartas ulterioresque nuptias nationem nostram sequi jussit. (Vergl. Carrière, Compend. de matrim. p. 59. n. 67.)

§. 279. Andere Gebräuche bei und aus Anlaß der Eheschließung.

Das heilige Concilium von Trient erwähnt (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1) noch andere Gebräuche und Ceremonien, die in einzelnen Kirchenprovinzen üblich sind, und die, falls sie löblich erscheinen, beibehalten werden sollen. Caeterum, so heißt es dort, si quae provinciae aliis ultra praedictas laudabilibus consuetudinibus et ceremoniis in celebrando matrimonii Sacramento utantur, eas sancta Synodus optat retineri. Auch die Anweisung f. d. g. G. Ö. erklärt §. 77: Hierüber (es ist die Rede davon, daß die Brautleute die heil. Sakramente der Buße und des Altars empfangen und vor Empfang des priesterlichen Segens im Gotteshause im selben Hause nicht beisammen wohnen sollen) und über Alles, was sonst noch beitragen kann, damit die Ehe in Gottesfurcht und mit christlichem Anstande eingegangen werde, sind die Anordnungen und löblichen Gewohnheiten jedes Kirchensprengels getreu zu beobachten.

Ueber die hie und da gebräuchlichen Vorgänge bei kirchlichen Trauungen schreibt der Ritualist Catalanus: Ritus aeque antiquus atque universalis fuit ille, dum cantaretur benedictio nuptiarum, expandendi velum purpureum in signum pudoris super sponsum et sponsam. Eum ritum recenset explicatque S. Isidorus, Hispalensis Episcopus (lib. 2. de offic. eccles. cap. 19): »Quod vero eaedem feminae, dum maritantur, velantur, scilicet ut noverint, se per haec viris esse subjectas et humiles, unde et ipsum velamen vulgo mavortem vocant, quia signum maritalis dignitatis ac potestatis est in eo. Caput enim mulieris vir est; licet deinde velentur, dum nubunt, ut verecundiam mulieris agnoscant, quia jam sequitur inde, quod pudeat. Unde Rebecca, cum ad sponsum duceretur (Genes. 24), simul ut eum conspexit, salutationem vel oscula sustinuit sed tamen statim sentiens, quid esset futura, pallio caput velavit. Obnubere enim velare dicitur, hinc etiam et nuptae dictae, quod vultus suos velent, unde et nubes dictae, eo quod terram aut aethera obtegant. Quod autem nubentes post benedictionem vittae invicem vinculo copulentur, videlicet ne compagem conjugalis unitatis dissipent. At vero quod eadem vitta candido purpureoque colore permiscetur, candor ad munditiam vitae, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo continentiae lex tenenda ab utrisque ad

tempus admoneatur et post haec reddendum debitum non negetur. Quod enim dicit Apostolus conjugatis: »Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi«, hoc ille candor vittae insinuat; quod vero subjungit: »Et iterum revertimini in id ipsum«, hoc purpureus color ille demonstrat. Ex quo addiscimus, ex Veteri Testamento manasse ritum ipsum in Ecclesiam. In Veteri quippe Testamento sic virgines a nuptis distinguebantur, quod hae, ut nomen ipsum nuptae sonat, colyptra aliqua vel flammeo, illae aperto et nullo velamine procedebant intectae. Itaque Rebecca, quae jam in nuptarum censu erat adscripta, ut primum in conspectum venit Isaaci, mariti sui, tollens cito pallium, operuit se (Genes. 24). Quid significet velamen illud mulieris nuptiale, indicat S. Paulus (1 Corinth. 11): »Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Ideo mulier debet potestatem habere supra caput propter angelos.« Velamen mulieris vocat Apostolus potestatem, graece ἐξουσίαν, quod quasi jugum quoddam sit, quod mulierum cervicibus injicitur, ad ostendendum potestatem in mulieres, earumque subjectionem viris suis, qui tot praerogativis, quot S. Paulus enumerat, imbecilliorem et humiliorem mulierum sexum longe antecellunt. Quantum vero ex Ritualibus constat, consuevit ut plurimum velum ipsum nuptiale, dum cantaretur in Missa nuptiarum benedictio, super sponsum et sponsam expandi, antequam Pax Domini diceretur (can. 7. et 8. C. 30. qu. 5.).

Ein anderer Gebrauch, der sich noch hie und da erhalten hat, besteht darin, daß der Bräutigam und die Braut Kränze auf ihren Häuptern tragen. Explicandus nunc alius est ritus pervetustus quoque ac celeber coronandi scilicet sponsos, quem etiam constat, ex Veteri Testamento esse desumptum. Sane in Cantico Canticorum (cap. 3) puellae Jerosolimitanae ad Salomonem nuptum spectandum his verbis vocantur: »Egredimini filiae Sion et videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius et in die laetitiae cordis ejus.« Apud Isaiam prophetam legimus hunc plane in modum: »Quasi sponsum decoratum corona.« Plecti consuevisse coronas hasce plerumque ex floribus aut herbis odoratis, caliculis v. g. rosarum, myrto, phylara, aliisque hujusmodi insertis et invicem implexis notavit Menochius. Sed ut de ritibus in christiana religione usitatis disseramus, teste Nicolao I., Pontifice Maximo, qui anno 858, ad Pontificatum evectus fuit, respondens ad consulta Bulgarorum sic ritum ipsum suo tempore servari solitum recenset: »Post haec autem de Ecclesia egressi coronas in capitibus gestant, quae semper in Ecclesia ipsa sunt solitae asservari« (vergl. §. 272).

Das Wiener Rituale enthält einen ritus pro benedictione Thalami, dann pro benedictione vini S. Joannis in solemnitatibus nuptiarum. In der mährischen Kirchenprovinz besteht der Gebrauch der Introduction der Braut nach der Eheschließung, für welchen das dortige Rituale einen eigenen Ritus (modum introducendi mulierem post nuptias) verzeichnet. Dieser Ritus besteht in Folgendem: Introductio sponsae non debet fieri, nisi quando sponsa est virgo. Sacerdos ergo Superpelliceo vel Alba et Stola indutus

accedat ad limen templi, ubi sponsa cum amicis illum praestoletur; ibique stans dicit: »Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit coelum et terram.« Darauf wird der 127. Psalm gebetet und mit Gloria Patri etc. beschlossen. Nun folgen vier Versikeln mit den entsprechenden Responsorien, dann drei Orationen, in denen Gott angefleht wird, ut benedicere dignetur hanc mulierem in templum sanctum Dei ingredientem, Eique servientem, ut custodiat eam ab hujus saeculi adversitate, det ei propositum mentis et corporis, ut Deo exhibeat pudicitiam castitatis, ut Dei imperio ab hac famula Ipsius humani generis hostis procul abscedat, fraudes diaboli procul absistant, omnis pollutio nequitiae evanescat, sit libera ab omni impugnatione phantastica, sit benedicta atque Dei voluntati subjecta, ut Deus institutis suis, quibus propagationem generis humani ordinavit, benignus assistat, et Ipso auxiliante servetur, quod Ipso auctore jugiter frequentatur. Darauf reicht der Priester der Braut die Stola mit den Worten: Ingredere domum Dei et adora Filium Virginis, qui tibi foecunditatem prolis tribuere dignetur. In den Verordnungen der Olmützer geistlichen Diöcesanbehörde, insbesondere in der vom 9. April 1753 wird hinsichlich dieser introductio mulieris post nuptias Folgendes vorgeschrieben: Cum sponsa post copulationem ad domicilium sponsi traducitur, in hac dioecesi introductio seu benedictio sponsae post nuptias ad parochum sponsi pertinere dignoscitur; worauf jedoch heut zu Tage wohl gar keine Rücksicht mehr genommen wird. Vor hundert Jahren ward diese Observanz selbst bei den Heiraten von Militärpersonen beobachtet (vergl. §. 282). Das Breslauer Diöcesan-Rituale enthält gleichfalls einen modus introducendi mulierem in Ecclesiam post consummatum matrimonium.

Das Münchner Rituale gibt folgenden Ritus der benedictio vini in solennitatibus nuptiarum. Sacerdos post Missam de sponso et sponsa, alba, stola, manipulo et casula, vel extra Missam superpelliceo et stola convenienti indutus, vino ante se posito, et vase, in quo continetur, aperto, stans in cornu Epistolae dicat: »Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit coelum et terram. Dominus vobiscum etc. Oremus. Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, bonorum omnium dator et conservator, qui inter reliquas creaturas tuas vinum in hominum sustentationem et laetitiam ex fructu uvarum prodire jussisti, quique per unigenitum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, in nuptiis in Cana Galileae aquam in vinum mirabiliter permutasti, et Sacramentum pretiosissimi Sanguinis ejusdem Filii tui in vini materia sanctificari fecisti: te supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam vini bene†dicere et sancti†ficare digneris, ut famuli tui et famulae ex eo gustantes animae et corporis recipiant sospitatem, et te omnium gratiarum largitorem sine fine collaudent. Per eumdem Christum D. n. Amen.« Aspergat aqua benedicta in modum crucis, nihil dicens. Postea vinum distribuitur per manus laicorum in mundo profano vase, primum quidem sponsis, tum aliis Christifidelibus, qui nuptiis intersunt, omnibus modeste gustantibus.

So sehr aber die Kirche die laudabiles consuetudines et caeremonias in celebrando matrimonii Sacramento in Schutz nimmt, so sehr war sie seit jeher bemüht, Mißbräuche und Unzukömmlichkeiten zu beseitigen, die sich bei der Ehe-

schließung oder aus Anlaß derselben im Laufe der Zeit eingeschlichen hatten. Der mehr erwähnte Ritualist sagt: In Concilio Tridentino et Rituali romano laudabiles quidem consuetudines et caeremoniae commendantur, non vero abusus et corruptelae vel superstitiones, quos aliquando in celebrationem matrimonii irrepsisse zelantissimi Praesules et Synodi conquesti sunt, omnemque diligentiam impenderunt, ut eos abolerent. S. Carolus (in Concilio 1. provinc. Mediolan.) districte parochis praecipit, ut usum illum in Ecclesia bibendi et fragendi cyathi et alia id generis, quae indecore fiunt, cum aliqui matrimonio junguntur, amplius ne adhiberi patiantur. Rursus in Concilio provinc. 2. disserte ait, ne parochus ulla cujusvis generis musica instrumenta adferri patiatur, cum sponsi in Ecclesiam conveniunt vel ad matrimonium contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem.

Im Allgemeinen verordnet das römische Ritual: Nuptiae, qua decet, modestia et honestate fiant; sancta enim res est matrimonium sancteque tractandum.« Hiezu bemerkt Catalanus: Conati sunt Episcopi variis Synodis abusus tollere, qui in celebrationem nuptiarum irrepserunt et quidem a priscis saeculis usque ad nostram hanc temporis faecem, quo solent nuptiae foedari potius conviviis, saltibus, scenisque turpibus, quam ornari. Fateri cogimur, abusum hunc antiquum a Gentilibus devolutum fuisse ad christianos, vigereque passim apud ipsos, tametsi adversus abusum ipsum sancti Patres et sacrae Synodi acriter invecti sint. Dolet sane S. Cyprianus (lib. de habit. virg.), quod quasdam virgines non puderet, »nubentibus interesse et in illa lascivientium libertate sermonum colloquia incesta miscere, audire, quod non decet, quod non licet, dicere, observari et esse praesentes inter verba turpia et temulenta convivia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur.« Pergit S. Antistes, vocatque nuptiarum festa improba et convivia lasciva, in quibus »diabolus blanditur, ut fallat, arridet, ut noceat, illicit, ut occidat.« Tanta erat convivii nuptialis licentia, ut S. Gregorius Nazianzenus hortatus sit Olympiadem, quae maritata erat, ne ad nuptiale convivium iret, ubi et perpotatur et infacetis facetiis indulgetur. Antiquum abusum conata est abolere Synodus Laodicena (can. 53), ubi statuit: »Quod non oportet Christianos ad nuptias venientes se turpiter et indecore gerere, sed modeste coenare et prandere, ut decet Christianos.« Potissimum debuisse Clericis hujusmodi convivia interdici, merito censet Agathensis Synodus anni 506, can. 39, ubi ita edixit: »Presbyteri, Diacones, Subdiacones vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his coetibus admisceantur, ubi amatoria cantantur et turpia, aut obscoeni motus corporis choris et saltibus efferuntur, ne auditus et obtutus sacris mysteriis deputati spectaculorum atque verborum contagione polluantur.« Licet itaque Christus Dominus cum matre et discipulis suis nuptiali convivio interesse dignatus fuerit, ob plures tamen rationes dedecet, ut Clerici et praecipue parochi ad illud accedant, uti per antiquos canones etiam prohibitum fuit. In gleicher Richtung verfügt das Münchner Rituale: Volumus, tam parochos quam alios Nostrae Archidioecesis sacerdotes a publicis conviviis nuptialibus abesse, nisi magna propinguitas san-

guinis aut alia rationabilis, eaque gravis causa illos excuset, aut a Nobis licentiam obtineant. Auch die Synodus provincialis Ruthenor. (Zamosciae. 1720) will bei der canonischen Visitation die Frage aufgeworfen wissen, an intersit parochus nuptiis et choreis et pariter cum rusticis compotationi cum scandalo vacet? Und unter den am 1. März 1855 kundgemachten Breslauer Conferenz-Beschlüssen findet sich §. 70 folgender: Hortentur parochi sponsos et sponsas, ubi opus videatur, ne vel intrantes templum vel inter matrimonium celebrandum vel exeuntes de templo quidquam agant indecore aut indevote.

Der apostolische Visitator in Ostindien erließ unter dem 23. Juni 1704 aus Anlaß der apostolischen Visitation folgende Verfügung: Quoniam apud peritiores impiae illius religionis (ethnicae) sectatores Tally prae se fert imaginem, licet informem, Pullayaris seu Pallajaris, idoli nuptialibus caeremoniis praepositi, cumque dedeceat christianas mulieres, talem effigiem collo deferre in signum matrimonii, districte prohibemus, ne in posterum audeant Tally cum hac effigie collo appendere, et, ne uxores innuptae videantur, poterunt uti alio Tally Sanctissimae Crucis vel domini nostri Jesu Christi vel Beatissimae Virginis vel alia quavis religiosa imagine ornato; et cum superstitione non careat funiculus 108 filis compositus et croceo succo delinitus, quo plerique dictum Tally appendunt, prohibemus etiam dictorum filiorum numerum et unctionem. Caeremoniae etiam nuptiales juxta harum regionum morem tot sunt tantaque superstitione maculatae, ut tutius remedium aptari non posset, quam eas omnino interdicendo, cum undique noxia gentilitatis labe scateant et difficillimum sit, eas a superstitiosis expurgare. At vero ut faciliori conversionum viae et neophytorum commodo, quantum fieri potest, in Domino indulgeamus, Missionariis Superioribus injungimus, ut novis adhibitis diligentiis severiorique calculo superstitiosa omnia a dictis caeremoniis expungant, ita ut nihil inultum relinquatur, quod christianam pietatem offendat et gentilium superstitionem redoleat; et signanter praeter eas, quas audivimus jam statutas in hac materia ab iisdem Missionariis reformationes, ramus arboris Aresciomara omnino auferatur, ferculorum numerus non minus, ac cibi praescripta qualitas varietur, circuli super caput sponsorum ad tollenda maleficia ommittantur, et quod de ferculis diximus, de luteis vasis ibidem adhiberi solitis a nobis dictum et prohibitum intelligatur; fructus etiam vulgo dictus Cocco, ex cujus fractione prosperitatis vel infortunii auspicia gentiles temere ducunt, vel omnino a Christianorum nuptiis rejiciatur, vel saltem, si illum comedere velint, non publice, sed secreto et extra solemnitatem aperiatur ab iis, qui evangelica luce edocti, ab hujusmodi auspiciorum deliramento sunt alieni. Die Congregatio S. Officii hat unter dem 22. Juli 1733 die genaue Beobachtung dieser Vorschrift eingeschärft und ist dieselbe von dem Papste Benedict XIV. unter dem 12. September 1744 neuerdings bestättigt worden.

Ehedem fühlte sich auch die weltliche Regierung berufen, das, was ihr bei dem Acte der Eheschließung als eine Unzukömmlichkeit erschien, hintanzuhalten. In dieser Richtung erfloß in Böhmen unter dem 15. Februar 1795 die nachstehende Gubernial-Verordnung: Es ist der Landesstelle angezeigt worden, daß bei manchen Pfarreien vor einer jeden Trauung das Lied: Veni Sancte Spiritus, mit der

Orgel begleitet, abgesungen werde; wenn aber eine gefallene Person getraut wird, so unterbleibt der Gesang, oder wird nur dann gesungen, wenn sie dafür doppelt so viel als eine andere, die nicht in einer ähnlichen Lage ist, bezahlt. Da nun dieses wirklich als eine Art von Kirchenbuße anzusehen ist, weil eine solche Person doch immer entweder durch öffentliche Prostitution oder durch doppelte Bezahlung bestraft wird: so wurde sämmtlichen Consistorien aufgetragen, gedachten Mißbrauch, weil derlei Unfug unmöglich geduldet werden darf, dort, wo er etwa üblich sein mag, sogleich einzustellen und der gesammten Curatgeistlichkeit zu bedeuten, daß die Absingung des Veni Sancte Spiritus bei Trauungen, weil es ohnehin weder in dem Rituali romano vorgeschrieben, noch sonst gewöhnlich und in der Stoltax ausgesetzt ist, zur Vermeidung alles etwaigen Mißbrauches fürohin ganz zu unterbleiben habe.

§. 280. Die Eheschließung der Militärpersonen.

Was über die forma Tridentina der Eheschließung und alle dabei einzuhaltenden Modalitäten gesagt worden, hat auch dann seine volle Geltung, wenn eine der beiden Brautpersonen dem Militärstande angehört. Es wird sich nur ein Unterschied in Betreff der Person des parochus proprius herausstellen und werden hinsichtlich der von diesem parochus proprius mitunter geschehenden Delegation eines andern Priesters zur Trauung einige besondere Vorschriften zu beachten sein.

Was den parochus proprius anbelangt, in dessen und zweier Zeugen Gegenwart die Militärpersonen ihre Erklärung der Einwilligung in die Ehe zum Zwecke der Giltigkeit derselben abzugeben haben, so berichtet Benedict XIV. (in quaestion. canon. qu. 182): In S. Congregatione Concilii recepta est sententia, quod Capellanus castrensis, si non habeat specialem facultatem a Sede Apostolica, vel expressam licentiam ab Ordinario (aut parocho proprio), non potest assistere seu interesse matrimoniis, quae fiunt a militibus, sive degant in praesidiis sive in castris et stationibus hybernis aut aestivis, seu etiam sint positi in actuali expeditione. Monacelli schreibt hierwegen: Haec, quae de clandestinitate dicuntur, procedunt etiam in matrimoniis, quae contrahuntur a militibus exercitus, qui sunt in expeditione vel statione; hi etenim in locis, ubi Concilium publicatum fuit, tenentur illius dispositionem servare, nisi indultum habeant Apostolicum; sic censuit Sacra Congregatio Concilii; nam dubiis remissis a Sacra Congregatione Sacri Officii, in quibus proponebatur: a) an Capellani cujusvis exercitus sive regulares sive saeculares catholici possint administrare militibus in praesidiis degentibus Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae per modum viatici et extremae unctionis sine speciali facultate Sedis Apostolicae vel licentia et approbatione Ordinarii, in cujus dioecesi exstare contigerit? b) an assistere matrimoniis militum cujuscumque rationis degentium in praesidiis cum militaribus feminis, sine dicta facultate Apostolica et praecedenti probatione status liberi ejusque recognitione coram Ordinario loci et licentia parochi, sub cujus parochia maneant? c) an idem cum militibus degentibus in stationibus

hybernis vel aestivis? d) an idem cum militibus in actuali expeditione positis? e) an idem cum militibus nubere volentibus cum feminis non militaribus, sed italis originariis loci, sive dioecesis, in qua reperiuntur? Et quatenus negative in omnibus f) anet quid pro sanatione gestorum in praeteritum et faciendorum in futurum super praedictis omnibus pro certa regula Sanctissimo consulendum et statuendum sit? S. Cong. die 6. Martii 1694 resp.: Ad a) negative; ad b) negative, confirmat. in Casalen. 28. Junii 1704; ad c) negative; ad d) negative; ad e) negative; ad f) quoad praeteritum circa Sacramentum Poenitentiae non esse inquietandas conscientias; et circa matrimonia inita sine speciali facultate Apostolica vel sine licentia Ordinarii loci vel parochi non servata forma Sac. Concilii Tridentini, pro sanatione cum Sanctissimo renovato consensu etiam coram Confessario approbato, qui teneatur tradere testimonium renovationis consensuum, parocho illius loci, ubi secuta est renovatio talis consensus. Propterea debent locorum Ordinarii, in quorum dioecesibus hujusmodi milites stationes habent et demorantur, edicto publico eos et eorum Capellanos, nec non parochos et subditos monere, ne praedicta matrimonia attententur absque ipsorum Ordinariorum expressa licentia sub poenis nullitatis, illegitimitatis prolis et excommunicationis ipso facto incurrendis aliisque eorum arbitrio irrogandis. Die Declaration derselben Congregation hinsichtlich akatholischer Soldaten siehe 1. B. §. 60. S. 469 und §. 65. S. 506.

Auch in causa Mediolanen. wurde am 11. December 1677 die Frage vorgelegt, an sit validum matrimonium contractum a milite in statione degente coram Capellano (castrensi)? Die S. C. C. antwortete: Matrimonia militum quocumque loco existentium quocumque loco contrahenda fore nulla, nisi doceatur de sufficienti facultate aut privilegio. Quoad matrimonia praeterita particulariter videatur et hoc scribatur Emmo Archiepiscopo Mediolanen., qui aliis Episcopis prudenter communicet.« Daß dieß hinsichtlich der Ehen von Militärpersonen bei der S. Congregatio Concilii die recepta sententia sei, erzählt Benedict XIV. als gewesener Secretär derselben in Folgendem: Concessa a s. m. Innocentio XI. Alphonso Archiepiscopo Mechliniensi ad petitionem Caroli Hispaniarum regis catholici amplissimo Brevi ad quinquennium pro salubri directione et animarum salute eorum, qui Belgii in castris degebant et versabantur, exortisque super ejus intelligentia nonnullis controversiis S. Congregatio in causa Belgii matrimoniorum die 29. Maji 1683 respondit, Capellanum exercitus habere facultatem assistendi matrimoniis militum, dum iidem reperiuntur in actuali expeditione, non tamen privative quoad contrahentium parochos (i. e. parocho contrahentium non excluso), et nullatenus Capellanum interesse posse matrimoniis, quae a militibus contrahuntur, dum commorantur in hibernis vel aestivis castris, aut etiam in praesidiis. Exspirato tempore praefixo in citato Brevi, et petente Archiepiscopo Mechliniensi ejus confirmationem cum aliqua ampliori facultate, deputata fuit Congregatio particularis, cui interfuerunt quatuor Cardinales, quorum sensus fuit, ut in novo Brevi nonnulla verba corrigerentur, ita ut Capellani exercitus deputati tantum intelligerentur

pro iis Sacramentis, quae administrari consueverunt a simplicibus parochis et quidem pro tempore, quo exercitus est in actuali expeditione, secus autem quando milites in stationibus degunt et praesidiis, uti habetur in resolutionibus editis die 10. Julii et 29. Septembris 1699. Editis a Congregatione particulari praedictis decretis contigit casus, quod Episcopus Celsonensis occasione relationis status suae Ecclesiae ad hanc S. Congregationem transmissae inter caetera postulata examinandum proposuit et illud, an scilicet Capellanus regii exercitus in Hispaniis, cui Sacramentorum administrandorum militibus facultas data fuerat in Brevi s. m. Innocentii X. expedito anno 1644 posset matrimoniis eorumdem militum interesse, cumque Sacra haec Congregatio in responsionibus ad eumdem transmiserit memorata decreta particularis Congregationis deputatae, uti habetur ex responsione edita die 22. Septembris 1691, hinc factum est, quod in Concilio provinciali Tarraconensi, habito anno 1699 sub Archiepiscopo Josepho Linas, reassumpta fuerit universa haec materia, et insimul statutum, allegatis et insertis supra recensitis, quod Breve Innocentii X. pro Capellanis exercitus regis Hispaniarum sic esset explicandum, ut ejus vigore possent praedicti Capellani ea sola ministrare Sacramenta, quae a simplicibus parochis administrantur, et quod hâec administratio respiceret milites in actuali expeditione aut in temporaneis hybernis vel aestivis stationibus existentes et nullatenus milites in stationibus et praesidiis degentes, additumque fuit in praedicto Concilio, ut haec Constitutio inter Missarum solemnia publicaretur. So auch in causa Frisingen. 29. Januarii 1707. Cum occasione transitus aut stationis hybernae militum in dioecesi Frisingensi contenderent Capellani exercitus ejus militibus Sacramenta administrare in locis, ubi permanent, absque licentia parochi ac sibi licere illorum matrimoniis assistere absque praeviis denunciationibus et contra dispositionem Tridentini jam recepti in dicta dioecesi, Episcopus petiit declarari, num id esset permittendum? S. C. C. die 29. Januarii 1707 resp.: »Dandum esse decretum die 6. Martii 1694.«

Mit Rücksicht auf diese der S. Congregatio Concilii zur Richtschnur dienenden Grundsätze lehrt Reiffenstuel Folgendes: Si milites in castris aut papilionibus existentes non habent Capellanum castrensem, pro animarum cura eorumdem a Sede Apostolica deputatum vel ab Ordinario, in cujus dioecesi existunt, approbatum, vagis annumerantur. Consequenter eorum parochus erit ipse parochus loci, in quo pro tempore existunt. Conclusio patet ex dictis; cum enim milites in castris existentes nec verum nec quasi-domicilium habitationis habeant (tales autem revera vagi sint), consequens est, quod parochus eorum proprius sit loci, in quo pro tempore existunt. Si milites habent curionem seu Capellanum castrensem, praeditum speciali facultate Apostolicae Sedis vel approbatione et licentia Ordinarii, in cujus dioecesi illos exstare contigerit, poterit hic eisdem Sacramenta administrare, ac etiam matrimonio eorum assistere juxta tenorem facultatis concessae a Sede Apostolica vel ab Ordinario dioecesis, in qua pro tempore milites existunt, ita ut si haec non tantum pro castris, sed etiam pro praesidiis sonet, utrobique matrimonio assistere valeat; si autem tantum pro uno aut altero loco vel tempore concessa in-

veniatur, eidem se accomodare debeat. Cum enim non tantum Pontifex, sed et Ordinarius alicui sacerdoti (alias non parocho) dare possit licentiam assistendi matrimonio, manifeste patet, quod si hic vel ille eam dat, et prout dat, taliter, et non aliter, eadem frui valet Capellanus castrensis. Si curiones seu Capellani castrenses non habent specialem facultatem a Sede Apostolica, vel expressam licentiam et approbationem ab Ordinario, in cujus dioecesi pro tempore existunt, tunc nec in castris, nec in praesidiis seu quartiriis matrimonio militum valide assistere possunt. Haec conclusio, licet olim multum hinc inde disputata et controversa fuerit, tamen hodie certa est ob declarationem S. C. C. de 6. Martii 1694 et 29. Januarii 1707, ex qua infertur: 1) quod in causa controversiae aut dubii, an Capellani castrenses valide assistere valeant, vel valide adstiterint matrimonio militum, tam parochus quam Ordinarius indagare possint ac debeant, et videre, an et qualem habeant facultatem aut licentiam a Sede Apostolica vel ab Ordinario concessam, et juxta tenorem illius judicare; 2) quod, etsi Capellanus castrensis habeat licentiam ab Ordinario unius dioecesis, vi hujus non possit assistere matrimonio suorum militum, si in aliena dioecesi illos exstare contigerit, prout expresse patet ex declaratione, vi cujus Capellanus castrensis ad valide assistendum matrimonio habere debet vel facultatem Apostolicam vel licentiam et approbationem Ordinarii, in cujus dioecesi exstare contigerit; 3) sublatam esse illam controversiam et differentiam, quid de jure in castris, et quid in praesidiis seu quartieris valeat; quia juxta allegata nullibi quidquam valet, nisi quantum et qualiter Papa vel Ordinarius concedunt; 4) quod si Capellani castrenses ab Ordinario unius vel alterius dioecesis licentiam habeant, exercitum autem ad aliam dioecesim venire contigerit, ab Ordinario talis dioecesis licentiam petere, vel ab assistentia matrimoniali abstinere, eamque parocho loci relinquere debeant, sive dein in praesidiis sive in castris exstent milites.

In derselben Richtung bemerkt der Homo. Apostol. (tr. 18. n. 72): Invenio apud Pittonium quoddam decretum S. Congregationis, ubi dicitur, quod ipsi Capellani castrenses possint assistere matrimoniis militum, cum hi in actuali expeditione reperiuntur. Sed cum hi sunt exteri, semper opus habent fide suorum Ordinariorum de statu libero. Und Scavini lehrt über den parochus proprius der Soldaten: Milites ex pluribus S. Cong. Concilii decretis, sive sint in praesidiis, sive in stationibus, sive in castris, nequeunt contrahere coram Capellano; sed debent ad validitatem contrahere coram parocho, in cujus parochia actu consistunt. Excipe, nisi Capellanus castrensis sit ad animarum curam deputatus vel assistendi facultatem obtinuerit; sed tunc ejus potestas non est privativa, sed cumulativa cum potestate parochi, ita ut et loci parochus et ipse aeque possint assistere; ita S. C. C. die 29. Maji 1683 (hoc indultum datum fuerat a Benedicto XIV., Brevi 28. Maji 1746, regio Capellano majori exercituum Sardiniae, sed tantum ad septennium). Generatim milites aequiparantur vagis; ideo eorum matrimonia debent contrahi eodem modo. Der Militärgeistliche als solcher ist, wie Dr. Knopp bemerkt, nicht parochus proprius für die Soldaten. Dieß erhellet aus den Bestimmungen in

Betreff des Domicils der Soldaten, nach welchen das elterliche Domicil nach wie vor als deren eigentliches Domicil betrachtet werden muß, neben welchem sie noch in der Pfarrei, innerhalb welcher sie in Garnison liegen, ein Quasidomicil erwerben. Der Militärgeistliche kann daher nur als parochus proprius quoad matrimonia militum betrachtet werden, wenn er dazu von dem Ordinarius oder unmittelbar von dem Apostolischen Stuhle ausdrücklich bestellt ist. Ein Quasidomicil besteht für die Soldaten, welche nur eine bestimmte Zeit unter der Fahne dienen, um alsdann entlassen, in die Heimat zurückzukehren, in der Pfarre ihrer Garnison. Auch nach Dr. Schulte haben die Soldaten, wenn ihre Eltern nicht in derselben Stadt wohnen und sie deren Gewalt unterliegen, ein Quasidomicil in der Parochie ihrer Garnison, Kaserne, welches für den Pfarrer derselben die Competenz zur Assistenz begründet. Und hinsichtlich des parochus proprius lehrt derselbe Canonist nach allgemein giltigen Grundsätzen, daß, wenn die Militärgeistlichen wirkliche Pfarrer für das Militär sind, ihnen das Recht zur Trauung von Ehen derselben zusteht. Fungiren sie dagegen nur als Hilfsgeistliche für dasselbe behufs der Spendung der Beicht u. s. w., so findet das Gegentheil statt. Eine Ausnahme jedoch hat die kirchliche Praxis angenommen für den Fall des **Krieges** und der wirklichen **Mobilmachung**, wenn nämlich das Militär bereits aus seinen regelmäßigen Quartiren gerückt ist, wo die Militärcapläne u. s. w. den Ehen der Soldaten valide assistiren können.

Die Eichstädter Pastoral-Instruction enthält hierüber die nachstehende Vorschrift: Miles in castris habitans coram sacerdote proprio seu curione castrensi, si hic Apostolica aut ordinaria auctoritate provisus fuerit, vel coram deputato ab eodem sacerdote valide et licite matrimonium contrahit (S. C. C. 6. Martii 1694; 20. Junii 1704). Si vero legio in castris degens proprio curione destituta sit, milites ejusdem ordinarie vagorum conditiones et leges sequuntur; si vero e ducis mandato diutius absint a legione, cui de curione provisum est, vel si absque eodem in praesidiis degant, loci parocho cedunt. At si ejusdem legio cum suo proprio curato hiberna seu diuturnius praesidium ingrediatur, petat parochus privilegium a curione sibi exhiberi, ejusdemque copiam ad Vicariatum Nostrum illico transmittat, Nostroque judicio rem declarandam decidendamque relinquat. Universim autem omnibus parochis prohibemus, ne seu milites gregarios seu Officiales bellicos matrimonio jungant, nisi licentiam manu sui centurionis vel belliducis authentice subscriptam exhibeant una cum consensu magistratus civilis (Ordinar. Eystetten. 28. Julii 1842). Bouix wirft noch die Frage auf, an dicti Capellani facultates pro exercenda cura circa milites recipere possint a majori Capellano seu magno eleemosynario regis seu imperatoris? Er antwortet darauf verneinend, nisi id expresse statuerit Sedes Apostolica. Zur Bekräftigung dessen führt er aus Ferraris Folgendes an: Capellani militum, seu Missionarii exercitus vel castrenses in casibus, in quibus non adsit Breve Apostolicum aliter disponens, debent approbari ab Ordinario loci, non autem a Capellano regio majori (le grand aumônier). Imo dato, quod adsit Breve Apostolicum, est bene et caute perpendendum, an fuerit personale, concessum alicui regi vel limitatum pro aliquo regno, quia nequit extendi, prout

si in Brevi fiat mentio de militibus in praesidio, non extenditur ad milites in bello, et e contra; cum in hujusmodi materia sit stricte facienda interpretatio. Et de facto, proposito dubio in S. Congreg. Episcop. in Mazarien. (facultatis approbandi Confessarios), an approbatio Confessariorum pro sacramentalibus militum confessionibus audiendis pertineat ad Capellanum regium, vel ad Ordinarium? die 22. Martii 1687 resp.: pertinere ad Ordinarium loci; quia Breve, quod aderat respectu regis catholici, videbatur ex variis circumstantiis non extendi ad regna extra Hispanias.

§. 281. Verhandlungen bei der S. Congregatio Concilii über die Eheschließung der Soldaten.

1) Causa Jadrensis, die 24. Augusti 1720. Quidam miles Italus, vexillarius militaris centuriae, stationes habuit hybernas sibi assignatas a supremo militiae Duce in civitate Scardon., cumque obtenta licentia civitatem petierit Jadren., mulieris Jadrentinae captus amore matrimonium cum ipsa contrahere cogitavit; sed quia illud domi et non in Ecclesia contrahere intendebat, necessariam contrahendi non potuit licentiam reportare ab Archiepiscopo Jadren. Hinc factum est, quod miles et mulier discedere voluerunt, prout discesserunt a memorata civitate Jadren., et se ad civitatem Nonae alteri Ordinario subjectam contulerunt, exhibitisque coram Vicario generali probationibus super statu libero fuerunt iidem matrimonio juncti ab eodem Vicario, nullis tamen praemissis denunciationibus et ab eo tempore usque in praesens cohabitarunt tamquam vir et uxor. Habita facti notitia ab Archiepiscopo Jadrensi dubitationem ipse excitavit super matrimonii validitate, nec non super poenis, quibus Vicarius Nonae, qui matrimonio praebuit assistentiam, subjectus remanserit, litterisque datis ad hanc S. Congregationem, quae fuerunt consignatae a R. P. D. Secretario Congregationis de Propaganda Fide, Eminentiarum Vestrarum oraculum se exspectare professus est et profitetur. Praemisso, quod controversia videtur esse decidenda ad tramites Juris communis, nulla habita ratione sacerdotis Capellani militaris centuriae, vel quia ex relatione transmissa ab Archiepiscopo Jadrensi nulla habetur notitia, quod centuria, de qua nunc agitur, Capellanum habuerit, vel quia quatenus habuisset, jam in hac S. Congregatione recepta est sententia, quod Capellanus castrensis, si non habeat specialem facultatem a Sede Apostolica vel expressam licentiam ab Ordinario, non potest assistere seu interesse matrimoniis, quae fiunt a militibus, sive hi degant in praesidiis, sive in castris et stationibus hybernis aut aestivis, seu etiam sint positi in actuali expeditione juxta resolutiones S. Congregationis impressas apud Anaclet. in Jus canon. tom. 4. tit. 3. Quocirca ad Jus commune descendendo controversiae cardo consistere videtur in statuendo, an miles, de quo nunc agitur, haberi potuerit pro vago; si etenim miles non est habendus pro vago, matrimonium erit nullum, utpote minime contractum coram proprio unius ex contrahentibus parocho juxta Concil. Trid. (Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1),

ubi etiam decernitur poena adversus sacerdotem, qui non est contrahentium parochus et eorum assistit matrimonio; dicitur enim, eum remanere debere ipso jure suspensum, quamdiu ab Ordinario ejus parochi, qui matrimonio assistere debebat, seu a quo benedictio erat suscipienda, non absolvatur; in nihilum urgente circumstantia facti ab Archiepiscopo Jadrensi exposita, quod mulier scilicet in territorio Nonae quaedam paternarum possessionum frusta noviter acquisita habebat; cum enim teste eodem Archiepiscopo non haberet mulier in civitate Nonae habitationem aut domicilium, hinc sequitur, quod praecisa circumstantia, quod miles esset vagus, non potuit parochus Nonae haberi pro proprio mulieris parocho, ita ut semper matrimonium nullitatis vitio laborare dicendum sit, utpote non contractum coram parocho sponsi aut sponsae. Sanchez lib. 3. disp. 23. speciale esse, inquit, in Sacramento Ordinis, quod proprius ordinandi Episcopus etiam dicatur ille, ex cujus dioecesi Ordinandus trahit originem (cap. cum nullus, de temp. Ordin. in 6) et quod in terminis matrimonii ille tantum dicitur parochus proprius, in cujus parochia alter ex contrahentibus habet domicilium. Secus autem se habere debebit res in hypothesi, in qua miles Italus fuerit vagus et haberi debeat pro vago; in hac quippe facti specie matrimonium erit validum et difficile admodum erit, quod ille, qui matrimonio interfuit, alicui poenae remanserit subjectus; vagi etenim non habent proprium parochum, sed quilibet parochus est parochus vagorum et vagi contrahere possunt matrimonium coram parocho illius loci, in quo actu versantur; quod procedit non solum, si uterque conjux sit vagus, sed etiam, si alter ex ipsis tantum vagus sit; sufficit quippe ad validitatem matrimonii, quod illud contrahatur coram parocho sponsi aut sponsae, et quando sponsus est vagus, quilibet parochus est ejus parochus. At licet Concilium Tridentinum (Sess. 24. de ref. matrim. cap. 7) praeceperit, ne facile homines vagi ad matrimonium contrahendum recipiantur, et quod parochi eorum matrimoniis non assistant, nisi praemissa diligenti inquisitione, et nisi re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint, quae Conciliaris dispositio fuit etiam innovata in Instructione S. Congregationis Universalis Inquisitionis pro examine testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, edita die 21. Augusti 1670: hinc tamen argumentum deduci nequit vel ad nullitatem matrimonii vel ad aliquam poenam, cui remanserit subjectus ille, qui interfuit matrimonio, de quo nunc agitur, tum quia si Concilium Tridentinum in cit. cap. 7. non apposuit clausulam irritantem in hypothesi, in qua vagorum matrimonium fieret non servatis iis, quae in dicto cap. 7. statuta sunt, et vice versa idem Concilium clausulam irritantem apposuit in cap. 1., in quo decrevit, matrimonium contrahi debere coram parocho sponsi aut sponsae, signum evidentissimum hoc est, quod etiam supposita inobservantia eorum, quae fuerunt decreta in cap. 7., numquam dici poterit, quod matrimonium nullitatis vitio laboret (c a p. e x l i t t e r i s, 2, i n f i n. d e m a t r. c o n t r a c t. c o n t. i n t e r d i c t. E c c l e s.), tum quia ille, qui interfuit matrimonio, de quo nunc agitur, non erat aliquis parochus Nonae, sed Vicarius generalis, ita ut non esset necessaria rei delatio ad Ordinarium, cum ipse tamquam Vicarius generalis sub appellatione Ordinarii esset comprehensus et multo ma-

gis cum idem, antequam matrimonio interesset, de statu libero utriusque conjugis probationes receperit, in nihilum relevante, quod matrimonium fuit contractum non praemissis denunciationibus matrimonialibus, non solum, quia Sac. Synodus prudentiae et arbitrio Ordinarii remisit ommissionem denunciationum in matrimoniis (Sess. 24. cap. 1), sed atiam, quia recepta jam est in hac S. Congregatione sententia, quod matrimonium est validum, licet fuerint denunciationes ommissae.

Supposito, quod cardo controversiae resideat in circumstantia, an miles, de quo nunc agitur, fuerit vagus, nec ne, nonnulla sunt, quae suadent, eum vagum fuisse. Cum enim nec verum, nec quasi - domicilium habitationis haberet, licet esset in stationibus hybernis sibi assignatis in dioecesi Scardon. et deberet semper esse paratus ad proficiscendum, quo sibi demandaretur, et per accidens esset, quod in citata dioecesi Scardonen. moraretur, nil aliud requiritur ad plene suadendum, eum fuisse vagum, et sic potuisse valide matrimonium contrahere coram Vicario generali Nonae. Textus (l. Municeps., ff. ad Municipalem) quidem dicit, militem habere domicilium, ubi meret; sed id intelligitur de milite praesidiario, non de milite in castris hybernis seu stationibus degente, qualis est ille, de quo nunc agitur. Ea videlicet concurrente disparitate inter militem degentem in stationibus hybernis et militem praesidiarium, quod primus animum non habet permanendi per majorem partem anni in loco, in quo stationes habet hybernas, quando secundus animum habet in praesidio ad longum tempus vel in perpetuum permanendi; domicilium autem non acquiritur sine animo perpetuo habitandi; nec quasi-domicilium acquiritur, nisi concurrat animus habitandi per majorem anni partem, contrariis procedentibus in casu, in quo aliquis, derelicto primo domicilio cum animo ad illud non amplius redeundi, se ad alium locum transfert; in hoc enim domicilium acquirere potest statim ac ibi incipit habitare animo habitandi. Etsi in milite, de quo agitur, non potest verificari textus (l. ejus §. Celsus ff. ad Municipalem), in quo ille non dicitur habere domicilium, qui proprio domicilio relicto, quaerit, ubi se sistat, quia ille nec navigabat, ne citer faciebat, quaerens, quo se conferret, quo stante sine domicilio dici non poterat et sic inter vagos non erat adscribendus: alia tamen reperitur species vagorum, in quorum classe reponi potest miles praefatus, cum vagus non tantum sit ille, qui relicto antiquo domicilio navigat aut iter facit, quaerens, ubi consistat, sed etiam ille, qui nullibi certam et constantem sedem et domicilium vel quasi-domicilium habet. E contra alia suadent, militem non vagum fuisse. Vagus enim non est, qui domicilium habet, cumque miles habere dicatur domicilium, ubi meret (l. Municeps, ff. ad Municipalem) et miles, de quo nunc agitur, stationes haberet hybernas sibi assignatas a supremo militiae Duce in dioecesi Scardon., hinc est, quod sicuti in dioecesi Scardon. merebat, ita domicilium in eadem habuisse dicendum sit, cum qua re non est compatibilis indoles et natura vagi, uti in terminis militum argumentantur DD. Accedit l. ejus §. Celsus ff. ad Municipalem cf. supra.

Praescindendo a qualitate vagi, ponderari etiam et examinari potest, an

matrimonium contractum in civitate Nonae nullum dici possit, ex quo contrahentes discesserunt a civitate Jadrensi, in qua matrimonium contrahere intendebant, sed renuente Archiepiscopo contrahere non potuerunt, eo saltem modo, quo contrahere exoptabant, quasi quod nullum sit habendum matrimonium, utpote in fraudem contractum. Verum si admittatur in milite qualitas vagi, et ulterius, si admittatur conclusio, quod matrimonium factum coram quocumque parocho sit validum, quando alter ex contrahentibus est vagus, qualitas vagi influere etiam videtur in matrimonii validitatem non obstante discessu a civitate Jadrensi et non obstante matrimonii contractu in civitate Nonae. Sanchez (lib. 3. disp. 25): »Non est fraus, inquit, dum quis utitur jure suo. Quare si vero domicilio relicto, quamvis in fraudem proprii parochi, facti essent vagi, possent coram quovis parocho matrimonium inire, sicut mutantes parochiam in fraudem parochi possunt matrimonio copulari a parocho novae parochiae.«

His stantibus quaeritur: a) an matrimonium contractum a milite in civitate Nonae sit validum in casu etc.? et quatenus affirmative vel negative, b) an et quibus poenis subjectus remanserit sacerdos, qui praesentiam et assistentiam praestitit dicto matrimonio in casu etc.? S. Congreg. resp.: Dilata et scribatur juxta instructionem.

2) Causa Taurinen., die 16. Novembris 1720. Anno 1696 Joseph Castagnerius, miles in Terra Demontii Taurinensis dioecesis, dum milites Pedemontii, vulgo Focilieri, in eadem permanebant, matrimonium per verba de praesenti contraxit cum Constantia Borella coram Patre Hieronymo ex familia minorum Observantium, exercitus Capellano. Per annum circiter conjuges insimul cohabitarunt, sed cum Joseph militaria subinde signa secutus ab uxore diverterit, ad civitatem tandem rediit Taurini anno 1713, in qua cum Constantiam invenisset, ipsam in jus vocavit in Curia Archiepiscopali, praetendendo matrimonii nullitatem. Joseph itaque formiter praeviisque interrogatoriis examinatus, confessus est, se anno 1695 matrimonium cum Constantia contraxisse et cum eadem habitasse per annum, sed matrimonium esse nullum, utpote contractum coram Religioso, Capellano exercitus, qui facultatem non habebat ex se matrimonio interessendi, quique licentiam a parocho ad dictum effectum non reportaverat, et e contra Constantia excepit, matrimonium fuisse quidem contractum coram Capellano exercitus, sed eum a suo parocho Terrae Demontii facultatem obtinuisse. Haec in Curia Archiepiscopali Taurinensi fuerunt allegata anno 1713. Cumque a dicto tempore usque ad annum 1719 nullum amplius fuerit motum verbum de matrimonii nullitate, controversia anno 1719 coram Vicario Capitulari fuit iterum excitata et ad sequentes probationes deventum est.

Ad effectum suadendi, nullam interfuisse parochi licentiam, fuerunt a Josepho productae attestationes, Vicarii primum et Secretarii Mensae Archidiaconalis, qui pervolutis scripturis deponit, non reperiri facultatem datam a parocho Terrae Demontii Patri Hieronymo, ut matrimonio, de quo nunc agitur, assisteret; parochi insuper viventis ejusdem Terrae Demontii, qui recognitis libris parochialibus inquit, matrimonium non esse in illis adnotatum; Fratris demum

Caroli Francisci Superioris Capucinorum, qui inquit, se perlegisse scripturas su Conventus, in cujus Ecclesia fuit celebratum matrimonium, nec non alias a Patre Hieronymo relictas, nec ex illis ullam resultare matrimonii mentionem. Ex quibus infert Joseph, de nullitate matrimonii non esse dubitandum, cum Capellani castrenses citra facultatem Sedis Apostolicae aut parochi vel Ordinarii licentiam matrimoniis nequeant interesse, juxta resolutiones hujus S. Congregationis impressas apud P. Schiaram (in theolog. bellic.). Ut vero Constantia interventum licentiae parochi suaderet, plerosque testes formiter examinari curavit, utpote bene conscia, matrimonium posse ex testibus probari, licet illud non fuerit a parocho in libris parochialibus descriptum et parochi licentiam per aequipollentes probationes et per testes posse demonstrari (juxta decis. 301 par. 11. revert. 451 et 471). Hinc deveniendo ad testes a Constantia productos, testis primus, qui est ejusdem frater, deponit, se ab Antonio Patre et ab aliis audivisse, fuisse a parocho datam Religioso licentiam assistendi matrimonio; secundus, qui est pariter ejusdem frater, de eadem licentia praebet testimonium, addendo, quod a communi genitore fuit parocho oblata quaedam portio casei et butiri pro dicta licentia obtinenda. Tertius eamdem refert cum memorata circumstantia concessionem licentiae et subdit, se fuisse praesentem uni ex denunciationibus matrimonii, quae facta fuit in Ecclesia. Quartus inquit, se propriis auribus audivisse primam denunciationem et tunc in sua domo publice dictum fuisse, quod licentia fuerat Religioso a parocho data. Quintus ait, se matrimonio in Ecclesia contracto interfuisse et aliquod temporis intervallum praeteriisse ante accessum ad Ecclesiam, ex quo pater Constantiae parochum adivit, ut ab eo licentiam impetraret; et sextus, qui erat miles una cum Josepho, inquit, se audivisse ipsum proprio ore narrantem, quod matrimonium fuerat coram Capellano exercitus contractum, sed praevia parochi licentia. Praeter sex testes hos alii quinque fuerunt sub variis interrogatoriis instante Constantia examinati. Primus autem refert, P. Hieronymum aliis interfuisse matrimoniis, asserendo habuisse a parocho licentiam. Tertius ait, parochum consuevisse, Religiosos admittere ad praestandam matrimoniis assistentiam. Quartus testatur, se fuisse praesentem, quando Capellanus postulavit a parocho facultatem interessendi alteri matrimonio, quod fuit contractum inter Jacobum Pronum et quamdam mulierem exteram. Alii duo asserunt, se credere non posse, ut Capellanus voluerit sine debita parochi licentia matrimonio interesse, et 1. 2. 3. et quartus testimonium reddunt, publicatum fuisse matrimonium in Terra Demontii statim ac contractum fuit et parochum nullatenus reclamasse.

Ex his simul junctis Constantia concludit, non esse de licentia dubitandum. Vir et mulier paupertate laborant et mulier personaliter accessit ad Urbem pro obtinenda declaratione validitatis sui matrimonii. Adeoque nunc quaeritur: An constet de validitate matrimonii inter Josephum et Constantiam contracti in casu etc.? S. Congregatio respondit: Non constare de nullitate matrimonii.

3) Causa Barchinonen. matrimonii, die 20. Novembris 1723.

Agebatur, so erzählt Benedict XIV. qu. 359, de validitate vel nullitate matrimonii contracti die 30. Novembris 1688 in civitate Barchinonae inter Franciscum Ferriol et Blasium Ximenes de Lillo; non enim fuit contractum coram parocho unius ex contrahentibus, sed coram Capellano Regiminis militum Germanorum; vir siquidem et mulier, non obstante nonnullorum mensium cohabitatione, conjunctim instant pro declaratione nullitatis, ut ex eorum mandatis procurae intelligitur; et ne pro matrimonii validitate excipi valeat, quod tunc milites erant in expeditione, fides exhibetur Secretarii regii Principatus Cataloniae, in qua dicitur, bellum inter Hispanos et Gallos fuisse indictum die tantum 11. Maji 1689. Fuerunt haec omnia deducta in folio Congregationis habitae die 5. Junii 1723, sed proposito dubio: an constet de nullitate matrimonii in casu etc.? nulla fuit capta resolutio et a nonnullis ex EE. PP. binae fuerunt excitatae difficultates, quarum altera desumpta fuit ex longo temporis spatio, quod intercessit inter diem contracti matrimonii et diem, quo agi coeptum est de ejus nullitate; et altera desumpta fuit, ex quo vel ante contractum matrimonium nulla praecesserat hujus S. Congregationis declaratio, in qua dictum esset, Capellanos exercitus non posse assistere matrimoniis militum, quando degunt in hybernis et aestivis castris, vel quando sunt in praesidiis, sed illis tantum, quae a militibus contrahuntur, dum sunt in actuali expeditione, aut resolutionem Belgii matrimoniorum, quae utpote edita die 28. Maji 1683 matrimonium antecessit, se retulisse non ad Breve s. m. Innocentii XI., quod fuit concessum Archiepiscopo Mechliniensi. Fuerunt haec communicata scribenti pro nullitate matrimonii, qui in eo, quod attinet ad longam taciturnitatem plures adfert facti circumstantias, quibus ostendere nititur, fuisse alias a conjugibus agitatum de obtinenda dissolutione matrimonii, sed instantiam deinde suam prosecutionem non habuisse, vel quia Blasius, utpote militiae addictus, juxta occurrentes belli contingentias ad diversas Regni provincias se contulit, vel quia inter armorum strepitus, qui fuerunt in Principatu Cataloniae, litis civilis prosecutio effecta est quodammodo impossibilis, additque hanc longam taciturnitatem de jure veteri posse robur obtinere, sed non post Concilium Tridentinum, quo attento praesentia parochi est de forma, nec matrimonium sine ea contractum validari potest quocumque temporis lapsu, licet intercedat mutua conjugum cohabitatio cum copula, ita ut novus consensus coram parocho et testibus pro validitate sit de novo praestandus. In eoque, quod spectat ad punctum, quod ante matrimonium, de quo nunc agitur, S. Congregatio invalida non declarasset matrimonia contracta coram Capellano exercitus, multa in Jure ab eodem defensore afferuntur et signanter, quod declarationes hujus S. Congregationis in hac materia non sunt inductivae novi juris, sed veteris declarativae, in quo rerum themate nedum subsequentia, sed antecedentia matrimonia adversus earum tenorem contracta invalida censeri debent. Subdit saepe memoratam resolutionem in causa Belgii matrimoniorum editam fuisse ante celebrationem praesentis matrimonii, nec eam eludi posse sub fundamento, quod prodierit declarative ad Breve s. m. Innocentii X., vel quia utraque Brevia consimilia sunt, vel quia in folio Congregationis habitae super causa Belgii matrimoniorum fuit utrumque

Breve commemoratum, quo stante dici nequit, resolutionem editam fuisse pro declaratione unius et non alterius Brevis et multo magis, cum juxta in superioribus relata S. haec Congregatio consulta ab Episcopo Celsonensi super intelligentia Brevis Innocentii X. in responsione transmiserit decreta Congregationis particularis edita cohaerenter ad aliud decretum in causa Belgii matrimoniorum, quod non fecisset, si hujus causae resolutio coarctata fuisset ad Breve tantum Innocentii XI., vel demum, quia ex ipso Brevi Innocentii X. non desumitur facultas, quod Capellani exercitus interesse valeant matrimoniis, quae a militibus contrahuntur et eo fortius, si non sunt in expeditione. Praeter docte deducta a defensore addi posset, ante contractum matrimonium, de quo nunc agitur, viguisse in Hispaniis opinionem, quod Capellani exercitus assistere non possent matrimoniis militum vigore Brevis PP. Innocent. X., uti colligitur ex declaratione Academiae Salmanticensis edita anno 1660: »Hodie in exercitibus Magni nostri Monarchae sunt quidam Vicarii generales habentes sub se Capellanos exercitus, qui sunt judices delegati et cognoscunt de causis matrimonialibus militum et eorum divortiis, non posse tamen eos ut parochos matrimoniis militum adesse, respondit Academia nostra Salmanticensis anno 1660 ad consultationem factam per supremum belli Consilium pro expositione Bullae Innocentii X.« (Gonzalez in cap. super his, de consang.). Ad dubium superius Sac. Congregatio die 4. Decembris 1723 respondit: Matrimonium esse nullum.

4) Causa Neapolitana matrimonii, die 29. Augusti 1733. Jacobus Nevesius in Hirlandia ortus cum Caesareis copiis, ad quas erat aggregatus Neapolim venit anno 1725, ibique anno insequente occubuit in hospitali domo Incurabilium Turris octavae. Postmodum e Gallia ad eamdem civitatem se contulit Barbara Margarita Kreagh Angla, memorati Jacobi antea uxor, quae per aliquot menses subsedit in hospitio sito intra paroeciam Ecclesiae S. Marci de Palatio.

Cumque in eodem diversorio moram faceret Josephus Pompejus Romanus, die 15. Aprilis 1730, nullis praemissis proclamationibus, matrimonium cum eadem Barbara contraxit, non quidem coram parocho S. Marci de Palatio, sed in privatis aedibus Instructoris legionis Lotharingiae coram religioso, qui titulum habet Capellani exercitus Caesarei sive Superioris in spiritualibus, duobus etiam adhibitis testibus. Ex hoc autem conjugio gemina soboles progenita jam fuit. Sed cum uterque Romam veniret, subortisque inter eos dissidiis, Barbara collocata fuerit in pia domo S. Onuphrii, Josephus declarari postulat irritum fuisse matrimonium, utpote non contractum coram proprio parocho, quemadmodum per Tridentinas leges sancitum est. Quaestionis itaque cardo in eo vertitur, an parochi vice atque officio fungi rite potuerit Capellanus exercitus Caesarei. Id enim negat Josephus, quia matrimonium non fuit initum inter personas militares, aut ullo modo subjectas eidem Capellano. Privilegiis vero militaribus, quae ratione officii competere valuerint priori viro Barbarae Margaritae, eo demortuo, potiri non videtur potuisse mulier, quae ejus conjux fuerat. Ad haec accedit, quod Capellani exercitus, quamvis ex Apostolico diplomate praediti facultate administrandi Sacramenta militaribus personis, adeoque subro-

gati in locum parochi, non videntur posse assistere matrimoniis, dum milites ea ineuntes non sunt in actuali expeditione, sed morantur in castris aut in hybernis stationibus vel in arcibus et praesidiis, nisi et hoc peculiariter concessum a Sede Apostolica eis fuerit.

Emmus Archiepiscopus Neapolitanus juxta morem Sac. Congregationis auditus a suffragio proferendo abstinuit. Illud tamen exposuit Emmus Urbis Vicarius, itidem rogatus sententiam suam aperire, censuitque matrimonium esse irritum, quippe quod non fuerit initum coram parocho contrahentium, ut per Tridentinas leges sancitum est. Addit tamen Eminentia Sua examinatione dignum esse, an Josephus Pompejus cogi possit ad legitime iterum contrahendum matrimonium cum eadem Barbara Margarita. Quamvis enim ex matrimonio contracto contra normam a Sac. Concilio praescriptam nulla oriatur obligatio ratione contractus, restat tamen videndum, an et quomodo Josephus teneatur sarcire damnum illatum mulieri, quae fortasse expers culpae fuit, cum verisimile sit, ei ignotam fuisse sanctionem Concilii Tridentini, quod nec in Anglia, ubi ea ortum habuit, nec in Britannia, ubi vixit cum priori marito, fuit promulgatum. Deliberandum itaque est: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. resp. Dilata ad sequentem et ad D. Secretarium juxta mentem.

Die 19. Septembris 1733. Potest aliquando contingere, ut si vir dolo malo feminam a culpa immunem et in bona fide versantem adduxerit ad matrimonium ineundum contra normam a sacrosancto Concilio praescriptam, justitiae ratio postulet, damnum inde illatum mulieri esse reparandum. Itemque fieri ob peculiares circumstantias quandoque potest, ut hujusmodi damnum non aliter sarciri plene et ex aequo valeat, quam rite rursus contrahendo matrimonium cum eadem femina. Quaeritur itaque: 1) An constet de nullitate matrimonii? et quatenus affirmative 2) an Josephus teneatur et cogi possit ad matrimonium rite iterum contrahendum cum Barbara Margarita in casu etc.? S. C. C. resp. ad 1) affirmative, et amplius; ad 2) dilata et coadjuventur probationes juxta mentem.

5) Causa Mediolanen. matrimonii, die 25. Septembris 1734. Francisca Maria Montalva catholica civis Mediolanensis et Christophorus Buttler Lutherana haeresi pollutus atque ex provincia Silesiae oriundus sub annum 1722 inter se matrimonium inierunt, non quidem coram parocho S. Babilae civitatis Mediolanensis, sub cujus paroecia ambo degebant, sed coram Joanne Maximiliano Villani Religioso Theatino, qui in arce ejusdem civitatis vicesgerens Capellani exercitus caesarei asseruit, se vigore privilegiorum militarium assistere praedicto matrimonio, ex quo soboles subinde progenita fuit. Post haec parochus S. Babilae, paucis elapsis diebus, de mandato Emmi Archiepiscopi praedictos contrahentes, qui in forma veri et legitimi conjugii cohabitabant, jussit illico separari, eosque monuit de matrimonio, nedum illicite, verum etiam invalide contracto, eo quia proprii parochi praesentia non fuerit adhibita. In hoc rerum statu Francisca Maria et Christophorus communi consensu supplices postularunt, ut matrimonium praedictum revalidaretur. At Archiepiscopalis Curia

Mediolanensis eorum votis noluit indulgere, nisi sub conditione, quod Christophorus, qui obfirmato animo in haeresi erat, desperans, se posse amplius valide matrimonio jungi cum dicta Francisca Maria, in Germaniam secessit; subindeque receptis nonnullis epistolis Franciscae Mariae, semel atque iterum eidem rescripsit, sibi constare, invalidum esse matrimonium, quod cum ea inierat, seque illud esse convalidaturum, si dos promissa solveretur, eique permissum esset vivere sub ejus religione, quam numquam ullo pacto se dimissurum asseruit; ut autem ignoraretur locus, ubi commorabatur, litteras dedit, numquam indicato loco, unde rescriberet.

Verum quia elapsi sunt sex anni, quibus de eodem Christophoro nulla habita fuit notitia, nullaque proinde affulget spes, ut praedictum matrimonium valeat revalidari, eadem Francisca Maria, citato Promotore fiscali Curiae Archiepiscopalis, itidemque in judicium vocatis per edictum Christophoro de Buttler et patre Annae, Maximiliano Villani, instetit coram Vicario generali, ut praedictum matrimonium irritum atque invalidum declararet, eoque renuente petitioni oratricis assentiri sub fundamento, quod tam pater Joannes Maximilianus, quam Christophorus essent personaliter citandi aut saltem per edictum in partibus Germaniae, ubi verisimile est, eos commorari, eamdem instantiam promovit coram hac S. Congregatione, quae die 8. Maji 1734 rescripsit: »Eminentissimo Archiepiscopo pro informatione et voto.«

Vicarius generalis hac de re certiorem reddens Sac. Congregationem confirmat ea, quae hactenus fuerunt exposita; deinde vero affirmans, dictum Christophorum Buttler non fuisse militem Caesareis copiis cooptatum in Arce Mediolanensi, sed utrumque conjugem tempore initi matrimonii habitasse in dicta paroecia S. Babilae, proindeque irritum esse controversum matrimonium, utpote praesentia proprii parochi destitutum, ita subdit: »Videtur inevitabilis citatio personalis viri, de cujus interesse principaliter agitur, vel saltem per edictum in provincia Silesiae publicandum et affigendum, si ejus persona inveniri non possit, ne incitatus et inauditus spolietur uxore, cum qua contraxit.«

Quaeritur itaque, num tam pater Joannes Maximilianus, quam Christophorus sint personaliter citandi, aut saltem per Edictum affigendum in partibus Germaniae interpellandi, antequam controversum matrimonium declaretur irritum et invalidum; etenim Francisca Maria ex pluribus facti circumstantiis contendit superfluum, quin imo impossibile reddi, eosdem Joannem Maximilianum et Christophorum personaliter monere; superfluum quidem, cum usque ab initio ambo certiores facti sint de nullitate matrimonii, nilque adversus eam opposuerint; impossibile vero, quia ignoratur, an amplius vivant vel, si vivunt, nescitur locus, ubi iidem modo commorentur, his autem concurrentibus circumstantiis satis esse, alterum conjugem absentem et latitantem per Edictum interpellare, vel saltem ab ejus personali interpellatione concedendam esse dispensationem, resolvit haec Sac. Congregatio in Florentina, ubi propositis hisce dubiis: »1) an de jure necessaria sit interpellatio in casu etc.? et quatenus affirmative, 2) an stantibus circumstantiis indulgenda sit dispensatio ab interpellatione in casu etc.?« die 17. Januarii 1722 rescripit: Ad utrumque affir-

mative, et in Wormatien. matrimonii disputato dubio: »An constet de nullitate matrimonii in casu etc.?« die 7. Julii 1731 respondit: Affirmative; et tamen Ordinarius S. Congregationi rescripserat, se non potuisse conjugem haereticum degentem in remoto Prussicae ditionis oppido, quod penitus a catholicae religionis institutis abhorret, personali citatione monere, sed per Edictum illum interpellasse, ut jura sua in Sac. Congregatione deduceret.

Quaeritur itaque: An constet de nullitate matrimonii in casu etc.? S. C. C. die 20. Novemb. 1734 resp.: »Praevia citatione Christophori per edictum de more affigendum ad valvas in locis publicis Mediolani cum termino duorum mensium ad comparendum et nemine intra eumdem terminum comparente, Emmus Archiepiscopus procedat ad declarationem nullitatis matrimonii.«

5) Causa Mediolanen. matrimonii, die 25. Septembris 1734. Ut matrimonium a filio per inita cum N. sponsalia intentatum pater impediret, filium in aliam civitatem transferendum, ibique militiae adscribendum curavit. Nec tamen, quod voluit, perfecit. Filius enim sponsam accersivit et cum ea coram parocho cathedralis Ecclesiae ejus loci, quo militiae adscriptus erat, consensum denunciationibus non factis declaravit. Postea ipse matrimonium impugnavit, quod propter parochi defectum constare non posse contendit. Quum vero matrimonii defensor excepisset, per militiam domicilium constitutum fuisse, itaque parochum loci militiae pro parocho proprio habendum esse, de praetensa matrimonii nullitate non constare S. Congregatio judicavit (vergl. auch die im §. 165 besprochene causa Olomucen.).

§. 282. Die Eheschließung der Militärpersonen in Oesterreich.

In Oesterreich sind in Betreff der Eheschließung der Militärpersonen seit mehr als hundert Jahren besondere Anordnungen getroffen worden. Wir erwähnen zuerst die a. h. Entschließung vom 16. August 1752, welche unter dem 18. December n. J. dem Clerus der Olmützer Diöcese in Nachstehendem kundgemacht wurde: Similiter se gerent (i. e. libenter admittent parochi), si matrimonia inter personas pure militares celebrata intra Ecclesiam fuerint. Quod si autem sponsa parochiana, sponsus vero militaris, vel vice versa sponsus parochianus et sponsa militaris fuerit, eo casu tam parochus alterutrius proprius, quam Capellanus (campestris) ejusmodi matrimonio insimul assistent, et accidens Stolae aequis portionibus inter se divident, nisi aliter invicem amicabiliter convenire voluerint; functio tamen semper ad Capellanum campestrem pertinebit. Quoniam vero Inclyta Regimina non semper integra in uno loco commorantur, sed in diversis stationibus per centurias et phalanges dispersi milites sua munia obeunt, nec Capellanus campestris ubique adesse possit ad Sacramenta et Sacramentalia suae jurisdictioni subjectis militaribus personis administranda, ne ob absentiam proprii pastoris saepe dictae personae militares Sacramentis et Sacramentalibus destituantur, in eo casu Sacramenta et Sacramentalia iis promptissime parochi eorumque Capellani et Cooperatores administrabunt, ab assi–

stentia tamen matrimonii, uti praefertur, sine expressa Capellani campestris requisitione, aut in scriptis obtenta licentia omnimode abstinebunt; ita enim a Capellano majori requisiti sumus, ut in absentia crebro fatorum Capellanorum campestrium curam animarum militarium Clero nostro curato impensius commendemus. In gleicher Richtung ist dem Clerus der Olmützer Diöcese durch die Consistorial-Verordnung vom 9. April 1753 eingeschärft worden: Postquam per competentes Instantias Suae Majestati remonstratum fuisset, in hac alma dioecesi in possessione esse, ut parochus sponsae matrimonio assistat et functionem peragat, ex tunc Eadem Sua Sacra C. R. Majestas pro congenito sibi justitiae zelo jus suum cuique intactum servare volens, sub dato Viennae 14. Martii a. c. resolvit, ut assistentia matrimonii a parocho sponsae ita tamen fiat, ut nullus sponsus militaris cum sponsa civili, nisi scriptam facultatem tam a sua saeculari, quam ecclesiastica Superioritate exhibuerit, copuletur, in locis vero, in quibus campestris Capellanus adest, copulationi interesse et jura Stolae cum parocho loci dividere debeat. Quam resolutionem Clero curato eum in finem intimamus, ut secundum eam in eventuris casibus se dirigere noverint. Caveant proinde, quamcumque militarem personam sive Officialem sive gregarium absque licentia tam Superioritatis saecularis, quam spiritualis, seu Capellanorum castrensium testimonio copulare, sed quemadmodum se parochi invicem gerunt, dum sponsus est unius et sponsa alterius parochiae, ita etiam cum Capellanis campestribus conveniant, et ubi Capellani campestres praesto sunt, eos sine omni contradictione ad interessendum contractui matrimoniali admittant, ipsi tamen parochi functionem peragant. Quoniam vero Sua Sacra C. R. Majestas Se in uno passu ad consuetudinem dioecesanam revocare dignata est, justum est, ut etiam Capellani campestres alterius consuetudinis hujus dioecesis fructum sentiant; cum enim sponsa post copulationem ad domicilium sponsi traducitur, in hac dioecesi introductio seu benedictio sponsae post nuptias ad parochum sponsi pertinere dignoscitur: ita etiam cum sponsa civilis ad domicilium vel quasi-domicilium militare post copulationem transit, introductio sponsae ad Capellanum campestrem tamquam sponsi verum parochum, si in loco copulationis adest, spectabit.

Das apostolische Breve des Papstes Pius VI. vom 12. October 1778, welches an den damaligen Bischof von Wiener-Neustadt erlassen wurde und die Grundlage der militärgeistlichen Jurisdiction für die apostolischen Feld-Vicare in Oesterreich enthält, verfügte, ut in sacerdotes, quos Capellanus Major pro Sacramentis etiam parochialibus militibus aliisque personis quibuscumque exercituum ministrandis deputandos duxerit (es sind dies die Feld-Superioren und die ihnen unterstehenden Militärgeistlichen), nullatenus quidem facultatibus (parochorum militarium) uti valeant erga milites praesidiarios, qui continuae arcium seu aliorum locorum custodiae adscripti sunt (quos eorum locorum parochis et Ordinariis in omnibus et per omnia subesse declaramus), sed duntaxat erga milites et personas exercituum praedictorum ad vagas belli operationes destinatos (oder wie es in dem Indulte des Papstes

Benedict XIII. vom 26. September 1729 heißt: duntaxat erga milites aliasque utriusque sexus personas ad dictos exercitus, comprehensis etiam copiis auxiliaribus, quomodolibet spectantes), tum ubi in actuali expeditione reperiuntur, tum etiam, cum in quibuslibet accidentalibus ac temporaneis sive hybernis sive aestivis ac etiam praesidialibus stationibus detinebuntur (das Indult des Papstes Benedict XIII. fügt hinzu: ita tamen, ut statim ac iidem sacerdotes, quos Capellanus Major subdelegaverit, ad temporaneas illas stationes pervenerint, litteras testimoniales tam super eorum sacerdotio, quam super sua deputatione ac facultatibus sibi vigore praesentium concessis pro ejusmodi munere exercendo parochis locorum exhibere debeant; quibus visis hi non impediant, quo minus Missam in sua Ecclesia celebrare ac in vim earumdem facultatum Sacramenta etiam porochialia ministrare valeant); quodsi eo tempore matrimonium inter personas, quarum altera militaris sit seu ad dictos exercitus pertineat, ibique occasione stationum praedictarum commoretur, altera vero parocho loci subdita reperiatur, contrahi contingat, eo casu nec parochus sine sacerdote hujusmodi, nec vicissim sacerdos sine parocho celebrationi assistat aut benedictionem impertiatur, sed ambo simul atque aequaliter Stolae emolumenta, si quae licite percipi solent, accipiant ac inter se dividant. Es ist in diesem Breve der heut zu Tage freilich sehr weit gehende und anders gedeutete Unterschied zwischen der militia vaga et stabilis ausgesprochen. Mit Beziehung auf dieses apostolische Breve erhalten nunmehr alle Feld-Superioren und Feld-Capläne die Vollmacht, matrimonio, si ex sponsis contrahentibus altera persona militaris et altera parocho loci subdita sit, assistendi, prout ex praescripto supradicti Brevis Apostolici de 12. Octobris 1778, nec parochus loci sine Capellano militari, nec hic vicissim sine illo celebrationi ejusmodi matrimonii assistere aut benedictionem impertiri debeat, nisi ad parochum civilem persona militaris a suo Capellano castrensi dato in scriptis testimonio dimittatur.

Die Anweisung für die geistlichen Gerichte Oesterreichs enthält im §. 46 folgende Bestimmung: Zuständiger Pfarrer der zur militia vaga gehörigen Personen ist der Feld-Caplan und beziehungsweise der Feld-Superior nach Maßgabe der von dem heiligen Stuhle gewährten Vollmachten. Jene, welche der militia stabilis beigezählt werden, haben sich an den Pfarrer ihres Wohnsitzes zu wenden. Gehören demnach beide Brautpersonen oder auch nur Eine derselben der militia vaga an, so steht das Recht der Trauung ausschließlich dem parochus proprius der militärischen Person zu (und zwar ist zufolge des hofkriegsräthlichen Rescriptes vom 5. October 1808 der Feld-Superior oder Feld-Caplan dort, wo keine Garnisonskirche besteht, berechtiget, in der Civil-Pfarrkirche, in deren Bezirk die seiner Jurisdiction zugewiesenen Militärpersonen wohnen, die pfarrliche Verrichtung der Trauung vorzunehmen, ohne daß der Civil-Pfarrer deßwegen eine Stolagebühr anzusprechen hat. Uebrigens steht nichts im Wege, daß eine solche Trauung in Gegenwart des militärischen parochus proprius von einem Civilpriester vorgenommen werde (vergl. unten die gesetzlichen Vorschriften über die

Führung des Trauungsbuches); daher kann eine zur militia vaga gehörige Person von dem Pfarrer des zum Civile oder zur militia stabilis gehörigen Brauttheiles nur auf Grund einer Delegation des zuständigen militärischen Pfarrers der erst-erwähnten Brautperson getraut werden und soll eine solche schriftlich verfaßte Delegation zur Vornahme der Trauung verabfolgt werden. Zu diesem Ende hat der betreffende Feldgeistliche die (militärische) Heiraths-Licenz jener Brautleute, die sich nicht in loco befinden, oder wenn wegen Abwesenheit der Braut die Trauung bei dem eigenen Feldcaplane nicht möglich ist, ordentlich zu vidiren, d. h. er hat auf dieser Heiraths-Licenz genau anzumerken, an welchem Tage die ein-, zwei- und dreimalige Verkündigung der Brautleute bei der Feldcapelle geschehen sei und anbei zu bestättigen, daß aus Anlaß dieser Verkündigung kein Ehehinderniß entdeckt worden sei; oder hat er zu bemerken, daß der Militär-Bräutigam oder die Militär-Braut von einem, zwei oder allen drei Aufgeboten von Seite der dazu berechtigten militär-geistlichen und weltlichen Behörde (vergl. §. 217) dispensirt, und im Falle der Nachsicht aller drei Aufgebote der Manifestations-Eid abgelegt worden sei; oder hat er zu bestättigen, daß das zwischen den Brautleuten bestehende Ehehinderniß der Verwandtschaft oder Schwägerschaft in diesem oder jenem Grade durch die beigebrachte canonische Dispens behoben worden sei. Endlich hat der Militär-Geistliche noch beizufügen, daß, wenn auch von Seite des der Civil-Geistlichkeit unterstehenden Brauttheiles Alles nach den bestehenden kirchlichen und bürgerlichen Gesetzen zur Eingehung einer giltigen und erlaubten Ehe Erforderliche in Erfüllung gebracht worden ist, der Militär-Brauttheil zur Trauung an die Pfarre des Civil-Brauttheiles entlassen werde.

Ist aber in dem Orte der Trauung ein anderer Militär-Geistlicher (Feld-Superior oder Feld-Caplan) anwesend, so ist laut einer Verordnung vom 12. September 1772 der Militär-Brauttheil an diesen zur Trauung zu entlassen, wobei aber auch alle so eben angeführten Bemerkungen und Clauseln beizufügen sind. Die so geartete Vidirung und Clausulirung der Heirathsbewilligung der Militärpersonen ist deßhalb nothwendig, damit die Identität derselben dadurch bewiesen und nicht so leicht eine Irrung in der Person, oder sonst ein Betrug oder eine Verfälschung der Documente unterlaufen kann. Der so vidirten und clausulirten Heirathsbewilligung müssen dessenungeachtet die beigebrachten Urkunden und Documente, wodurch die obwaltenden Anstände behoben wurden, beigelegt werden, weil diese Documente und Urkunden sammt der vidirten Heirathsbewilligung der trauende Priester als Belege des Trauungsbuches aufzubewahren und in seinem Archive zu hinterlegen hat. Die mit der Verkündigungs- und Entlassungs-Clausel versehene und vidirte Heirathsbewilligung ist sammt den dazu gehörigen Documenten und Urkunden entweder dem Militär-Brauttheile zur Uebergabe an den auswärts trauenden Priester einzuhändigen, oder sie sind dem Militär-Commando zur weiteren Beförderung an den Militär-Brauttheil zu übergeben, wenn dieser abwesend sein sollte.

Endlich ist noch der Fall zu berücksichtigen, wenn Officiere und Beamte der verschiedenen Armee-Branchen, die außer ihrem Regimente zugetheilt und angestellt sind, z. B. als Adjutanten, Professoren, oder ihre Töchter, dann auf längere

Zeit Beurlaubte oder Commandirte die schriftliche Heirathsbewilligung besitzen, aber wegen Gefahr am Verzuge, oder wegen dringender Umstände und Familien-Verhältnisse, die keinen Aufschub gestatten, getraut zu werden wünschen, ohne daß sie von ihrem eigenen Regiments-Caplane oder Feld-Superior ordentlich verkündiget und entlassen werden. Was in einem solchen Falle hinsichtlich der Aufgebotsdispens vorgekehrt werden könne, ist aus dem Circulare des apostolischen Feld-Vicariates vom 18. April 1852 bereits angeführt worden (vergl. §. 217). In Betreff der Trauung entnehmen wir aus dem erwähnten Circulare Folgendes: Hat die Militärpartei die Heirathsbewilligung von ihrem Militär-Commando, ist sie von dem dreimaligen Aufgebote auf dem (§. 217) bezeichneten Wege dispensirt: so kann die Trauung, wenn von Seite der Civil- oder Militär-Braut auch Alles nach dem Gesetze sicher gestellt ist, nur durch den Feld-Superior des Landes oder mit dessen Ermächtigung durch einen anderen Feld-Caplan geschehen, ohne daß eine Entlassung des Bräutigams zur Trauung von Seite des eigenen Regiments-Caplans oder Feld-Superiors nothwendig sei, weil das Hofdecret vom 26. Juli 1771 und 13. December 1780 und das hofkriegsräthliche Rescript vom 2. September 1772 jeden Feld-Caplan zu jeder geistlichen Function bei Militärpersonen in subsidium des eigenen Regiments-Caplans vor dem Civil-Seelsorger berechtigt und nur die Civil-Seelsorger, als hiezu nicht berechtigt, die Delegation von Seite des Militär-Seelsorgers zur Trauung unumgänglich nöthig haben.

Uebrigens haben laut hofkriegsräthlichen Rescriptes vom 4. März 1836, N. Z. 656 Se. Majestät mit a. h. Entschließung vom 30. Jänner 1836 (also zu einer Zeit, als von Seite der weltlichen Regierung noch nicht die Erklärung abgegeben war, daß der Umstand, ob die Ehe eines Katholiken vor Gott und dem Gewissen giltig sei, nach dem Gesetze der katholischen Kirche zu beurtheilen komme) zu entscheiden befunden, „daß der Abgang einer dem competenten Civil-Seelsorger zu ertheilenden Ermächtigung zur Vornahme der Trauung von Seite der Militärgeistlichkeit die Ungiltigkeit einer außerdem mit allen gesetzlichen, sowohl im Allgemeinen, als für das Militär insbesondere bestehenden Erfordernissen geschlossenen Ehe nicht begründe. Demnach wird jetzt um so mehr auch eine von einer der Jurisdiction der Militärgeistlichkeit unterworfenen Person mit einer Person, die dem Civil-Seelsorger untersteht, geschlossene Ehe giltig sein, wenn die Ehewerber (nach §. 38 der Anweisung für die g. G. Ö.) vor dem eigenen Pfarrer Eines von Beiden oder einem Priester, welcher hiezu von dem Pfarrer oder von dem Bischofe der Diöcese ermächtiget worden ist und vor zwei oder drei Zeugen ihre Einwilligung erklärt haben. Andererseits muß wiederholt darauf hingewiesen werden, daß den voranstehenden Gesetzen (vergl. des Bischofs Leonhards Verfassung der Militär-Seelsorge §. 76 und 78) in Betreff der Verehlichung von Militärpersonen Gehorsam zu leisten sei, wenn ihre Uebertretung auch nicht die Ungiltigkeit der Ehe nach sich zieht.

Schließlich kömmt noch das in den Statuten der Diöcese von Siebenbürgen vom J. 1822 enthaltene Intimat der Regierungs-Verordnung vom 9. October 1809 zu bemerken, in welchem von den Heirathen der Militärpersonen die Rede ist und von dem betreffenden Heiraths-Normale gesagt wird, quod sonet

de regulatis solum Regiminibus ad militiam vagam et stabilem pertinentibus, non vero de Regiminibus limitaneis, quae non tantum ut milites, sed ut patres quoque familias consideranda, concernentibus suis parochis et legibus constitutionalibus, regiis quoque ordinationibus stabilitis subesse debent, proinde per observantiam publicandae istius ordinationis nihil praecitatis legibus jurisdictionique ecclesiasticae ad sensum praelibatarum legum et ordinationum regiarum exercendae derogetur.

In neuester Zeit ist das nachstehende Verzeichniß jener Truppenkörper, Anstalten und Militärpersonen, welche der civilgeistlichen Jurisdiction unterstehen, mit dem Bedeuten veröffentlicht worden, daß alle in diesem Verzeichnisse nicht ausdrücklich genannten Militär-Parteien und Militär-Beamten, der militärgeistlichen Jurisdiction unterstehen. Zufolge dieses Verzeichnisses gehören zur civilgeistlichen Jurisdiction: 1) die pensionirten Generale, wenn sie gleich Regiments-Inhaber sind; 2) alle pensionirten, quiescirenden oder mit Beibehaltung des Officiers-Charakters quittirt habenden Stabs- und Ober-Officiere, Militär-Beamte und Parteien (hiernach wurde über gestellte Anfrage die Auskunft ertheilt, daß, da die Accesisten der k. k. Hofkriegsbuchhaltung mit 1. April 1857 in die Militär-Rechnungs-Branche eingereiht werden, dieselben von diesem Zeitpunkte an der militärgeistlichen Jurisdiction unterstehen); 3) das Hernalser Officierstöchter-Bildungs-Institut; 4) das Szathmarer und Wiener (Vorstadt Erdberg) Mannschaftstöchter-Erziehungs-Institut; 5) die Patental- und Vorbehalts- (Reservations) Invaliden; 6) die Traiteurs und alle sonstigen, mit Bewilligung der Militärbehörden zur Ausübung eines Gewerbes oder einer Beschäftigung in den Kasernen oder anderen Militär-Gebäuden sich aufhaltenden Civil-Personen; 7) die Witwen und Waisen der Militär-Personen; 8) die Frauen, Kinder und Dienstboten der in diesem Verzeichnisse erwähnten Militär-Personen; 9) die k. k. Militär-Grenze und sämmtliche Grenz-Regimenter, wenn letztere sich nicht mobil außer der Grenze befinden.

Wenn jedoch die obbezeichneten Militär-Personen zu einer aktiven, wenn auch nur zeitweiligen oder aushilfsweisen Dienstleistung bei solchen Truppenkörpern, Branchen, Anstalten oder Militärbehörden commandirt, oder in solche Militär-Heilanstalten zur Pflege und Behandlung aufgenommen werden, welche der militärgeistlichen Jurisdiction zugewiesen sind, so haben dieselben für diese Zeit gleichfalls der militärgeistlichen Jurisdiction zu unterstehen. Der letzteren sind ferner auch alle auf Kriegsdauer angestellten Beamten, Aerzte und sonstigen Militärparteien, so wie auch diejenigen Personen des Civilstandes untergeordnet, welche sich für die Dauer des Krieges bei der Armee aufhalten.

Als allgemeine Regel gilt demnach, daß alle Personen, welche zur Verehlichung eine militärische Heirathsbewilligung benöthigen (vergl. 3. Bd. §. 191) und in dem eben angeführten Verzeichnisse nicht ausdrücklich als zur civilgeistlichen Jurisdiction gehörig angesetzt erscheinen, fortan als zur militärgeistlichen Jurisdiction gehörig betrachtet werden sollen. Dahin gehören demnach die Reservemannschaft (die in dieser Beziehung ohne Unterschied wie beurlaubte Soldaten betrachtet wird), das k. k. Militär-Polizeiwach-Corps, die Gensdarmerie,

Hiedurch erscheinen die oben §. 212 angeführten früheren gesetzlichen Bestimmungen in einigen Punkten abgeändert.

§. 283. Stola-Gebühren aus Anlaß der Trauung.

Das dritte Lateranensische Concilium, welches vom Papste Alexander III. gehalten wurde, hat in dem cap. 7 folgende Anordnung erlassen: Ne pro nubentibus benedicendis aliquid exigatur, districtius inhibemus. Dieselbe Verfügung ward auch in älterer Zeit in vielen Diöcesen unter schweren Strafen zur Geltung gebracht. So heißt es in den Statuten des Olmützer Bischofs Cunczo vom 11. Mai 1431 sub 9: Quia in tantum peccatis exigentibus corda quorumdam presbyterorum simoniaca pravitas depravat, quod nec benedictionem nubentium suis volunt subditis ministrare, nisi eis solvatur vel promittatur pecunia (die nämlichen Ausdrücke kommen in Statutis Wenceslai vom 1. September 1412 sub 28 mit dem Beisatze vor: pro suae turpitudinis excusatione, imo verius excusationem diuturnam consuetudinem praetendentes): ne igitur tam perniciosam venalitatem simoniacae pravitatis per impunitatem videamur nostris temporibus approbare, duximus statuendum, quod res sacrae, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quae censenda est potius corruptela, per presbyteros sine exactione cujuscumque temporalis emolumenti libere conferantur, et quicumque de caetero praemissorum vel alicujus ex praedictis venditor seu pro Sacramentis ipsis pecuniarum exactor fuerit deprehensus, si est rector Ecclesiae, perpetuo ipsa privetur, si vero Vicarius seu socius rectoris fuerit, ad Episcopales carceres, ut perpetuam ibi agat poenitentiam, detrudatur. Eine mildere Verfügung hinsichtlich derartiger Gaben findet sich schon in den Statuten der, unter dem Olmützer Bischof Stanislaus I. am 3. Mai 1498 zu Wischau gehaltenen Synode, wo von dem Grundsatze ausgegangen wurde: Quidquid ex devotione hominum, quae minui non debet, sed potius augeri, hactenus in his fuit observatum, observetur, quia dignus est operarius mercede sua; et alibi dicit Dominus: non alligabis os bovi trituranti. Das römische Rituale enthält ebenfalls eine Weisung über diesen Gegenstand (tit. 1. de iis, quae in Sacrament. administrat. generaliter servanda sunt. §. 15): Illud diligenter caveat, ne in Sacramentorum administratione aliquid quavis de causa vel occasione, directe vel indirecte exigat aut petat, sed ea gratis ministret et ab omni Simoniae atque avaritiae suspicione, nedum crimine longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynae aut devotionis studio, peracto Sacramento, sponte a fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur. Noch ausführlicher hat diese Angelegenheit das Monitorium sive Instructio brevis pro Decanis ruralibus ac parochis dioecesis Olomucensis vom J. 1666 behandelt, wo sub 33 Folgendes angedeutet erscheint: Si ex consuetudine diuturna vel ob tenuitatem redituum ad sustentationem parochi dari aliquid solet, illud attenta personarum qualitate ita moderate ac modeste petant,

et accipiant, ne limites consuetae oblationis excedant et de illicita exactione ansam querelarum praebeant.

Seit mehr als hundert Jahren aber besteht in den meisten österreichischen Diöcesen ein Regulativ für die Bemessung der Gebühren, die für bestimmte Personen aus Anlaß der Verrichtung geistlicher Funktionen an die Seelsorger zu entrichten kommen, welche Gebühren dem Seelsorger in ihre portio congrua eingerechnet werden. Auch Papst Pius VI. spricht in dem oben angeführten Breve de Stolae emolumentis, quae licite percipi solent. In Betreff der Spendung der h. Weihen verfügt das Concilium von Trient (Sess. 21. de reform. cap. 1): Quoniam ab ecclesiastico Ordine omnis avaritiae suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis tonsurae, nec pro litteris dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum Episcopi et alii Ordinum collatores aut eorum ministri quovis praetextu accipiant. Notarii vero iis tantum in locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus decimam tantum unius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo. Nec Episcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directe vel indirecte provenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos praestare omnino teneri decernit, contrarias taxas, ac statuta et consuetudines etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quae potius abusus et corruptelae simoniacae pravitati faventes nuncupari possunt, penitus cassando et interdicendo, et qui secus fecerint, tam dantes quam accipientes, ultra divinam ultionem poenas a jure inflictas ipso facto incurrant. (Vergl. auch §. 275 die Entscheidung der S. Congregatio Concilii über die Unzuläßigkeit von Gebühren pro licentia contrahendi matrimonium domi).

Hieher gehört auch, was Giraldi zu cap. 29 et 42, de simonia bemerkt. Pro ipsamet nuptiarum benedictione nihil accipi potest; attamen quod sponte offertur in donum tali occasione, licite accipitur in eleemosynam vel tamquam extraordinarium emolumentum pia offerentium consuetudine inductum in sustentationem parochi benedicentis, cum acceptio taliter facta nullibi prohibita inveniatur, ac libera et spontanea hujusmodi traditio, a sponsis aliisque tali occasione facta, non sit in benedictionis pretium, neque ex pacto, sed ex pia tradentium voluntate, ut docet Barbosa aliique innumeri apud ipsum. Proindeque ubi viget consuetudo taliter dandi et accipiendi, licite servari potest; imo laudabilem ac observandam dicit expresse Innocentius III. cit. cap. 42 hujusmodi consuetudinem.

Mit Rückblick auf das Gesagte läßt sich wohl selbst vom kirchlichen Standpunkte gegen den Anspruch der bei uns durch die Intervention der weltlichen Regierung festgestellten Gebühren, die aus Anlaß der Trauung zu entrichten sind, kaum Triftiges einwenden, obgleich die Bemerkung eines alten gelehrten Mannes realisirt erscheint, der schreibt: Circa omnia Sacramenta aliasque ceremonias ecclesiasticas distingui debet triplex Ecclesiae tempus et disciplina. Prima neque exegit, neque accepit. Secunda accepit sponte oblatum. Tertia exegit post da-

tum Sacramentum et ceremonias acceptas. Stets ist es aber als Grundsatz festgehalten worden, daß von armen Personen die in Rede stehenden Gebühren nicht in Anspruch zu nehmen sind. In der Olmützer Consistorial-Verordnung, durch die das Stolapatent kundgemacht wurde, heißt es: Cum parochianis praecipue pauperibus misericorditer procedant, non ignorantes, quod judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.

Dieß vorausgesetzt hat man sich auch hinsichtlich der Gebühren für Copulationen nach der in jeder Kirchenprovinz festgesetzten Stolataxordnung zu richten. Die S. Rit. Congregatio hat übrigens in causa Acheruntina unter dem 25. Jänner 1602 entschieden, quod datam eleemosynam occasione nuptialis benedictionis debeat parochus et non alius accipere (vergl. §. 204 die hierwegen in der Diöcese Trier getroffene Anordnung). Durch das Hofkanzleidecret vom 11. März 1785 ward verfügt: Der Pfarrer hat der Braut, wenn sie sich in ihrer Pfarre copuliren läßt, sodann aber in eine andere Pfarre überführt wird, nicht das Duplum, sondern das Simplum der Stolgebühren abzufordern. Ebenso ist die Braut, wenn sie nicht in ihrer, sondern in der Pfarre des Bräutigams copulirt wird, nicht schuldig, ihrem Pfarrer eine Stolagebühr zu entrichten, nachdem mit der aufgehobenen Verbindlichkeit, sich unumgänglich in der Pfarre der Braut copuliren zu lassen, auch der Grund wegfällt, warum die Braut ihrem Pfarrer auch dann, wenn sie nicht in ihrer Pfarre eingesegnet wird, die Stolgebühr entrichten sollte. Bemerkenswerth sind ferner die nachstehenden Daten des im J. 1747 verfaßten Entwurfes der Stolataxordnung für das Herzogthum Schlesien: Wenn sponsus et sponsa in diversis parochiis lägen, muß die Taxe an jedem Orte, nach eines jeden Condition, was das Aufbieten anbelangt, bezahlt werden. Die Trauung aber wird secundum conditionem sponsi entrichtet; sind aber sponsus et sponsa einerlei parochiani, so wird die Taxe allemal secundum conditionem sponsi sowohl bei den Aufbietungen, als Trauungen regulirt. Im Falle die zu Copulirenden besondere Ceremonien haben wollen, als Glockengeläut, Predigt, Amt, Musik &c., so müssen sich selbe mit dem parocho und Kirchenbedienten darum besonders vergleichen.

Hinsichtlich der Opfergänge wird, wo kein positives Gesetz hierüber besteht, der Ortsgebrauch zu beachten sein. In dem mährischen Stolapatente vom 15. April 1749 findet sich bei der Rubrik von der Verkündigung nachstehender Beisatz: Wobei anzumerken kömmt, daß, wo diese Jura Stolae, sowohl in dieser, als andern nachfolgenden Rubriken ausgesetzt sind und bezahlt werden, der Opfergang gänzlich aufgehoben sein solle. Dagegen heißt es in derselben Rubrik des schlesischen Stolapatentes vom 4. October 1749: Wobei anzumerken kömmt, daß der Opfergang bei jenen Rubriken, wo solcher jeglichen Ortes seither üblich gewesen, der Geistlichkeit noch beibehalten verbleibe, jedoch einem Jeden freistehe, solchen zu verrichten oder zu unterlassen. Unter dem 28. Juli 1750 wurde für Böhmen verordnet, daß die Opfergänge bei den Copulationen unter der Strafe des Dupli der ausgesetzten Tax in die Armenkassen verboten sein sollen, nachdem die Pfarrer für einen dergleichen Akt ohnehin die ausgesetzte Stola zugemessen haben.

Und unter dem 24. Juni 1785 ward der Wille Sr. Majestät kundgemacht, daß die Opfergänge bei Trauungen eingestellt werden.

Gehören die Brautpersonen, oder wenigstens eine derselben zur militärgeistlichen Jurisdiction, so ist die §. 282 angeführte Verfügung wahrzunehmen, die in dem apostolischen Breve des Papstes Pius VI. vom 12. October 1778 vorkömmt (Stolae emolumenta, si quae licite percipi solent, ambo, scilicet Capellanus campestris et parochus, simul atque aequaliter accipiant et inter se dividant). Anlangend die Militärpersonen, welche der militärgeistlichen Jurisdiction unterstehen, so kann nur von den Oberofficieren eine Trauungs-Stola in Anspruch genommen werden, weil die Mannschaft vom Feldwebel und Wachtmeister abwärts, diese mit eingeschlossen, keine Stolgebühren zu entrichten hat. Die Trauungsstola der Oberofficiere besteht laut der Kundmachung des Olmützer Consistoriums vom 29. April 1754 in einer placita discretio, nur bei dem Hauptmanne und Rittmeister ist sie mit 2 Ducaten, bei den Lieutenants mit 1 Ducaten bemessen.

Was die Stolgebühren betrifft, welche die Civilgeistlichkeit für die geistliche Funktion der Trauung, die sie an Militärpersonen der militia vaga in subsidium der Militärgeistlichkeit ausübt, anzusprechen hat, so wurde mit dem hofkriegsräthlichen Rescripte vom 5. October 1808 W. Z. 164 Folgendes angeordnet: 1) Militärpersonen vom Feldwebel und Wachtmeister abwärts, diese eingeschlossen, haben gar keine Stola zu bezahlen; folglich hat der Civil-Pfarrer auch dann, wenn die Trauung zwischen einer Militärperson und einer Braut vom Civilstande von ihm vorgenommen wird, nur die halbe Gebühr in Ansehung der Braut zu fordern. 2) Oberofficiere haben die Stola zu entrichten; jedoch hat sich der Civilpfarrer in Bemessung des Betrages ganz nach den für die Civilgeistlichkeit überhaupt bestehenden Stolgesetzen zu achten. 3) Dort, wo keine Garnisonskirche besteht, hat der Feld-Superior oder Feldcaplan das Recht, in der Civilpfarrkirche, in deren Bezirke die seiner Jurisdiction zugewiesenen Militärpersonen wohnen, die pfarrliche Verrichtung der Trauung vorzunehmen, ohne daß der Civilpfarrer deßwegen eine Stolgebühr anzusprechen hat.

Diese gesetzlichen Bestimmungen commentirt die Doctrin in der Weise, daß eigentlich nur die wehrhafte Mannschaft der untern Grade von Entrichtung der Stolataxe entbunden ist, nicht auch andere zum Militärkörper gehörige Personen; z. B. Feldkriegs-Commissäre, Kinder und Witwen der Soldaten. Dann ist es als Grundsatz angenommen, daß bei der Trauung eigentlich jeder Brautperson die Entrichtung der halben Trauungstaxe obliege, vermuthlich, weil diese Handlung beide Brauttheile gleichviel angeht und der Trauende durch dieselbe beiden Theilen gleichen Dienst leistet. Wenn also eine Brautperson von der Zahlung der Trauungsgebühr befreit ist, so versteht sich dieß immer nur von der Hälfte. Die andere nicht befreite Brautperson muß dessenungeachtet doch die andere auf sie fallende Hälfte der Trauungstaxe bezahlen. Doch macht ein befreiter Militärbräutigam auch seine für sich nicht befreite Braut, wenn sie eine zum Militärkörper gerechnete Person ist, seines Privilegiums theilhaftig und der Civilpfarrer, der sie in subsidium der Militärgeistlichkeit traut, kann von ihnen gar keine Trauungsgebühr verlangen, weil er nur für den Fall zur Abnahme der halben Gebühr in Ansehung

teatur, vel saltem pars catholica in sua religione libere permaneat et cum marito sine periculo subversionis et sine contumelia cohabitare possit. Und weiter unten: Quae Patriarcha noster Sergius (in Synod. an. 1596. can. 15) praecepit de non permittendo catholicis, ut matrimonium contrahant cum haereticis et schismaticis (»Indignum est, quod a quibusdam factum accepimus, ut haereticis et schismaticis filias suas Christi fideles in matrimonium traderent. Id ne amplius fiat, Episcopi et sacerdotes omnino caveant«), ea nos iterum inculcamus; si enim quam maxime possumus, debemus efficere, ut subditi nostri schismaticorum et haereticorum conversationem execrentur, multo magis curandum est, ne nuptias cum illis contrahant, nisi cum supra recensitis conditionibus.

Die großen geistigen Gefahren, welche mit den gemischten Ehen allezeit verbunden sind, schildert der Jesuit Aegyd. Maria Giulii in seiner super matrimoniis Hollandiae an die S. C. C. erstatteten Relation folgendermaßen: Quamvis catholicos inter et haereticos, saltem orientales, irrita olim matrimonia fuerint, quaemadmodum opinantur Pontius et Vanespen, certum tamen omnino est eodem temporis decursu, sive deinde jure scripto id sancitum fuerit, sive, quod ultimum suspicatur Pontius, sola consuetudine invectum, vim ubique gentium obtinuisse, et apud omnes etiamnum, nisi aliud quid obstet, firma esse atque reputari; honesta vero non item. Ea enim nedum vetustissimi Ecclesiae Canones detestantur, ut patet ex Concilio generali Chalcedonen. act. 15. can. 14., Concilio Chartaginen. 3. can. 12., Eliberitano can. 11., 16. et 17. atque Agatensi can. 67., sed jus naturale severissime prohibet, propterea, quod et fini matrimonii adversentur et tam catholicum conjugem, quam nascituram prolem in inevitabile aeternae ruinae discrimen vocent. Fini, inquam, matrimonii, nec contemnendo adversantur, mutuae nempe inter conjuges amoris necessitudini atque arctissimae sine rixa et querela societati. Quoniam, ut recte Ambrosius (lib. 2. de Abraham cap. 9), quomodo potest congruere charitas, si discrepat fides. Et Zonaras ad can. 72. Trullan.: Qui simul ita vivunt, ut eorum animi in iis, quae ad fidem pertinent, contrario modo affecti sint, quo pacto eos in aliis rebus convenire posse quisquam arbitretur? Quorum sensus in eis, quae sunt fidei, quorum prima est atque praecipua ratio, minime congruit, quo pacto inter se aequis animis in reliqua vitae societate communicabunt. Et efficacius Lezana (var. consult. 43. num. 17): Quomodo quies et tranquillitas inter catholicum et haereticum consistere potest? cum fere necesse sit, inter eos lites, jurgia, et altercationes de fidei religione, jejuniis, cibis vetitis, festis diebus, veneratione Sanctorum et cultu imaginum quotidie suboriri nec terminari posse sine aliquo odio vel malevolentia unius erga alium. Vocant autem catholicum in inevitabile aeternae ruinae discrimen. Nam, quae laudati Ambrosii vox est, »cum Sancto Sanctus eris et cum perverso perverteris, si hoc in aliis, quanto magis in conjugio, ubi una caro et unus spiritus est.« Ambrosio consonant tum Stephanus IV. ad regem Francorum (apud Baronium tom. 9. annal. 770): »Quam plurimos comperimus, sicut divinae Scripturae historia instruimur, per alienae nationis copulam a mandatis Dei deviasse et in magna devolutos facinora;» tum Concilium provinciale Burdigalense celebratum anno 1583 can. 15.:

»Experientia compertum est, etiam ex catholicis non paucos talibus matrimoniis a fide orthodoxa defecisse.« Quod quidem discrimen eo magis timendum esse, notat idem Ambrosius, ubi femina haeretica viro catholico jungitur, quia, inquit, »speciei illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos et a religione fecit discedere.« Idque comprobat Lezana exemplo Salomonis, qui suarum uxorum lenociniis in idololatriam lapus est, quin constet, vel unam ex quam plurimis, quas domi alebat, idololatris uxoribus, fuisse ab eo ad veri Dei cultum traductam. Maxime porro verendum est, ne nascitura proles, etsi fortasse ex pacto inter conjuges inito, catholicis dogmatibus imbuenda sit, haeresis nihilominus venenum guttatim hauriat, atque unius parentis lue illa paulatim tabescat. Optime enim advertit Van-Espen (p. 2. tit. 13. cap. 8. n. 9): »Semper adest exemplum parentis haeretici, nec non quotidiana de haeresi colloquia et de fide quaestiones, quae nata sunt, si non exstinguere, saltem imminuere fidem catholicam, ipsasque proles in ea vacillantes et flaccidas reddere.« Quam constantes enimvero firmique in Deo fideliter colendo futuri sunt tenelli filii, quorum aures sexcentis execrationibus et conviciis in orthodoxam religionem ab alterutro parente jactis quotidie obtunduntur? Quomodo poterunt in religiosa legum ecclesiasticarum observantia educari atque adolescere, quas vident aut ab haeretico patre aut ab haeretica matre semper sperni et conculcari? Quo pacto Christi Servatoris Sanctorumque imaginibus debitum deferent honorem, dum sciunt earumdem cultores ab altero ex parentibus idololatras haberi? Qua ratione sanctissimis Ecclesiae ritibus assuescent, quos domi audiunt superstitionis damnari? Minimum utique, quod timetur, est, ne in tanta inter parentes in rebus fidei discordia fluctuantes filiorum animi omnem paullatim exuant religionem ac tandem in detestabilem adiaphorismum seu deismum deflectant. Quodsi ejusmodi pericula in aliquo extraordinario eventu evanescant, quod inter vulgares et infimae notae homines contingere vix posse putant, ea matrimonia recte et honeste contrahi poterunt, modo Summus Pontifex auctoritatem interponat suam, cujus unius est, quempiam ecclesiastica lege eas nuptias prohibente solvere, et quo tempore naturale jus obligare cesset, interpretari. Raro autem et nonnisi gravissimis de causis tanta Summum Pontificem potestate usum esse, testatur Emmus Petra in Comment. ad Constit. Apost. tom. 4. p. 76.

Matrimonia catholicorum cum haereticis, so schreibt ein neuerer Canonist, nulla Ecclesia lege irritantur, Ecclesia tamen ea semper prohibuit ac detestata fuit ac consequenter plane illicita sunt nec possunt absque gravi peccato contrahi. Ratio praecipua haec est, quod cum haereticis in Sacris communicare non liceat, prout concorditer docent Theologi, quod tamen faciunt, qui matrimonium cum eis ineunt. Nam vel simul Sacramentum conficiunt et sibi mutuo administrant, si nempe minister hujus Sacramenti sint ipsi contrahentes, quod plures contendunt, vel saltem simul illud percipiunt, si, quod aliis placet, sacerdos ejusdem minister existat, et sic pars catholica ansam praebet parti haereticae violandi sanctitatem Sacramenti. Utrumque autem et illicitum et sacrilegum esse, nemo dubitat, inquit Benedictus XIV. de Synod. dioeces. lib. 6. cap. 5. n. 3., quare Ecclesia iisdem fere legibus interdixit Christianis, ne connubia inirent

cum infidelibus, catholicos pariter a sacrilegis nuptiis cum haereticis contrahendis deterruit. His adde periculum subversionis, pravae liberorum educationis, dissidiorum intér domesticos, quod illis conjugiis ob religionis diversitatem frequenter imminet. Si tale periculum reipsa locum habeat, illicitum erit conjugium ipso jure naturae; si vero illud minime timendum sit, equidem adhuc lege ecclesiastica matrimonium cum parte haeretica licite iniri non poterit. Consuetudo contraria non sufficit, licet diu tolerata. Non desunt quidem Auctores, qui mixta illa matrimonia licita esse contendunt iis in locis, in quibus notabilis populi pars ex haereticis constituitur, dummodo a catholica parte periculum perversionis absit, et gravis aliqua causa intercedat, cujusmodi ab ipsis reputatur publicae pacis inter concives servandae studium, idque praecipue in vim consuetudinis, per quam lex contraria abrogata censeri potest, vel quae saltem verae dispensationi aequivalet, cum Summis Pontificibus apprime nota sit, neque ab iisdem (ut ipsi ajunt) improbetur, sed potius toleretur. »Licita sunt talia conjugia, inquit Boudart de disparit. cult. qu. 2. in Germania, Hollandia, Anglia, ubi haeretici cum catholicis promiscue vivunt, videtur enim lex ecclesiastica iis in locis per consuetudinem passim toleratam esse abrogata.« Idem asserunt Isambertus, Sanchez, Basilius Pontius aliique. Auctor Collationum Parisiensium addit, consuetudinem illam vigere in Anglia, Germania et Polonia (tom. 4. l. 1. collat. 2. §. 4). Verum quam aliena haec sint a mente atque doctrina Ecclesiae, evidens fit ex duabus Constitutionibus Benedicti XIV. ad Primatem aliosque omnes Episcopos regni Poloniae (Magnae nobis, 29. Junii 1748 et Ad tuas manus 7. Augusti 1748). In variis scilicet illius regni locis, ubi catholici cum haereticis permixti vivebant, palam quoque cum eis matrimonia contrahebant; nec erat, qui se illis opponeret aut contrahentes corriperet. Praeterea opinio in illo regno invaluerat, quasi a Sede Apostolica dispensationes quaedam matrimoniales sic contrahentibus aliquando concessae fuissent, atque etiamnum concederentur. In prima igitur Constitutione Pontifex praecipue impugnat falsum illum rumorem, quem nonnisi per injuriam et intolerabilem calumniam excogitatum atque disseminatum fuisse asserit, simulque antiquam Apostolicae Sedis disciplinam ac regulam, qua talia conjugia semper reprobaverat, ad sua usque tempora semper servatam, tunc quoque integram vigere ac religiose custodiri, in quem finem varias allegat declarationes Urbani VIII., Innocentii X. et Clementis XI., qui singuli suo tempore testati sunt, quantopere Ecclesia ab hujusmodi conjugiis abhorreret. In secunda vero Constitutione Pontifex praecipue refutat falsam illum persuasionem, quasi ex consuetudine, cui nemo in regno se opponebat, Ecclesiae consensus vel dispensatio recte deduceretur, simulque acriter redarguit Episcopum quemdam, qui cum duobus Lutheranis dispensaverat in gradu prohibito ob spem, quam dederant, quamprimum ad fidem catholicam se conversuros. Ac primo quidem de consuetudine sic loquitur: »Tolerat quidem in aliquibus locis Apostolica Sedes matrimonia inter catholicum et haereticam vel haereticum et catholicam, cum nequeat impedire, et ecclesiastica quadam prudentia, ne majora mala enascantur, dissimulat ac tacet; at quod Apostolicae Sedis gratiosa in hisce ma-

trimoniis dispensatio super gradu aut alio impedimento concedatur, fieri numquam potest, nisi praecedat haeresis abjuratio juxta ejusdem Sedis Apostolicae disciplinam a Nobis in praecedenti epistola expositam.« Cum autem Episcopus se excusaret more recepto suae dioecesis et Praedecessorum suorum consuetudine, respondet Pontifex: »Nos ignoramus, quid egerint Episcopi Praedecessores; id solum Nobis compertum est, quod si dispensaverunt in matrimonio non contracto, sed contrahendo inter duos adhuc in haeresi permanentes, perperam ac male egerunt, grave admiserunt peccatum, multorum malorum reos se fecerunt, quia facultates eis concessas attento animo non considerarunt, ex quibus, veluti ex fonte, omnis delegata auctoritas dimanat.« In illis autem facultatibus restringitur licentia dispensandi in secundo gradu ad matrimonia jam contracta, idque cum haereticis conversis. Auch in der unter dem Papste Gregor XVI. an die Bischöfe Oesterreichs in foederatis Germaniae partibus erlassenen Instruction vom 22. Mai 1841 wird es als ein abusus bezeichnet, quod matrimonia catholicos inter et acatholicos, nulla licet accedente Ecclesiae dispensatione, nec praeviis necessariis cautionibus per catholicos parochos benedictione sacrisque ritibus honestarentur. Die Bischöfe sollen es sich angelegen sein lassen, ne pravus hic usus reviviscat, atque ut, ubi adhuc superest illius germen, funditus eradicetur (vergl. das oben erwähnte Buch über die gemischten Ehen S. 80 folgd.).

Rarissime quidem similis dispensatio a Sancta Sede conceditur, ac plerumque nonnisi pro matrimoniis inter Supremos Principes contrahendis, idque gravissima urgente causa ad bonum publicum pertinente, adjectis tunc etiam variis opportunis cautelis ad supra relata mala praecavenda; sed interim dum reipsa conceditur, poterit quoque pars catholica licite tale matrimonium inire et, suo jure utens, permissive se habere ad Sacramenti profanationem ab alia parte committendam, prout multis probat Benedictus XIV. de Synod. dioeces. lib. 9. cap. 3. n. 3. sq., contra quosdam, qui contendebant, ob allatam rationem simile matrimonium numquam licite iniri posse. Praeter casum (anno 1625, quo Gallica Princeps Henrica cum Carolo I. Angliae rege sub Urbano VIII. matrimonio jungebatur) a variis adhuc allegatur dispensatio, qua Clemens VIII. anno 1603 duci Barensi facultatem dedit ducendi in matrimonium Catharinam, sororem Henrici IV., Gallorum regis, haereticam. Verum ut observat Juenin (Comment. hist. et dogmat. cap. 6. art. 3. de matrim. catholic. cum haeret.), haec dispensatio importunis atque iteratis precibus extorta suo caruit effectu; quippe, inquit, quod obierit Catharina, antequam litterae, quibus continebatur, delatae fuissent in Gallias. Quod de Gregorio Papa XIII. nonnulli scribunt (inquit idem Juenin. ibid.), eum scilicet cum duabus mulieribus catholicis apud Grisones in provincia ecclesiastica Mediolanensi dispensasse, ut cum duobus nobilibus haereticis nuberent, nullo invenitur in instrumento publico, cui tuto fides adhiberi possit. Auctor tamen Collat. eccles. Paris. de matrim. tom. 3. lib. 1. collat. 2. §. 4. factum illud veluti indubitatum refert ex Spondano (Annal. ad an. 1600) et ex epistolis Cardinalis d'Ossat (ep. 219 et 22).

In gleicher Weise erklärt die Sache Scavini: Matrimonium haeretici vel

schismatici cum catholica vel vice versa communi usu dicitur mixtum. Porro validae sunt tales nuptiae, quia nullum de iis exstat impedimentum dirimens, cum cultus disparitas non respiciat nisi matrimonia baptisatorum cum non baptisatis (quamquam hodie merito etiam de validitate dubitari potest, cum haeretici non ita semper certo valide baptisentur); imo erunt etiam Sacramentum, ut patet: ad contrahendum matrimonium uti elevatum in Sacramentum requiritur solum paritas baptismi, non fidei ex R. Rotae decisione penes Klee. Sed sunt per se illae prorsus illicitae, tum Jure naturali propter grave periculum perversionis et jacturae animae propriae et etiam prolis futurae, tum Jure divino; nam Apostolus tradens regulas servandas in celebrandis matrimoniis christianorum ait: cui vult, nubat, tantum in Domino (1 Corinth. 7); at ille solus dicendus est nubere in Domino, qui nubit in vera Christi Ecclesia, in qua sola Dominus nuptiali foederi auspicatur, tum demum Jure ecclesiastico. Inter innumera Concilia unum audiatur Laodicaenum, quod jam a saeculo 4 sanxit fideles non debere »cum haereticis universis foedera celebrare, nec eis filios vel filias dare, sed magis accipere, si tamen christianos se fieri promittant.« Idem saepissime decreverunt Pontifices, praesertim Benedictus XIV., Pius VI., Pius VII., Pius VIII. et Gregorius XVI. Catholicorum, so schreibt Pius VII. (in Brevi ad Archiep. Moguntin. de 8. Octob. 1803) cum haereticis connubia Ecclesiam catholicam tamquam illicita, perniciosa et detestabilia perpetuo interdixisse et reprobasse, quod innumeris possemus Conciliorum, Summorumque Pontificum decretis demonstrare, nisi abunde sufficerent ea, quae hac de re immortalis memoriae Pontifex Benedictus XIV. Praedecess. noster rescripsit tum in encyclicis litteris ad Poloniae regni Primatem et Episcopos, tum in praeclaro suo opere de Synodo dioecesana. Et licet in quibusdam regionibus propter locorum et temporum difficultatem eadem connubia tolerari contingat, id quidem ad eam referendam est aequanimitatem, quae nulla ratione approbationis et consensus cujuspiam loco habenda sit, sed merae patientiae, quam ad majora vitanda mala affert necessitas, non voluntas, quemadmodum haud ita pridem fel. rec. Pontifex Pius VI. Episcopis Vratislaviensi, Rosnaviensi et Scepusiano rescripserat. Und anderswo: Illud quoque difficillimum esset, eos in domo unanimes habitare, qui unanimes fide non sunt, ex quo quies et tranquillitas familiarum perturbetur ac deficiat necesse est. Quibus aliisque validissimis manifestisque rationibus perpetuo innixa Apostolica Sedes aegre admodum multaque cum cautione ad praefatum periculum, quoad fieri potest, removendum, nec nisi gravi aliqua intercedente causa, eaque fere publica, licentiam hanc consuevit impertiri. Daß zu diesen Gründen die communicatio in Sacris cum haeretico und die profanatio Sacramenti gehören, zeigt Reinerding (die Principien des kirchlichen Rechtes in Ansehung der Mischehen sub 61). Auch das 4. Provincial-Concilium von Baltimore im J. 1840 erklärt, quod vetantur matrimonia catholicorum cum haereticis, cum sanctitas Sacramenti postulet, ut uterque fide et aliis animi dispositionibus gratiae Sacramenti suscipiendae idoneus sit (vergl. auch §. 176).

Deßhalb heißt es auch im §. 66 der Anweisung für die g. G. Ö.: Die Kirche verabscheut die Ehen zwischen Christen und Solchen, welche vom Christenthume abgefallen sind. Auch mißbilligt sie die Heiraten zwischen Katholiken und nicht katholischen Christen und mahnt ihre Kinder von Schließung derselben ab (vergl. 1. B. §. 73). Hoc impedimentum, so heißt es in der Eichstädter Pastoral-Instruction, a reliquis impedientibus in hoc maxime differt, quod ratio ejusmodi nuptias prohibendi non sit matrimonio extrinseca, sed ex ipsius matrimonii natura et contrahentium relatione profluat. Triplici enim ex causa mixta hujusmodi matrimonia per se illicita sunt: a) ob periculum subversionis catholici conjugis, b) ob pravam sobolis nasciturae institutionem, c) ob flagitiosam communionem in rebus sacris. Quod tum conjugis tum prolis periculum jam jure divino connubia ista reddit illicita, et quamdiu perdurat, multo magis, si periculo pejor adhuc eventus subsequatur, hoc impedimentum nulla sane dispensatione tolli poterit. Nemini enim ignotum est, fidei esse articulum de necessitate catholicae fidei et unitatis ad consequendam salutem. Hanc nempe tamquam indubitandam veritatem cum priscis Patribus communis ad haec usque tempora Ecclesiae professio tenuit et tenet. Quisquis enim, ut pro cunctis unicus loquatur S. Augustinus, ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. In quo vero salutis suae discrimine tum conjux catholicus tum proles nascitura versetur, jam non est, quod pluribus explicari debeat. Sufficit enim, revocare in memoriam notissimum illud naturalis divinaeque legis praeceptum, quo non peccata solum, sed pericula etiam ad peccatum proxime inducentia vitare jubemur, uti et praeceptum aliud ejusdem legis, quo parentibus injungitur, filios educare in disciplina et correptione Domini, ideoque et erudire ipsos ad verum Dei cultum, qui unice in religione catholica est. At vero cultum hujus fidei unice verae et salutiferae eo, quo par est, studio fovere absque periculo saltem irreverentiae et totalis catholicorum sacrorum contemptionis parti catholicae in individuo matrimonii consortio cum heterodoxo conjuge viventi quam gravissimum esse, nemo non intelligit. Quae vero pericula nasciturae soboli immineant, jam exinde patet, quod aut cultui acatholico e praecedenti pacto omnes aliquotve prodantur vel prodi poterunt, aut saltem quod eorum in fide catholica institutio tum parentis acatholici exemplo et moribus, tum proprio catholicae partis ferme non evitabili indifferentismo evertatur. Illicite praeterea cum acatholicis communicant, qui cum iisdem matrimonio sese jungere non dubitant. Etenim cum matrimonium sit unum ex septem Sacramentis a Christo Domino institutis, idem est matrimonium cum acatholico contrahere, ac unum idemque Sacramentum cum eodem vel conficere vel percipere. Utrumque autem et illicitum et sacrilegum esse, nemo dubitat. Quare etiam Jure ecclesiastico fideles a sacrilegis nuptiis cum acatholicis contrahendis prohibentur. Quae cum ita sint, parochis et cunctis animarum cultoribus occasione tradendae de matrimonii Sacramento instructionis, praesertim in locis mixtae religionis, agendum est, ut fidelis populus exci-

tetur ad catholicam fidem atque unitatem, tamquam maximam divinae praedestinationis gratiam tutissimumque pignus, imo unicam salutis viam ardentiori usque studio custodiendam, atque adeo ad omne illius deserendae periculum vitandum. Nam ubi haec catholicae unitatis tenendae necessitas impressa in cunctis fidelium animis alteque defixa fuerit, haud facile irrita erunt monita atque adhortationes, quibus pastores eos avertere conabuntur a nuptiarum foedere cum acatholicis conjungendo. Ipsi enim intelligent gravissimum scelus, quo apud Deum rei fiant, si jus divinum matrimoniis illicitis violare praesumant, memores firmissimi illius nostrae religionis dogmatis, quod extra veram catholicam fidem nemo salvus esse potest; proindeque agnoscent, sese in filios, quos a Deo quondam exspectant, crudelissime acturos, si tales contraxerint nuptias, in quibus sciant, liberos suos de salute unice necessaria fore periclitaturos.

In derselben Weise bezeichnet das Instructionale Herbipolen. die Motive, welche den Katholiken von dem Ansinnen, eine gemischte Ehe einzugehen, abhalten sollten. 1) Ecclesia catholica semper et ubique improbavit et rejecit matrimonia mixta. Prostant declarationes Conciliorum, Summorum Pontificum, SS. Patrum, et Ecclesiae Doctorum. Quicumque ergo init matrimonium mixtum, contemnit sententiam et voluntatem Ecclesiae et inobedientiae se reum facit. 2) Pars catholica ineundo matrimonio mixto se suasque proles exponit periculo aberrandi a fide catholica aut incidendi in indifferentismum nocivum, quamquam educatio prolium statuta sit pacto et quamquam voluntas partis catholicae persistendi in fide catholica prolesque in ea fide servandi sit sincera et firmissima. 3) Si demum proles in confessione acatholica educari debent, illae cooperatione partis catholicae exponuntur periculo, ut salute priventur aeterna, et ratio gravis de eo reddenda est ei coram Deo, qui prolium animas ab ea poposcit. 4) Pars catholica etiam contra propriam suam voluntatem multis obviabit circumstantiis, quibus impeditur in sufficiente religionis exercitio. In eamdem molestiam inducit suas proles, quae in confessione catholica debent educari. 5) Educatio prolium, licet zelus catholicae partis sit laudabilissimus, nullo modo successum habere potest optatum, quia deest adjumentum partis acatholicae, si non ex professo ab ea ponantur obstacula. 6) Magnum intercedit periculum, ut obvenientibus circumstantiis infaustis catholica prolium educatio, quamquam statuta sit pacto et legibus, omnino sistatur et proles in fidem acatholicam detrudantur. 7) Fidei atque religionis exercitii disparitate variae et partim magnae in gerenda maritali vita communi parantur molestiae, quibus non raro perturbatur pax et concordia conjugatorum. S. Ambrosius scribit ep. 19. ad Vigil.: »Cum conjugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia.« Dictis molestiis tanguntur etiam proles et turbatur concordia tam prolium cum parentibus, quam cum fratribus et sororibus, praesertim si educatio fit secundum sexum, ut etiam inter proles intercedat cultus disparitas, consequenter animorum confusio. 8) In matrimoniis mixtis admodum molesta est jurium disparitas, cum una aut altera pars aliquomodo excluditur a jure in educandis prolibus; praecipue autem pars

catholica laeditur respectu vinculi matrimonii, quia pars acatholica diversis ex causis solvi potest a vinculo, catholica autem pars vincta remanet. 9) Enarratis hisce inconvenientiis suo tempore, praesertim in extremis, possunt ac debent excitari gravissimi conscientiae morsus, quibus pars catholica dilaceratur, quod eo magis timendum est, si proles cum ejus consensu in acatholica educantur confessione, ut de earum salute aeterna recte dubitandum sit, imo de propria salute dubitetur a parte catholica. 10) Quid si adeo in extremis pars catholica aut per negligentiam quamdam aut per malam voluntatem partis acatholicae defraudetur assistentia sacerdotis catholici et gratia Sacramentorum moribundis ordinatorum? Quamvis vero matrimonia mixta omnimode impedienda sint, id tamen magis instructione et exhortatione, quam violentis quasi remediis fieri debet. Congregatio de propag. Fide declaravit 1638: »In terris haereticorum, ubi haereses impune grassantur, maxime si catholicae fidei cultus non permittitur, matrimonia cum ipsis per exhortationes potius, quam per censuras prohibenda« (vergl. Carrière de matrim. p. 175).

§. 294. Die mit den gemischten Ehen verbundenen Unzukömmlichkeiten.

Die mannigfachen Unzukömmlichkeiten und Gefahren, welche die gemischten Ehen begleiten, hat in neuerer Zeit ein Sachkundiger in einem öffentlichen Blatte also geschildert: Ein Blick in die Sammlung der besonderen und allgemeinen Concilien, besonders aber in die Verordnungen der Päpste genügt, uns die Ueberzeugung zu verschaffen, daß die Mischehen von jeher durch kirchliche Canones und Verordnungen mit dem strengsten Verbote belegt sind, einem Verbote, von dem zu entbinden die Kirche bis auf die letzte Zeit herab nur höchst selten und aus den allerwichtigsten Gründen sich getraut hat. Doch was ist es wohl, was die Kirche von jeher zu dieser gleichsam unerbittlichen Strenge bestimmt hat? Das müssen wir, wenn wir den nur Liebe athmenden Character der Kirche betrachten, auch ohne die besonderen Gründe ihres Verhaltens zu kennen, von vornherein uns überzeugt halten, daß die Kirche mehr durch die gewichtigsten Gründe getrieben, als aus freier Wahl bestimmt, die Jahrhunderte hindurch eine solche Strenge unverbrüchlich eingehalten habe; und wer die lebendige Ueberzeugung in sich trägt, daß sie unter der Leitung des heiligen Geistes stehe, der wird auch dieses ihr durch nichts zu erschütternde Festhalten, selbst von der rein disciplinären Seite, so ehrwürdig finden, daß er dasselbe zu bekritteln, geschweige denn zu tadeln, mit seiner Pietät gegen die heilige Mutter unvereinbar findet. Denn so gewiß es auch ist, daß die Kirche in ihren Disciplinarvorschriften nicht die Unfehlbarkeit in Anspruch nehmen kann, daß dieselben immer die zu ihrem Wohle förderlichsten sein müßten: eben so gewiß ist es auch, daß die Leitung des heiligen Geistes auch in Betreff solcher Vorschriften sich wenigstens dahin erstrecken müsse, daß sie vor Bestimmungen bewahrt wird, welche ihr absolut, d. h. nicht für diesen oder jenen Ort, sondern überhaupt nachtheilig wären.

Und mit welchem Vertrauen auf die Leitung des heiligen Geistes haben wir dann diejenigen Vorschriften aufzunehmen, welche die Kirche nicht für eine Zeit erlassen und nachher aufgegeben, sondern alle Jahrhunderte hindurch mit der unerschütterlichsten Standhaftigkeit festgehalten hat, Bestimmungen, in welchen sie sich nicht zu befehlen und zu verbieten genügt, sondern auch, was sie verbietet, zugleich als unerlaubt in sich verdammt? Wo die Kirche in solcher Weise verbietet, da die Unfehlbarkeit ihrer Bestimmungen bezweifeln, das heißt nicht mehr und nicht weniger, als die Unfehlbarkeit der Kirche in ihren Glaubens- und Sittenlehren bezweifeln? Und doch verbürgt uns eine Menge von Conciliarbeschlüßen bis auf die neueste Zeit herab und die Päpste rufen uns einstimmig zu, was Pius VII. in seinem Rescripte vom 17. Februar 1809 an die Bischöfe und die Capitel-Vicäre Frankreichs schreibt, daß die heilige Kirche, welche vor den Mischehen einen Abscheu hat, sie immer verdammt habe; und betrachten wir die Gründe, welche die Kirche zu einem so verwerfenden Urtheile über die Mischehen und darum zu einem so strengen Verbote derselben bestimmen, so werden wir uns bald überzeugen müssen, daß, was schon die Pietät gegen die Kirche und der Glaube zu bezweifeln verbietet, das Verdammungsurtheil, welches die Kirche über diese Ehen ausspricht, tief begründet, und daß ihr Verbot so sehr gerechtfertiget sei, daß sie, aus mehr als einem heiligen Interesse, die Gläubigen nach Kräften davon zurückzuhalten muß und nur aus den gewichtigsten Gründen und unter Bürgschaften in besonderen Fällen Nachsicht eintreten lassen darf, wenn sie noch die Reinheit ihrer Lehre und das Seelenheil der Gläubigen, die Erhaltung der Religion und das Glück der Familie, und selbst das Wohl der Staaten im Auge behalten soll.

Wir haben hier eine Menge von Beweggründen genannt, aus welchen die Kirche mit so außerordentlicher Strenge ihren Gläubigen die eheliche Verbindung mit Andersgläubigen untersagt. Unter diesen Beweggründen nehmen in der Rechnung der Kirche allerdings die den ersten Rang ein, welche die Sorgen für das ewige Heil der Menschheit ihr eingibt; hat sie ja hienieden kein anderes wahres Interesse, als dieses Heil, so daß Alles, was ihr außerdem wichtig und werthvoll ist, nur in so fern, als es zu demselben höchsten Interesse ein Mittel zu sein verspricht, in ihren Augen wahren Werth haben kann. Doch was der Kirche das Wichtigste ist, das ist es nicht zugleich dem fleischlichen Menschen, welcher nicht begreift, was Gottes ist, und darum dürfen wir wohl mit der Betrachtung derjenigen Gründe beginnen, welche auch dem weniger geistigen Menschen eingehen.

Wenn die Philanthropie für die Ehe jede Schranke zu beseitigen als eine kostbare Errungenschaft betrachtet, dann preiset sie uns das Glück der Verbindungen, welche nach der unbeschränkten Neigung des Herzens geschlossen werden, und damit drängt sich uns die Frage auf, ob denn wirklich, wie die Philanthropie uns glauben machen will, eine nach solcher Neigung eingegangene Mischehe für das zeitliche Familienglück irgend eine Bürgschaft bietet. Daß ein glaubensloses Geschlecht in dem Mangel religiöser Uebereinstimmung keine Beeinträchtigung des engen Liebe-Bundes erblickt, welchen wir in der christlichen Ehe haben, ist eben so

natürlich, als im Gegentheile, wenn es wirklich über Dinge richtig zu urtheilen wüßte, von welchen es keine Idee hat, eine Wunderkraft ihm beizumessen wäre. Was soll der über den Einfluß, welchen die Religion übt, denken, dem diese Tochter des Himmels unbekannt ist? Wie soll der eine Lücke im ehelichen Bunde erblicken, welcher denselben nur durch rein irdische, um nicht zu sagen, fleischliche Bande geknüpft sieht? Doch etwas Anderes, als der Glaubenslose und darum auch nur irdisch denkende Mensch, haben wir vom Standpunkte des Glaubens in der Ehe zu betrachten. Sie ist nicht ein bloßer Vertrag zu irdischen Zwecken, sondern sie besteht in einer solchen Hingabe des einen Theiles an den andern, daß fortan beide einander angehören, und gewißermassen in eine neue Einheit aufgehen; d. h. um mit den Worten der h. Schrift zu reden, zwei in einem Fleische seien. Und diese Vereinigung soll eine vollständige sein ohne die Einheit der Gesinnung? Nein, wo diese Einheit nicht besteht, da mag dasselbe Dach die Eheleute bedecken und dieselben Mauern mögen sie umschlingen, es fehlt aber das, was schon jede freundschaftliche Beziehung und noch mehr die engste aller Verbindungen, welche wir in der Ehe erblicken, erfordert, eine Verbindung nach Christi Willen so enge und unzertrennlich, daß sie das Bild des engsten und unauflöslichen Bandes ist, welches ihn mit seiner Kirche verbindet, und daß der Apostel in Anbetracht dieses die Verbindung Christi mit seiner Kirche vorstellenden Beweises (Ephes. 7, 25) schreibt: Ihr Männer liebet eure Frauen, gleichwie Christus seine Kirche liebet. Aus diesen Worten des Apostels sehen wir auch, daß die Liebe, welche Eheleute gegen einander haben sollen, eine höhere geistige Weihe haben muß. Oder will derselbe nicht sagen, daß dieselbe, das wechselseitige, besonders aber das höhere Wohl bezweckende Liebe, dieselbe Einmüthigkeit zwischen Eheleuten bestehen soll, welche die Verbindung zwischen Christus und seiner Kirche offenbart? Eine innige Einheit wollte Gott, als er im Paradiese schon die Ehe einsetzte, dieselbe wollte Christus noch mehr, als er sie zur Würde des Sacramentes erhob und seine Verbindung mit der Kirche in ihr vorgestellt wollte. Und was ist auch eine Ehe, der es an Einheit der Gesinnung gebricht? Durch diese Einheit wird es möglich, daß der Eine Theil die Last des andern trage, seine Sorgen theile und seine Freuden verkläre; wo sie dagegen fehlt, da gibt es wohl alle Lasten, welche der eheliche Stand mit sich führt; sie drücken aber die Schultern mit unerträglicher Schwere und der Strahl etwaigen Glückes, der mitunter Linderung zu versprechen scheint, verliert seine Kraft in der frostigen Umgebung. Ich kann mir in der That nichts Traurigeres denken, als es eine Ehe ist, in welcher die Einheit der Gesinnung fehlt, die allein der Ehe wahren Werth für dieses Leben verleiht und es ist mir, als legen diejenigen, welche in einer dieser entbehrenden unglücklichen Verbindung leben, überall an den Tag, daß bei ihnen der Ehestand, was man leider so häufig sieht, ein Wehestand sei.

Doch wie sollen wir uns eine vollkommene Einheit der Gesinnung (zumal nach dem Muster der Liebe Christi gegen seine Kirche, das doch nach den Worten des Apostels in der christlichen Ehe abgebildet sein soll) in einer Mischehe denken? wie eine wahre Einheit, wahre Gemeinschaft, wo diese in den wichtigsten Dingen

nicht Statt findet? wo Jeder, was seinem Herzen das Theuerste ist, für sich behalten muß? wo der Eine von dem Andern denkt, daß er den Weg des ewigen Verderbens wandelt? Wir setzen hier voraus, daß jeder Theil noch von der Wahrheit seiner Religion überzeugt ist, ohne den Fall zu betrachten, in welchem beide bereits dem Unglauben oder Indifferentismus verfallen sind. Von dieser traurigen Ehe können wir auch noch um so mehr absehen, als der eine Theil derselben so wenig als der andere mit der katholischen Kirche eine wahre Gemeinschaft hat. Wer sich indeß auch nur diese Ehe als eine wahrhaft glückliche denken wollte, der hat nur die Nachtheile im Auge, welche der Kampf verschiedenartiger Ueberzeugungen naturgemäß herbeiführt, dabei aber nicht den mindesten Begriff davon, welchen Einfluß die Religion auf alle Lebensverhältnisse übt, und wie nothwendig sie insbesondere ist, auf daß der Eine die Pflichten, welche er gegen den andern hat, vom rechten Gesichtspunkte erkenne und ausüben lerne. Wo keine Religion oder Gleichgiltigkeit in religiösen Dingen herrscht, da wird es freilich keinen Kampf, keine Abneigung wegen religiöser Dinge geben, um den Frieden der Familie zu stören, doch um so mehr andere Dinge, die mitunter einen noch tieferen Riß hervorbringen können. Doch wir sehen, wie gesagt, von diesem Falle ab, zumal es keinem, dem die Religion am Herzen liegt, einfallen kann, von dieser Seite eine Waffe zu suchen, um die Verschiedenheit der Religion mit der wahren Einheit der Gesinnung, wie die Ehe sie fordert, zu vereinbaren. Es liegt also im innersten Wesen der Mischehe begründet, daß es ihr an der wahren Einheit der Gesinnung fehlen muß. Wir würden auf diesen Mangel nicht ein so nachdrückliches Gewicht legen, wenn er nicht gerade diejenigen Punkte beträfe, über welche kein vernünftiger, geschweige denn ein christlicher Mensch sich hinwegsetzen kann, das Heil der Seele und die dazu nothwendigen Mittel. Wo in diesen Punkten die Gesinnung aus einander geht, da muß die Liebe, wenn sie sich noch erhält, in fortwährender Bekümmerniß und Sorge, den andern zur Wahrheit und zum Heile zu führen, sich offenbaren, oder es ist keine Spur von jener edlen und reinen Liebe, welche die christliche Ehe auszeichnen soll, vorhanden. Und eine solche Ehe sollte wünschenswerth sein?

In diesen aus der Natur der Sache geschöpften Andeutungen findet sich noch keine Hinweisung auf die Gefahr, in welche der katholische Gatte geräth, von seiner Kirche abtrünnig zu werden, dann auf eines der berücksichtigungswerthesten Momente, nemlich auf die religiöse Erziehung der aus einer Mischehe anzuhoffenden Kinder. Selbst in dem günstigsten Falle, wenn nämlich die katholische Erziehung sämmtlicher Kinder ohne Unterschied des Geschlechtes garantirt wird, scheint es kaum zu erwarten, daß eine gediegene katholische Erziehung von Seite der Eltern eingeleitet werde, die in religiösen Dingen nicht einerlei Ueberzeugung hegen. Ist es ja doch allgemein anerkannt, daß die Mischehen selbst ein Ergebniß oder gewiß eine Quelle des Religions-Indifferentismus sind; wie können auf einem solchen Baume ohne ein Wunder der göttlichen Gnade entschieden katholische Früchte sproßen? Ausführlich findet sich dieser Moment in der oben bezogenen Abhandlung §. 59 besprochen. Hier kömmt nur noch beizufügen, daß der Katholik, der in seiner Kirche die alleinseligmachende erkennt, ohne einer schweren

Sünde sich schuldig zu machen, nicht zugeben kann, daß auch nur Eines seiner Kinder in einer Religion erzogen werde, welche den wahren Weg zum Heile nicht kennt, somit auch nicht zeigen kann.

Das Resultat des Einflußes, so erklärt dieselbe Stimme in Nr. 209 der deutschen Volkshalle vom 13. September 1853, den die gemischte Ehe, von ganz besonderen persönlichen und örtlichen Umständen abgesehen, auf den Glauben des katholischen Ehetheiles haben muß, ist kein anderes, als daß dieser Theil in die größte Gefahr kömmt, wenn nicht vom Glauben abzufallen, doch wenigstens darin wankend und gleichgiltig zu werden. Doch größer noch ist die Gefahr, welcher die aus solcher Ehe erzeugten Kinder in Ansehung ihres Glaubens ausgesetzt sind. Wir meinen damit nicht die Gefahr, daß sie auch eine akatholische Erziehung erhalten können, eine Gefahr, welche in Anbetracht der Wechselfälle, denen das menschliche Leben und die Verhältnisse ausgesetzt sind, groß ist; nein voraussetzend, daß die sogenannte katholische Erziehung gesichert sei, meinen wir eine Gefahr, welcher auch der katholische Theil in Ansehung seines Glaubens ausgesetzt ist, und wollen also nicht weniger sagen, als daß die Mischehen wahre Pflanzschulen des Indifferentismus seien. Was aber die Gründe betrifft, auf welchen diese unsere Behauptung beruht, so haben wir zunächst eben dieselben, welche wir schon angedeutet haben, um die Gefahren des katholischen Ehetheiles begreiflich zu machen. Wenn wir des guten Einflußes des einen Ehetheils auf den andern in einer wahrhaft katholischen Ehe erwähnten, um zu veranschaulichen, wie der katholische Theil einer Mischehe, weil einzig auf sich angewiesen, mancher Kräftigungs- und Belebungsmittel zu entbehren habe, so müssen wir in der Mischehe fast mit denselben Schwierigkeiten die katholische Erziehung der Kinder ringen sehen. Oder wie dürfen wir von dem akatholischen Ehetheile erwarten, daß er darin irgend förderlich mitwirken werde? In der Mischehe können Mann und Frau hinsichtlich der Erziehung der Kinder so wenig einander unterstützen, daß dieselbe immer in den Händen eines Theiles liegen muß.

Der daraus sich ergebende Nachtheil macht sich besonders dann geltend, wenn die Mutter, die sonst bei der Erziehung die wichtigste Rolle hat, dem nichtkatholischen Bekenntnisse angehört. Welche Schwierigkeit daraus einer guten Erziehung erwachse, muß Jeder begreifen, der nur bedenkt, daß die Mutter insgemein in weit engerer Beziehung zu den Kleinen steht und wegen ihrer Stellung in der Familie mehr als der Vater, welcher seinen Geschäften nachgeht, ihren Einfluß auf das Herz der Kleinen geltend zu machen Gelegenheit hat. Auch böse Einflüße stellen sich in der Mischehe der katholischen Erziehung entgegen, ähnlich jenen, welchen der Glaube des katholischen Ehetheiles ausgesetzt ist, aber um so gewaltiger, je mehr es sich noch um die erste Begründung religiöser Ueberzeugung handelt. Daß solche Einflüße in einer Mischehe nicht fehlen können, darauf ist bereits hingedeutet worden. Mag nämlich der akatholische Theil entweder von Eifer für seine Religion erfüllt oder kalt gegen alle Religion sein, nach dem natürlichen Gange der Dinge wird es, willkührlich oder unwillkührlich, nicht an gewissen Einflüßen auf das religiöse Gemüth der Kinder fehlen. Und sollte auch der akatholische Ehetheil seinem Versprechen getreu, Alles vermeiden, was der wahrhaft katholischen Erziehung hinderlich sein könnte, ist damit den Einflüßen seiner Angehörigen oder gar

eines Predigers, mit welchem die Kinder in Folge der Verhältnisse so leicht und unvermeidlich in Berührung kommen, vorgebeugt?

Wie nachtheilig aber solche Einflüße besonders dem Glauben sind, das zu übersehen, braucht man nur ein wenig zu wissen, wie auf das kindliche Gemüth Alles einen gleichsam unvertilgbaren Eindruck macht, und wie wenig dazu erforderlich ist, im Gemüthe des Kindes den Glauben zu untergraben. Was die Lebhaftigkeit des Eindruckes betrifft, den Alles, z. B. der leiseste Zweifel auf das kindliche Gemüth macht, so haben wir es da mit einem Erfahrungssatze zu thun und können Jeden auffordern, nur ein wenig über die eigene Jugend nachzudenken. O möchten nur Alle, welche es mit der Erziehung zu thun haben, besonders aber die Eltern in eigener Jugend diese Erfahrung nicht vergeblich gemacht haben! Sie würden es dann für eine heilige Pflicht halten, in Gegenwart der Kleinen mit doppelter Sorgfalt Alles zu vermeiden, was nur immer auf ihr Herz von schlechtem Einfluße sein kann. Die Schädlichkeit der Eindrücke, welche dem noch zarten Glauben des jugendlichen Herzens entgegen sind, können wir am allerwenigsten genau betonen. Für das Kind, welches sich von der Wahrheit seines Glaubens mehr durch das Ansehen seines Vaters oder seiner Mutter, welche ihm dieselbe verbürgen, als durch andere Gründe überzeugt, bedarf es kaum eines leisen Zweifels, um darin wankend zu werden, und was mag dann dazu gehören, das wieder zu überwinden, was dadurch unvertilgbar seinem Herzen eingegraben wird? Um so mehr ist daher, was wir in Betreff des katholischen Ehetheiles empfohlen, hinsichtlich der Kinder zu berücksichtigen, daß, wo es gilt, sich ein Urtheil über den Einfluß der Mischehen auf ihren Glauben zu bilden, dieses nicht nach äußerem Abfalle vom Glauben, sondern nach dem inneren Gehalte des Glaubens zu bestimmen ist. Hier gilt es vor Allem, die Frage über Vortheil und Nachtheil nach dem Ziele zu beantworten, das die Kirche zu erreichen sich vorsteckt, nach dem ewigen Heile der Menschheit. Dazu aber, daß der Glaube zum Heile dienlich sei, bedarf es eines wahren Glaubens, und wie oft fehlt es Kindern, die aus solchen Ehen hervorgegangen sind, an diesem? Wer den wahrhaften Glauben hat, der macht keinen Unterschied zwischen der einen und andern von seiner Kirche ihm verbürgten Lehre, sondern glaubt auf ihr unfehlbares Ansehen gestützt dasjenige, was er mit seiner Vernunft nicht einsieht, eben so unverbrüchlich, als das, was er mit derselben erreicht, und wo ein solcher Glaube nicht besteht, da haben wir keinen Glauben, der zum Heile dienlich wäre, ja gar keinen Glauben. Wenn man das bedenkt und darnach die Frage über den Einfluß der Mischehe auf den Glauben der aus ihr erzeugten Kinder beantworten will, dann fürchte ich, wird man schon nach dem Gesagten gegen eine erfreuliche Antwort sehr große Bedenken hegen müssen. Und doch haben wir bis jetzt noch nicht Alles betrachtet und dasjenige, das wir betrachtet, haben wir noch nicht in der schlimmen Weise vorgetragen, in welcher die Dinge zu gehen pflegen. Wir haben vorausgesetzt, daß der akatholische Ehetheil und seine Religionsangehörigen gar keine Versuche machen, den Einfluß des katholischen oder des Lehrers zu überbieten und die Kinder doch zu ihrem Bekenntnisse herüberzuziehen; daß es nicht durch Religionsspöttereien darauf angelegt werde, ihnen die katholische Religion verhaßt zu machen. Wie oft ist

es aber dennoch der Fall, daß von allem dem nichts unversucht bleibt? Und dann denke man sich die Gefahr, welcher die Kinder in Ansehung ihres Glaubens entgegen gehen, wenn etwa die Mutter ihren großen Einfluß auf das Herz der Kinder aufböte, sie von der katholischen Kirche abwendig zu machen. Unter den übel einwirkenden Einflüßen können wir dann auch die nicht unberührt lassen, welche die Bande der Blutsverwandtschaft, von allem Anderen abgesehen und an sich betrachtet, bilden. Oder können wir es natürlich finden, daß ein Kind über die Religion, welcher der Vater oder die Mutter angehört, so denke, wie dieß der katholische Glaube erfordert? Die katholische Kirche ist sich ihrer alleinigen Wahrheit bewußt und, von dem Falle eines unverschuldeten Irrthums abgesehen, urtheilt sie daher von den Andersgläubigen nicht anders, als daß sie den Weg des Verderbens wandeln. Sollte auch der Glaube an diese Wahrheit, um den sich so recht die ganze Werthschätzung der katholischen Religion dreht, den Versuchungen Stand halten, welche ihm von Fleisch und Blut bereitet werden? Ich will hoffen, daß der Glaube unter gewissen besonderen Umständen kräftig genug sein kann, um die ihm von der Mischehe drohenden Gefahren zu überwinden; doch das dürfen wir auch annehmen, daß er, ist er nicht schon in Folge der andern bösen Einwirkungen ganz erschüttert, in diesem Punkte wenigstens einer Gefahr ausgesetzt wird, der nur Wenige entrinnen, und wenn wir die Erfahrung zu Rathe ziehen, so bezeuget sie uns als in der Wirklichkeit zu Tage tretend, was die Natur der Sache mit sich bringt, daß die Mischehen, von besonderen Umständen abgesehen, wie wir oben sagten, wahre Pflanzschulen, wenn nicht gar des Unglaubens oder Zweifels, wenigstens des Indifferentismus sind. Diese Förderung des Unglaubens und Indifferentismus erstreckt sich meistens auch noch über die Kinder hinaus. Oder wer wüßte nicht, daß solche Heiraten Familienzusammenkünfte mit Andersgläubigen zur Folge haben, und daß die Vertraulichkeit mit Andersgläubigen nach und nach nicht ohne Einfluß auf die Denkweise und Ueberzeugung bleibt? Doch wir wollen diese Wirkung zunächst nicht weiter verfolgen. Sind aber das die gewöhnlichen Folgen der Mischehen, wie können wir uns dann darüber wundern, daß die katholische Kirche sich so sehr bemüht, ihre Gläubigen davon abzuschrecken? Müßten wir uns nicht vielmehr wundern, wenn sie gegen dieselben gleichgiltig wäre? (Vergl. Reinerding, die Principien des kirchlichen Rechtes in Ansehung der Mischehen S. 6. 7).

In neuester Zeit haben sich auch die Ansichten der Protestanten über die Zulässigkeit der gemischten Ehen geändert, wie dieß aus zwei veröffentlichten Ansprachen der Kreissynode Elberfeld und des deutschen evangelischen Kirchentages hervorgeht. Es ist noch nicht gar lange, so bemerkte ein Correspondent der deutschen Volkshalle in Nr. 191 vom 23. August 1853, daß man protestantischer Seits die gemischten Ehen, wo nicht zu befördern, doch jedenfalls als etwas Unverfängliches darzustellen suchte. Man eiferte gegen die katholische Kirche, daß sie die gemischten Ehen zu erschweren und die aus diesen Ehen entspringenden Kinder der katholischen Kirche zu erhalten suchte. Man erblickte darin den Gipfel unchristlicher Toleranz, eine ganz unzuläßige Beeinträchtigung der protestantischen Confession und man schritt zuletzt gar zu den bekannten Gewaltmaßregeln gegen den hochwürdigsten Erzbischof Droste-Vischering unvergeßlichen Andenkens, um die katholische

